


QK603

.F7

v.2

c.2



1220

SYSTEMA
MYCOLOGICUM,
SISTENS
FUNGORUM
ORDINES, GENERA ET SPECIES,
HUC USQUE COGNITAS,
QUAS
AD NORMAM METHODI NATURALIS
DETERMINAVIT, DISPOSUIT ATQUE
DESCRIPSIT

ELIAS FRIES,

ACAD. CAROLINÆ ADJUNCTUS,

REG. ACAD. SCIENT. HOLM., FLURR. ACAD. ET SOCC. MEMBRUM.

VOLUMINIS II SECTIO I.

LUNDÆ MDCCCXXII,
EX OFFICINA BERLINGIANA.

FT

v. 2

c. 10

HYMENOMYCETES UTERINI

SEU

ELVELLACEAE.

Helvelloid. genera. *Pers. syn. p. 610.* Hymenom.,
Uterini. *Syst. Myc. Introd. I. p. LIV, LV.*

CHAR. Hymenium distinctum, superum, ascigerum. Asci elongati, subclavati, erecti, paraphysophori, sporidiis 8 plerumque referti. Receptaculum determinatum, semper distincte marginatum, in formam orbicularem dilatatum tendens, supra subtusve concavum, semper l. mox apertum. Velum nullum l. flocculoso-villosum, uterum (perithecium) distinctum non formans. Contextus floccoso-fibrosus. *Substantia carnosu-ceracea, submembranacea, raro gelatinosa.*

OBS. Receptaculi forma naturalis est cupulata, sed in perfectioribus cupula reflectitur & *mitra* l. pileus dicitur; in infimis autem matrici ionatis receptaculum fere obliteratur. Ab his differunt Pileati resupinati situ superficiali, forma immarginata & ascis.

AFFIN. Ordo inter Hymenomycetes hymeninos & Gasteromycetes medius; cum his jungitur mediantibus *CLAVATIS stipitatis*, quorum & asci elongati; apud illos simillimi *ANGIOGASTRES* (*Phallus, Thelebolus, Atractobolus* &c); illi vero nisu receptaculi, hi fructificatione abunde differunt. Facile quoque, ut e Systematis idea sequitur, ad Tremellinas & Pyrenomycetes, de quibus suis locis, abeunt. Reliquæ formæ similes analogæ solum dicendæ.

HISTOR. Ordo, qualem nunc circumscripsi, admodum naturalis. Veteres cum hujus generibus junxerunt omnia genera analoga diversorum ordinum; Persoon adnumerat Tremellas, Stilba &c. Recentiores non hos solum, ordines proprios constituentes, sed & Mitratos excludunt. De speciebus precipue consulendi Micheli, Bulliard, Sowerby, Holmsköld, Albertini & Schweiniz nec non ubique laudandus Persoon. Hymenii situm & sporidia plerisque elastice dissilientia Michelius, ascos Hedwig primi rite notarunt. Genera ascis destituta sporidiis e hymenio haud distincto pulveris instar secedentia valde heteroclita!

DIVIS. e receptaculi indole in duas series, quas ut subordines consideratas pro more seorsim proponam:

Subordo I. MITRATI. Receptaculum pileiforme, bullatum, numquam clausum. Hymenium inmarginatum, non discoideum.

Subordo II. CUPULATI. Receptaculum cupulatum, æquabile. Hymenium discoideum (junius subclausum), margine receptaculi cinctum.

CRITICA. Duos hos subordines a se invicem numquam esse separandos, plurimis exemplis infra demonstrabitur. Assumsi e receptaculo disponendi rationem, utpote habitu convenientem, sed in posterum hæc secundaria & primaria ex hymenii indole sumenda v. c. I) Hymenio persistente, ascis fixis = *Morchella*, *Helvella*, *Peziza*, *Stictis* &c. II) Hymenio persistente, ascis erumpentibus = *Vibrissæ*, *Ascobolus*, *Burcardia*. III) Hymenio deliquescente = *Ditiola*, *Xylographa*. IV) Hymenio in pulverem fatiscente = *Tympanis*, *Propolis* &c. h. e. genera, quæ nunc affinia, tum analoga evaderent & versa vice. Interea variorum fructificatio adhuc latens hanc sequi vetat.

ORDO. III.

M I T R A T I.

*Boletus. Hall. helv. III. p. 153. Helvelloidei. Swartz
Summ. Scand.!* *Clavariæ Mitratae, Nees syst. p.
174.*

CHAR. Hymenium distinctum, concretum, superum, ascigerum, persistens, semper nudum. Asci subfixi, clavati, ampli. Sporidia elastice dissiliunt. — Receptaculum libere evolutum, pileatum, marginatum, deflexum, bullatum, numquam clausum l. hymenium marginans, intus subtusve cavum. Velum nullum.

OBS. Pileus raro elongatus, subclavatus; in genere ultimo pileato-crustaceus.

ANALOGIA adest cum Phallis inter *Angiogastres*, *Exidia* inter *Tremellinas* & in genere cum omnibus *Pileatis*; male tamen subjunguntur *Morchellæ Agaricis* l. *Boletis*, *Helvellæ Thelephoris stipitatis* e. s. p.; vera enim affinitas cum *Cupulatis* tantum adest, ad quos singulum genus plus minus abit.

HISTOR. Porta *Morchellas* & *Helvellas* jam distinxit, sed *Tournefort* *Morchellas Clusii* modo repetit. *Michelio* species 19 sub 4 generibus, *Linneo* species 2 sub 2 generibus, *Persoonio* 20 species sub 3 gen., Nobis 6 genera, species ultra 45, ex his vero quædam dubiis adhuc præmuntur. Recentiores enim pauca in his præstiterunt. Bene novas species sectantur, majoris tamen momenti speciei dubiæ definitio; bene fungos minimos derimantur hodierni *Mycologi*, sed *Agarici*, *Boleti*, *Mitrati* &c. inde non negligendi; quo perfectiores sunt, eo magis impendendi.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Species fere omnes rite cognitæ Europææ, quamvis eadem in America boreali, extrema Siberia &c. nascuntur. Peculiare vero species, forsan & genera, in tropicis occurrere, testantur Loureiro aliique. In genere solum amant humosum & umbrosum; si unum alterumve individuum reperiretur in ligno, hoc carie plane consumunt. Locis subterraneis nulla species reperta. Plurimi autumnales l. vernaes, raro meteorici, sed nonnulli certis annis copia prodire videntur abundantiore. Nulla species perennis, neque ephemera, sed per 14 circiter dies durant. Exsiccati persistentes.

VIREŞ & Usus. Mites, nutrientes, exsuccii, una species amara dicitur. A larvis insectorum viæ infestantur. Plurimi in cibariis recepti, tantum Leotia gelatinosæ noxiæ.

SYNOPSIS generum ex hymenii indole & receptaculi distinctorum:

- * 1. **MORCHELLA.** Receptaculum pileatum, rotundatum. Hymenium costis lacunosum.
 2. **HELVELLA.** Receptaculum pileatum, deflexum, lobatum. Hymenium læve.
 3. **VERPA.** Receptaculum conico-deflexum, æquale. Hymenium læve l. rugosum.
 4. **LEOTIA.** Receptaculum capitato-pileatum, margine revolutum. Asci fixi.
 5. **VIBRISSEA.** Receptaculum capitato-pileatum, margine stipiti adnatum, mox liberum. Asci erumpentes.
 - ** 6. **RHIZINA.** Receptaculum crustaceum, bulatum margine fibrillisque suffaltum. Hymenium læve.
-

I. MORCHELLA. Dill.

Boletus & *Phallo-Boletus*. *Mich. gen. p. 202, 203.*
Phalli spec. Linn. Gled. meth. p. 54. Ventenat in
Mem. Inst. Nat. I, p. 503. Morchella, Dill. Gen.
p. 74. Pers. disp. p. 36. Link. diss. I, p. 41. Nees
Syst. p. 176.

CHAR. Receptaculum clavatum l. pileatum, rotundatum; centro impervium, suffultum; supra hymenio tectum. Hymenium costis elevatis cellulorum l. lacunosum, persistens. Asci fixi. — Stipes constanter præsens, subcavus. Pileus plus minus elongatus & cum stipite confluens. Substantia ceraceo-carnosa.

OBS. Fungi majores, vernaes, terrestres, firmi, diu persistentes, subodori, esculenti; tam affines ut b. Scopoli, plurimos jungens, addit: "Variat pileo subrotundo & fastigato, flavescente & fusco, pileis longitudinalibus l. aliter dispositis; sed unicam speciem esse docent odor, sapor, vita, substantia, usus, locus natalis, nascendi tempus idem omnibus." *Fl. Carn. II. p. 474.*

HISTOR. *Morchellæ* a Clusii usque temporibus probe notæ & a plurimis Auctoribus celebratæ. Respicere tamen videntur tantum primæ speciei varietates; solus *Michelius* species plures sub duobus generibus accuratius definivit. Hæc genera iterum bene combinavit & nomen genericum receptum e voce germanica *Morchel* formavit *Dillenius*. *Linnè* & *Gleditsch*, præcedente *Tournefortio*, cum *Phallis* junxerunt. *Cel. Afzelius*, qui in mycologicis temporibus suo multum antecessit plurimæque genera nova jam constituta indigitavit, *Helvell* inserens (*Obs. Bot. I. p. 5.*) *Morchellas* propriè esse generis typum post *Linnæum* primus prædicavit. In specierum cognitione, si a *Cel. Ventenatii* monographia discesseris, vix quid a Miche-

hii temporibus profecimus; neque enim ejus species confirmatæ nec Scopoli testimonium citatum refutatum. In regionibus, ubi copiosius proveniunt, verno tempore versari mihi non contigit, quare pauca modo addere potui & integrum genus ulteriori examini commendo. De usu Morchellarum œconomico cf. *Trattin., Pers. Ch. Com. p. 258.*

DIVIS. e pileo a stipite plus minus discreto:

* *Pileo basi adnato* (1-6.)

** *Pileo basi soluto* (7-12.)

* *pileo basi adnato, (intus cavo).*

Fung. esc. gen I. *Clus. Hist. p. 264.* Boletus. *Mich. gen. p. 203.* Phallus - - pileo subius undique adnexo. *Linn. Cliff. p. 479.* Phallus IV. *Gled. meth. p. 59.*

1. *M. esculenta*, pileo ovato basi adnato, costis firmis in areolas anastomosantibus, stipite lævi.

Spongiolæ. *Port. Hist. l. X. c. 70.* Fungi favaginosi *Lob. ic 2 p. 271.* Merulina. *Bauh. hist. XL. c. 37.* *Menzel. pug. t. 6. formæ varix.* Phallus esculentus. *Linn. Suec. 1262.* *Schæff. fung. t. 199. (298, 299, 300)* *Bull. champ. p. 273. t. 2 8.* *Bolt. t. 91.* *Berg. Mat. Med. II. p. 868.* *Poll. Pal. III. p. 304.* *H. iv. Phalloides. Afz. Obs. p. 5.* *Morchella esc. Pers. syn. p. 618.* *Tratt. essb. Schw. p. 168. t. EE.*

Odor debilis saporque gratus. Stipes cavus, nec nisi junior rarius farctus, uncialis (sed admodum variat) mollis, albidus, superficie squamuloso-villosa, non vero striata, nunc æqualis, nunc attenuatus. Pileus plus minus ovatus, obtusus, costis frequenter anastomosantibus absque costis transversalibus. Ceterum quoad formam, magnitudinem & colorem admodum luxuriat. *Verno tempore in regionibus elevatioribus ad terram, passim copiose.*
(v. v.)

Optime jam CLUSIUS præcipuas notavit varietates :

α. rotunda, pileo areolisque rotundis. *Pers. l. c.*

Clus. l. c. spec. III. Mich. t. 85. f. 1. Gled l. c. p. 61. e. Hall. l. c. b. Sowerb. l. c. fig. sinistra.

Color albido-pallidus, siccus stramineus l. flavescens &c. *Apud nos varior, sed hæc sola in America boreali. Schweiniz.*

β. vulgaris, pileo ovali, areolis subquadrangulis. *Pers. l. c. β.*

Clus. l. c. spec. I. Tourn. I. R. H. t. 329. A. Mich. gen. t. 85. f. 2. Gled. meth. p. 60. e. Hall. herb. n. 2247. a. Sowerb. t. 51. fig. dextra. Schleich. exs. Crypt. Cent. IV, n. 84.

Color plerumque livido-fuliginosus, mox fuscus l. fuliginosus, siccus brunneus. *In Europæ montosis, Siberiæ usque ad Kamtschatka. Wormskiöld.*

γ. fulva, pileo areolisque oblongis (rhombeis).

Clus. l. c. spec. II. Mich. l. c. n. 3. Batt. hist. t. II. f. F. Gled. l. c. p. 61. b.

Color fulvus, fulvo-fuscus. *Hæc apud nos nondum lecta, frequens in Europa australi & in Oriente. (v. s.)*

δ. conica, pileo conico, areolis elongatis (rhomboideis).

Clus. l. c. spec. IV. Gled. l. c. p. 61. d. Hall. l. c. g. Ph. escul. Fl. Dan. t. 53. Sv. Bot. t. 258. M. escul. var. forsan nova, A. S. p. 300! M. conica, Pers. Ch. com. p. 256. M. continua, Tratt. fung. Aust. n. 11.

Color brunneus, spadiceus, nigricans (*Vaill. par. p. 21.*) *In Italia numquam reperit Michelius apud nos frequentissimam.*

Hæc quattuor varietates, quarum singula innumeris gaudet formis (Cf. *Sterb. t. 10 Menzel. l. c. Bradley Farm. dir. p. 65. &c.*) non distinguendæ sunt, nam color non satis constans *) & areolarum forma evidenter e pilei pendet.

2. *M. deliciosa*, pileo subcylindrico acuto basi adnato, costis longitudinalibus firmis, rugis transversalibus connexis, stipite lavi.

Boletus flavicans, capitulo foliato! *Vaill. par. p. 21.*
Fungus cavernosus. Weinm. herb. t. 553. f. 1.
 (etiam accedit *Menzel. var. 2.*)

Præcedenti sapidior, variet. ♂ valde affinis, at non facile subjungenda ob characteres satis acutos. Stipes cavus, pileo brevior, vix umquam unciam attingens, 3-4 lin. circiter crassus, subæqualis, sed variat basi incrassatus & compressus; sub lente villo tenui, exsiccatione in squamulas secedente, tectus. Pileus e conico-cylindricus, 1-2½ unc. longus, costis subparallelis, vix anastomosantibus, sed rugis transversalibus junctis. Areolæ oblongo-lineares, profundæ. Color hæctenus flavicans, raro livido-pallens observatus. *In graminosis frondosis ad agrorum margines, vere.* (v. v.)

3. *M. elata*, pileo conico obtusiusculo basi adnato, costis longitudinalibus membranaceis, transversalibus junctis, stipite furfuraceo.

Stipes 2-3 unc. longus, unciam crassus & ultra, valde cavus & fragilis, irregulariter lacunosus, pallescens, testaceo-albidus. Pileus ovato-conicus,

*) Accuratissimus Bulliard, neglecta forma, tres secundum colorem enumerat varietates: a.) alba, dein straminea. b.) cinerea. g.) fusca, dein nigrescens. Cf. *Dec. Fr. 2. p. 213.* Harum hæc nostræ ♂, illa β, ista α proxima.

2-3 ūnc. longus, sed substantia reliquis multo tenuiore; costæ longitudinales, valde elevatæ, membranaceæ, flaccidæ, rarissime anastomosantes, sed costis transversalibus angustioribus junctæ, unde oriuntur areolæ rhombeo-diformes, intus læves. Color gilvo-brunneus. Sapor aquosus fatuus; jove pluvio turget, sicco corrugato-contrahitur, nigrescit & valde foetet, ut comedi nequeat. *In silvis abiegnis præcipue locis humidis adustis, raro. Vere.* (v. v.)

Boletus esculentus &c. n. 5. *Mich. gen. p. 203. t. 85. f. 3.* quoad iconem exactissime in nostrum fungum quadrat. Vereor tamen, ne aliam speciem *esculentam*, costis firmis &c. intellexerit. Ex hac Mich. in figuram orta est *Phallus Anastomosis* Batsch., *Phallus costatus* Ventenat l. c. p. 510. *Morch. costata* Pers. syn. p. 62. *Nascitur in Italice agris.* — Ab utraque certe differt *M. costata* Schumdt & Kunz. exs. n. 105; sec. meum specimen incompletum *M. deliciosæ* varietatem brunneam sistere videtur.

4. *M. hiemalis*, pileo globoso basi adnato rugis anastomosantibus profunde celluloso, stipite leviter striato.

Ph. hiemalis. Balb. Misc. p. 60. t. 11. f. 4.

Statura primæ speciei, cujus vero stipes nunquam striatus. *In muro quodam versus septentrionem prope Paduam reperta. Januario.* (v. ic.)

5. *M. crassipes*, pileo conico celluloso acuminato, stipite inferne inflato.

Phallus crassipes. Ventenat l. c. p. 509. f. 2. Morch. Pers. syn. p. 621. Dec. Fr. 2. p. 213.

Pileus brevis, brunneus. Stipes sursum attenuatus pileo quadruplo longior. Species nondum rite cognita, sed ad hanc sectionem pertinere videtur &

singulari stipitis forma a reliquis differre. *In Gallia ad Pont chartrain.* (v. ic.)

6. *M. Tremelloides*, pileo inflato undulato lobato celluloso-lacunoso, stipite brevi.

Sterb. t. 10. Phall. Trem. Venten. l. c. p. 509. f. 1.?
Bull. t. 218. f. F. Morch. Trem. Dec. Fr. 2. p. 213.

Stipes brevis, crassus, pruinosis, lævis, pallidus. Pileus amplius, 2 - 4 - lobus, 2 - 3 unc. latus, flavescens, "fulvus," irregulariter cellulosis, basi subadnatus. Analogus *M. undosæ*; *M. esculentæ* forsitan status luxurians. *Ad terram vere; etiam in Suecia.* (v. s.)

* * pileo basi soluto.

Phallo-Boletus. *Mich. gen. p. 202. Phallus -- pileo. l. o subtus laxo. Linn. Cliff. p. 479. Phalli spec. III. Gled. meth. p. 59.*

7. *M. patula*, pileo obtuso ad medium libero, areolis rhomboideis, stipite lævi.

Boletus pediculo & capitulo (*discretis*) denatus. *Rupp. jen. p. 302. Gled. meth. p. 59. Helv. esculent. Sowerb. l. c. fig. media. Morchell. patula. Pers. syn. p. 619. Tratt. fung. Austr. n. 12. Nees Syst. f. 164. Swartz in Vet. Ac. Handl. 1812. p. 17.*

Species cum *M. esculenta* olim perperam confusa, cum qua in hac sectione analogia; nunc vero *M. esculenta* γ sub hoc nomine sæpius venditur! Stipes valde cavus, longus (2 unc. circiter), albidus, furfuraceo-squamulosus nec striatus. Pileus e forma subrotundo-ovata obtuse conicus, ad dimidium liber, marginem versus attenuatus, supra flavus, rufescens, fulvo-spadiceus, siccus obscurior. Areolæ intus læves. *Ad terram locis montosis, vere. Ad Holmiam. Sw. (v. s.)*

8. *M. semilibera*, pileo conico ad medium libero, costis longitudinalibus in areolis oblongis intus venosis junctis, stipite lævi.

Phallo-Boletus. n. 3. *Mich. gen. p. 203. t. 84. f. 3.*
 Phall. rete *Batsch. El. P. patulus Gled. l. c.*
 a. *Helv. hybrida. Sowerb. fung. t. 258. Morch.*
hybrida. Pers. syn. p. 620. M. semilibera. Dec.
fr. 2. p. 212.

A *M. patula* differt, ut a *M. esculenta* *M. deliciosa*, cui eximie analoga, sed præter notas indicatas abinde diversa stipite longiori (3-4 unc.); $\frac{1}{2}$ unc. crasso, æquali, pileo brevi (unciali), magis conico & acuto, costis parvis anastomosantibus, quod vero e pilei forma pendet. Color omnino *M. deliciosa*, stipitis albus, pilei lutescens, sicci sordide fulvus. *In versuris graminosis, vere. (v. v.)*

9. *M. Gigas*, pileo conico margine soluto subundulato, costis in cellulas elongatas anastomosantibus, stipite squamuloso.

Phallo-Boletus n. 7. *Mich. gen. p. 202. t. 84. f. 14.*
 Phallus *Gigas. Batsch. Gmel. Morch. Gigas. Pers.*
syn. p. 619. Ph. squamosus. Venten. l. c. p. 511.

Magna, fere semipedalis, *M. elatæ* evidenter analoga. Stipes cavus, ultra unciam crassus, 'leucophaeus,' basi incrassatus. Pileus 3 unc. fere altus, subobscurus, costis subundulatis. *In Italia locis arenosis & ad fossas udas. Martio-Majo. (v. ic.)*

10. *M. rimosipes*, pileo conico obtuso basi sublato, areolis rhomboidalibus, stipite irregulariter rimoso.

M. rimosipes. Dec. fr. 2. p. 214.

Tota 6 unc. alta. Stipes cavus, crassus, albidus, substantia fere ceracea; irregulariter exfossus rimis longitudinalibus fere *Helvellæ mitræ*. Pileus subconicus, basi parum solutus, rufus in brunneum vergens. *Decandolle* antecedentem dubitans allegavit. *In Gallia ad Fontaineblau.*

11. *M. undosa*, pileo campanulato crispo, basi sublato, areolis obliquis undulatis, stipite sulcato-tessulato.

Phallo-Boletus. n. 2. *Mich. gen. p. 203. t. 84. f. 2.*
 Phallus undosus. *Batsch. Gmel. Phall. crispus.*
Venten. l. c. p. 512. Morch. undos. Pers. syn.
p. 620.

Stipes cavus, 2-3 uncialis, ultra unciam crassus, deorsum attenuatus, rimis aequalibus reticulato-sulcatus, "leucophæus." Pileus subcutus, nec umbilicatus, rufescens, margine undulatus, areolis difformibus elongatis, 3 unc. fere latus. *In Italia locis ruderatis.* (v. ic.)

12. *M. caroliniana*, pileo rotundato basi soluto costis profundis irregularibus plicatis undulatisque, stipite conico sulcato.

M. caroliniana. *Bosc. Berl. Magaz. Naturf. 1811. p. 86. t. 5. f. 6. Cf. Nees Syst. p. 176.*

"Differt a *Morch. esculenta* stipite multo crassiore; pileo majore, magis rotundato, dilutius colorato, *intus pluribus lacunis irregularibus exfosso!*" Magis ex descr. priori affinis; sed forsam propriam tribum constitueret. Ex icone stipes 3 unc. longus, crassissimus, deorsum maxime dilatatus, non cavus, sed lacunosus. Pileus valde crassus, undulatus, 3 unc. altus latusque. *Frequens in silvis Carolinae superioris, nec in inferiore.* (v. ic.)

Species dubiæ:

1. *M. patula.* *Schwein. fung. carol. p. 88.* Pileus apice foraminulosus, non liber. Stipes flavus.

2. *M. cava*, pileo rotundato subundoso fulvescente-obscuro, areolis irregularibus inæqualibus stipite irregulari albo. *Rafinesq. Schm. Nov. Caratter. p. 88.*

"4 pellicaris. A reliquis abunde differt capitulo brevi & cavo "(omnibus est cavum!) "& areolis maxime irregularibus "Magis abluat tempore, nempe lecta "æstatis fine in *Bosco del Capelliere* & in montibus circa *Palermo.*

Fungus rugosus l. cavernosus. *Cupan. pamph. sic. cum. ic. (a nemine citatus) ad præcedentem — & utraque ad undosam spectat.*

II. HELVELLA. Linn.

Fungoidea fungiformia. *Mich. gen. p. 204. Boletolichen. Juss. Act. par. 1728. p. 268 sq. Elvellæ*
 1. *Helvellæ spec. Linn. - Gled. meth. p. 36. sp.*
 1. *Afzel. in V. A. H. 1783. p. 303 * Link diss. 1, p. 40. Nees syst. p. 175.*

CHAR. Receptaculum pileatum, centro suffultum, deflexum, subinflatum, sinuosum, subtus concavum sterile, supra margineque hymenio tectum. Hymenium læve, persistens. Asci fixi. — Stipes constanter præsens, cum centro receptaculi contiguus, cavus l. medulla floccosa fæctus. Pileus adultus mitræformis, compressus, lobatus, siccus, subtus pruinosis. Substantia ceraceo-membranacea.

OBS. Fungi persistentes, subfragiles, fere inodori & insipidi, innoeui, ad terram l. ligna valde mucida obvii, plerumque autumnales. In serie naturali medi inter Morchellas & Pezizas Helvelloideas; in *Discina* omnino confluant. *H. esculenta* est aberratio ad Morchellas pileo costato accedens.

HISTOR. Genus a diversis Auctoribus diversissime sumtum, ut synonyma suis locis indicant. Linnæus, nominis dubiæ originis Auctor, primo rite sumsit; dein ipse & sectatores magis magisque speciebus peregrinis conspurcaverunt. Dispositio Persoonii apud nos secundaria. Formarum cognitio Michelio, Schæffero; specierum Afzelio &c. debetur. Omnes jungunt a Linnè &c.

DIVIS. e pilei indole :

I MITRÆ. Pileus ceraceo-membranaceus, primo adnatus, demum undulato plicatus. (1-6.)

II PEZIZOIDEÆ. Pileus submembranaceus, lævis, semper liber. (7-13.)

Trib. I. MITRÆ.

H. Mitra. *Linn. Succ. p. 456!*

CHAR. Stipes firmus, deorsum subincrassatus. Pileus ceraceo-membranaceus, inflatus, lobatus, primo stipiti adnatus lævis; dein liberatus. *Magna, edules:* (Nullam speciem H. mitram dicere potui, ne priscas controversias, quibus hoc nomen premitur, alam).

* *stipite lacunoso.*

1. *H. crispa*, pileo deflexo lobato liberato crispo pallido, stipite fistuloso costato-lacunoso.

Fungus pro capitulo laminas aliquot laciniatas folia querna imitantes emittens. *Raji Hist. III. p. 25.* Fungoides - - pedicelo crasso striato rimoso ac fistuloso. *Mich. gen. p. 204. t. 86. f. 7.* Elvella I. *Gled. meth. p. 36. t. 2. f. 3.* — *Hall. helv. n. 2240.* Phallus crispus. *Scop. Carn. II. p. 475.* Phallus lobatus. *Batsch El. p. 129.*

- a. pileo albo, pallescente. Fungus - - capitulo plicatili. *Raji Syn. ed. 3. p. 8. n. 39.* H. albida. *Schæff. fung. t. 282.* H. lacunosa b. pallida. *Afzel. l. c. p. 303.* H. alba. *Berg. phyt. l. t. 145.* H. mitra var. alba. *Bull. Champ p. 298. t. 466.* H. mitra. *Sowerb. fung. t. 39.* H. nivea. *Schrad. Journ. 2. p. 66.* H. leucophæa. *Pers. Obs. 2. p. 19. Syn. p. 616.* *Schw. Sæll. 2. p. 410. Fl. Dan. t. 1560.*

b. incarnata.

- c. lutescens, sicca subfulva. *Batt. fung. p. 24. t. 2. fig. G. Gled. meth. p. 37. a.* H. mitra var. fulva. *Bull. l. c.* H. leucophæa. *Trattin, essb. Schw. p. 163. t. DD.*

Solitaria, magna, 3 - 5 unc. alta, primo obtutu glabra. Stipes niveus exsiccatione flavescens, validus, deorsum ventricosus, totus sulcato-costatus lacunosusque, costis planis fistulosis, unde stipes dissectus e tubulis pluribus discretis componitur. Pileus deflexus, inflatus, lobatus, margine primo sti-

piti adnato, mox libero undulato laciniato-contorto & crispato. Esculenta, sapida. Conf. Trattin. l. c. *Solo humoso subhumido silvarum, autumnno.* (v. v.)

Synonymia Helvellarum maxime intricata summo studio explicare conatus sum. Nomen hujus triviale antiquissimum & optimum *Scopoli* restitui, cum *Persooni*, e synonymo falso *Battaræ* derivatum, in reliquis bene, minime vero in speciem præcedentem quadrat.

2. *H. lacunosa*, pileo inflato lobato cinereo-nigro; lobis deflexis adnatis, stipite fistuloso costato-lacunoso.

Fungoides &c. n. 4. *Mich. gen. p. 204.* *H. nigra.* *Berg. phyt. I. t. 147.* *H. lacunosa.* *Afzel. l. c. var. a.* *Holmsk. Ot. II. p. 45. t. 24.* *Fries Obs. 2. p. 301.* *Wahlenb. fl. Ups. p. 464* (quoad diagnosin.)

a. major, stipite albo. *H. mitra.* *Schæff. fung. t. 154.* *Pers. syn. p. 615.* *Sehm. Sæll. 2. p. 410.* *Nees syst. f. 163.* *Bull. l. c. var. 3. fusca.* *H. sulcata.* *Willd. Ber. p. 398. var. a* (b. prior spec.)

b. minor, stipite nigricante. *H. monacella.* *Schæff. fung. t. 162.* *Pers. comm, p. 62.*

Ab antecedente, pro cujus varietate facile sumi posset, differt pileo magis regulari, 2 — 4 = lobo, vix laciniato, lobis serius liberatis & præcipue colore. Statura plerumque minor, subinde tamen æque procera occurrit s. *Helvella mitra g. pratensis* Alb. & Schwein. consp. p. 298. Quamvis igitur characteres acuti desint, in natura constans; etiam in cibariis vilior. *Ad terram tam graminosam, quam nudam & in truncis mucidis, sat frequens. Vere & autumnno.* (v. v.)

3. *H. sulcata*, pileo deflexo lobato adnato, stipite farcto costis æqualibus sulcato.

H. sulcata, Afzel. in Vet. Ac. Handl, 1783. p. 305.

Pers. syn. p. 615. Swartz in Vet. Ac. Handl. 1812. p. 13. Schultz. Fl. Starg. p. 496.

- a. *fusca*, pileo nigro, stipite badio, exsiccato cinerascente. *Afz. l. c. t. 10. f. 1.*
- b. *cinerea*, tota cinerea. *Boletus leucophæus. Batt. fung. arim. p. 24. t. 3. f. B.*

Solitaria, raro gregaria, tota glabra, certe a priori diversa. Stipes fœctus, 2 unc. longus, 4-5 lin. crassus, teres, sursum attenuatus, sulcis longitudinalibus profundis exaratus, costis tenuibus solidis, nec lacunoso-fistulosis ut in præcedentibus. Pileus deflexus, æqualiter 2-3-lobus. compressus, lævis, exsiccatus obscurior, latere interiori stipiti adnatus. *Ad terram umbrosam locis roridis silvarum, raro. Autumno. (v. ic.)*

β? *H. pallescens*, pallida, stipite cavo. *Schæff. fung. IV. p. 114. t. 322.*

Persoonio præcedente *H. sulcata* subjunxi fungum, quoad staturam inter *H. infulam* & *sulcatam* medium. Ab hac insuper differt stipite firmiore, deorsum attenuato & lævi. *In Bavaria ad truncos reperta. (v. ic.)*

* * *stipite lævi.*

4. *H. esculenta*, pileo inflato difformi undulato gyroso-rugoso brunneo, margine stipiti lævi villosulo adnexo.

Fungus porosus communis intestinorum gyros referens. *Menz. pug. t. 6. (icon prima, optima!) Weinm. herb. t. 523. f. J. Elvella II. Gled meth. p. 39. Elv. Mitra. Schæff. fung. t. 160.? H. esculenta. Pers. Comm. p. 64. Syn. p. 618. A. S. p. 300! Tratt. essb. Schw. p. 161. t. CC. bona! Phall. Mitra. Berg. Mat. Med. II. p. 870!*

Stipes albidus, mollis, fragilis, lævis, sed inæqualis angulatus l. compressus, 4-8 lin. crassus, villo albicante vestitus, intus spongioso-fœctus l. sæpius cavus. Pileus rotundatus, rarius obsolete

lobatus, undulatus, 1-3 unc. latus, costis crassis elevatis tortuosis implexis rugosus & scrobiculatus, areolas vero vix efficientibus, fulvo-spadiceus, subtus villosus albidus, margine stipiti hinc inde adnexo. Boni saporis, in cibariis frequens, sed *M. esculenta* vilior. *In pinetis regionum montosarum locis nudis subhumidis, præcipue ad viarum latera arenosa frequens. "Tertio quovis anno copia prodire videtur abundantissima" A. S. Martio-Majo. (v. v)*

Media inter *Morchellas* substantia carnea & pileo costato & *Mitras*, præcipue ob affinitatem cum *H. infula* huc relata &c. Nota vero historia, sapor, odor, locus, tempus, duratio, usus *Morchellarum*; etiam vulgus *Morchellis* adnumerat: sicut *Stammurkla*, Germanis *Gemeine Morchel* (Gled.), *Stumpf Morchel* (A. S.), *Stockmorchel* (Dierbach). In raris quoque inventor Menzelius, qui a *H. infula* optime distinxit, *Morchellis* inseruit. Gleditschius, reliquis nostris *Helvellis* junctis, hanc solam separat. Recentiores vero ut & ipse Linnæus, cum *H. Mitra* b. sæpius confundunt. — *H. esculenta* Fl. Dan. t. 1559 potius *Helv.* pulch. forma.

5. *H. Infula*, pileo deflexo lobato adnato subcinna-momeo, stipite sublevi villosulo pallido.

a. lævis. Fungus autumnalis bisulcus Menzel pugill. t. 6. (icon prima. bona) *Weinm. herb.* t. 524. f. a. *Boletus mitra* potitico. Ren. Rupp. Jen. p. 302. *Elvell* e. *Gled. meth.* p. 8. *H. infula*. *Schæff. jung.* t. 159. *Pers. syn.* p. 617. *H. brunnea* Gmel. *Phallus rei* sps. *Fl. Da.* t. 855 (bona) *H. mitra*. *Afz. l. c. Willd. Sv. Bot.* t. 264. f. 3.

b. pileo vetusto plicato undulato subrugoso. *Elv. mitra*. *Poll. Pall.* III. p. 305. *H. inf. terrestris* A. S. l. c.

Major. Stipes 1 $\frac{1}{2}$ — 2 unc. circiter longus, crassiusculus, subæquans. pallens, villo tenui altido obductus, junior fæctus teres. demum cavus, unde compressus & hinc inde irregulariter lacuno-

sus, sed nullo modo sulcatus. Pileus inflatus, glaber, colore plus minus intense brunneo; subtus villosus albidus; junior regulariter 2-3-4-lobus, lævis, margine adnatus; demum undulatus subrugosus obscurior, 2-4 unc. latus. Esculenta. *Ad truncos mucidos pinos, sed frequentior ad terram locis humidis densis, ad latera viarum &c.; etiam in America boreali, Kamtschatka &c. Autumno.* (v. v.)

Est genuina & originalis *Mitra* Ruppil & antiquorum, quod nomen variis male imposuere Recentiores. Hujus erroris ansam dedit ipse Linnaeus, omnibus speciebus in unam junctis, idem nomen tribuens. Descriptionem nullam dedit, sed synonyma *H. crispæ* sub sua var. a, *H. infulæ* sub var. b, posuit. Hanc vere, quæ locis indicatis sola nascitur, ante oculos habui. Quæ res e traditione satis confirmatur & ex Herbariis Upsaliensibus (in Amoen. ac. 7, p. 432), ubi a *H. Mitra* sua non distinxit *H. esculentam*, cum *H. crispæ* non facile comparandam. — Vix ab *H. infula* differt *H. inflata* Camino in Act. Reg. Taur. 1805. p. 250. t. 3.

6. *H. Monachella*, pileo deflexo lobato adnato lævi subsordiceo, stipite cavo lævi glabro albo.
- a. Monacelle. *Port. Hist. X. c. 70.* Fungoides. *Mich. gen. t. 86. f. 3.* Boletus albus, pileolo nigro *Batt. hist. p. 24. t. 2. f. H.* (pileo liberato laciniato) *Phallus monachella. Scop. Carn. II. p. 476.*
- b. *Helv. spadicea. Schæff. fung. IV. p. 112. t. 283. Pers. Comm. p. 115. H. grandis. Cumin. l. 6, t. 2.*

Antecedenti proxima, sed notis allatis & vegetatione vernali bene distincta. Stipes 1-2 unc. longus, sursum attenuatus, $\frac{1}{2}$ unc. vix crassus, primo teres; dein subcompressus versus basin lacuna notatus. Pileus demum crispus & undulatus, colore varius, badius, spadiceus, "violaceus," nigrescens &c. *In sillis montosis arenosis, vere.* (v. v.)

In Italia frequens comeditur. De hac specie Porta: "Simul cum his (*Morchellis Martio* mense)

nascuntur, quas vulgo Monacelle vocamus, colore nigro, caule sex foliolis rotundis per centrum adnexis hærentibus, sed sapore inferiores.*

Trib. II. HELV. PEZIZOIDEÆ. Stipes elongatus, tenuis, primo farctus, deumum subcavus. Pileus membranaceus, plus minus cupulato-convexus, umbilicatus; umbilicus vero oblitteratur, quando pileus deflexus camuriantur, inde emarginato-lobatus, in omni ætate liber. supra lævis. — *Graciles. non in cibariis receptæ. Abiunt contigua serie in Pez. Macrospod. *)*, sed ob analogiam ad genus cum MITRIS conjunctæ.

* stipite lacunosa. Cf. P. Acetabulum.

7. *H. costata*, pileo libero subrevoluto subtus costato luteo-fusco, stipite lacunoso subdiversilento albo.

H. costata. Schwcin. apud Schwagr. Syn. fung. carol. sup. in comm. sec. nat. cur. Lips. p. 83.

H. esculentæ proxima & magnitudine æqualis, sed maxime diversa. Pileus margine non adnatus vel deo interdum revolutus & paginam inferiorem costatam ostendit, costarum ramificationibus, e stipite emanantibus, deumum in areolis confluentibus. Stipes pilosus. In Carolina superiori, vere.

** stipite sublævi. Cf. P. macrop. &c.

8. *H. atra*, fuligineo-nigra, pileo deflexo utrinque adpresso libero, subtus lævi, stipite farcto furfuraceo-villoso.

H. atra. König isl. p. 20. Fl. Dan. t. 5^{ta}. f. 7. Gunn. Norv. n. 1050. Afzel. l. c. p. 307. Holobsk. Ot. 2. p. 47. t. 25. H. nigricans. Pers. syn. p. 617. Obs. Myc. 1. p. 71. A. S. p. 576.

*) Ab his minus, quam Omphalia a Clitocybe, differunt. Video sæpe meliorem probare, d. quis omnes præsumptas opiniones pessundare audeat?

Solitaria, minor, *H. infula* analoga. Stipes 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, teretiusculus, lævis l. irregulariter lacunosus, nigricans, basi subolivaceo-cinerascens. Pileus jam ab initio deflexus, nec pezizoideus uti sequ., compressus, bilobo-emarginatus, $\frac{1}{2}$ unc. l. parum ultra latus, lævis, demum leviter repandus, subtus & exsiccatus cinerascens. *In silvis humosis fagineis & abiegnis, alibique, æst. Aut. (v. v.)*

9. *H. Pezizoides*, pileo cupulato-complanato demum reflexo fusco-atro, subtus stipiteque æquali squamuloso-scabris.

Hall. helv. n. 2224. Helv. Pezizoid. Afzel. in Vet. Ac. Handl. 1783. p. 308. t. 10. f. 2. Swartz l. 6. 1812. p. 12.

Tota 1-2 pollicaris. Stipes 1-2 lin. crassus; junior farctus, teres, lævis, scabrosus, nigricans; adultus cavus leviter compressus substriatus, nudatus, pallide fuscus l. obscure cinerascens. Pileus vix uncialis, lævis; junior cupulatus, complanatus, dein explanatus orbicularis, demum reflexus bilobo-emarginatus, e cinereo-fusco-nigricans; supra glaber, subtus vero stipite concolor & squamulis albidis secedentibus scaber. *In silvis abiegnis & pascuis mucosis, raro. Aut. (v. s.)*

10. *H. pulla*, pileo deflexo libero lobato undulate fuligineo, subtus stipiteque medio attenuato subnudis.

Fungoides - - pullura, crispum &c. *Mich. gen. p. 204. t. 86. f. 9. ex Holmsk. Elvellia d Gled. meth. p. 38. H. cinerea. Vill. delph. p. 1045. H. pulla. Holmsk. Os. II. p. 49. t. 26. Schum. Scell. p. 411.*

Mediæ magnitudinis. Stipes 2 unc. l. parum ultra longus, 2 lin. crassus, teres, subundulatus, farctus, sed demum pro more fistulosus, fuligineus, basi sæpe irregulariter lacunosus. Pileus 1-1 $\frac{1}{2}$ unc. latus, lobis deflexis reniformibus late emar-

ginatus; junior laevis compressus. demum inflatus magisque quam reliquæ Pezizoideæ undulatus. — Sequenti nimis affinis, differt ut *H. crispa* ab *H. lacunosa*. *In silvis ad terram humosam; mihi in truncis vetustis mucidis obvia. Aest. Aut. (v. v.)*

11. *H. elastica*, pileo libero lævi inflato, demum acute lobato, stipite elongato tenui attenuato pruinoso.

Boleto-Lichen vulgaris. *Juss. Act. par. 1728. p. 268. 14 ex Bull. H. lævis. Berg. phyt. I. t. 149. H. elastica. Bull. Champ. p. 299. t. 242. Dec. jr. 2. p. 94. H. mitra. Bolt. fung. t. 95.*

a. albida. *H. albida. Pers. syn. p. 616. Obs. Myc. I. p. 71. Schum. Scell. 2. p. 411.*

b. pallide fuliginea? *H. fuliginosa. Dicks. Crypt. II. p. 25. Sowerb. fung. t. 154. With. Arr. IV. p. 341. Schæff. t. 220.*

c. fusca. *Bull. l. c. (non vidi.)*

Gracilis, 3-4 unc. alta, elastica, pellucens. Stipes junior farctus, dein fistulosus, basi incrassatus, sæpe irregulariter lacunosus. Pileus unciam vix attingens, 2-3-lobus, subinde orbicularis levitur plicatus, a quo statu non separari potest *H. subilicis* Holmsk. Ot. II. p. 51. t. 27. *Locis subhumidis in silvis frondosis. Aest. Aut. (v. v.)*

12. *H. fistulosa*, pileo planiusculo repando demum deflexo, supra livido-fuligineo, subtus lævi incarnato-rosello, stipite longo sursum incrassato carneo.

H. fistulosa. Alb. & Schw. Consp. p. 299.

Ad Pezizas forsan translocanda. Stipes laxus, debilis, 2-2½ unc. longus, 2-3 lin. crassus, laevis, subundulatus, fistulosus. Pileus subdifformis, primo planiusculus subumbilicatus, dein margine in stipitem deflexus. uncialis fere. Substantia tenera, fragilis. *In silvaticis, udibus muscosis Lusatice, semel. Oct.*

*** *Leotioidea*, pileo subtus venoso, stipite laevi.

13. *H. venosa*, pileo planiusculo, dein inflato lobato livido-pallido, subtus plicato carneo, stipite compresso nudo castaneo-fusco.

Stipes cavus, 2-4 unc. longus, 3-5 lin. crassus, junior teretiusculus ventricosus apice diluitor, mox complanatus, totus unicolor spadiceus, glaber, nunquam pulverulentus, subflexuosus, longitudinaliter fragilis, apice plicatus. Pileus carneso-ceraceus, primo planiusculus disco depresso, margine inflexo; mox inflatus acute 2-3-lobus, undulato-diformis, sed laevis, humidus livido-pallens, siccus albicans, $\frac{1}{2}$ -1 unc. latus; subtus carneus, plicis crassis distinctibus. Nova varietas maxime luxurians L. circumnans, cum qua immixta reperitur, sed nullo modo ab hoc genere distinguenda. *In silvis abiegnis montosis ad Fensib. Aest. Aut. (v. v.)*

Species vix notæ:

1. *H. reflexa*. *Carino l. c. p. 250. t. 2.* Pileus undulatus, lobatus, fulvo-fuscus. Stipes albus, ad medium sulcatus. (*H. chrysocha Pers. Myc. Eur. p. 211.*)
 2. *H. brevipes*, *Dee. fr. 6. p. 28.* Pileus coriaceus, deflexus, fuscus. Stipes brevis (vix unc.), rufus, fistulosus, stria 1-2 longitudinali. *In silvis manticis, v.*
- H. mitra* *Loureir. Coch. p. 695.* ne genere convenit. *H. æruginosa* *Pers. syn.* est *P. æruginosæ* varietas. *H. plana* *Huds. potius Pez. e. s. p.* Ceterum fungi diversissimorum generum *Helvelles* apud Auctores dicuntur.

Hæc prægusta, præto jam subjecta, ad oculos meos venit novissimus Persoonii liber: *Mycologia Europæea*. Primo obtutu notavi: Antiquitus nota *H. Monachella* (vide supr. p. 18.) dicitur *H. leucopus*, *grandis* & *quinqueloba* *Pers. l. c. p. 213. 211. 216.* Ad *Helv. crispam* certe reducendæ *H. Mitra* *y. & Persica contorta*. *Pers. l. c. p. 210. 218.* *Helv. flavovirens* *Neesii* ipsissima *Lectia lubrica*. Reliqua dubia, quibus Persoonii liber premitur, e jam datis observatibus dilucent.

III. VERPA. Swartz.

Phalli & Helvellæ. *Auct. Verpa. Swartz in Vet. An. Handl.* 1815. p. 129. *Pers. Myc. Eur.* p. 202.

CHAR. Receptaculum clavato-pileatum, centro suffultum, æqualiter deflexum, conicum, subtus concavum, supra undique hymenio tectum. Hymenium læve l. rugulosum, non costatum, persistens. Asci fixi. — Stipes constanter præsens, cavus, a pileo subdiscretus. Pileus orbicularis, integer, siccus, primo ad stipitem adpressus, dein patens. Substantia carno-membranacea.

HIST. Fungi meteorici, terrestres, inter Morchellas, quarum gaudent statura, & Leotias medii. Helvellæ Mitræ perfectiores, Pezizoidæe vero inferiores; utraq; forma inflata & lobata differunt. Nomen origine romano, Phalli synonymon. Hymenium a Swartzio, pruina nempe flocculosam, Mitratis solemnem, pro sporas nudas habente, inferum dicitur, sed superum esse repetitum examen edocuit.

* *pileo margine revoluto tantum libero.* Autumno.

1. *V. atro-alba*, pileo obtuse conico lævissimo nigro, margine revoluta, stipite ventricoso candido.

V. candida. Swartz! l. c. t. 4. B. Fries in Liljebl. Sv. fl. 3. p. 664.

Fungus 2-3 pollicaris. Stipes rigidus, digito minimo fere crassior, teres, lævis, sed sub lente subgranulatus, squamulisque minimis fusco-pallidis hinc inde conspersus, intus cavus concolor; basi fibrilloso-dilatata. Pileus subparabolicus, siccus, glaber, $\frac{1}{2}$ unc. longus, stipite paulo angustior; margine initio stipite contiguo, dein libero revoluta subtus albicante pruinose, intus solidus. *Inter muscos roridos prope Holmiam Sept. meteoricus.* (v. s.)

** Campanella, pileo toto a stipite libero. Ver-
nales, raro autumnales.

2. *V. digitaliformis*, pileo campanulato digitaliformi-ruguloso umbrino, stipite æquali transversim quamuloso.

V. digitaliform. Pers. Myc. Eur. p. 202. t. 7. f. 1-3.

"Pileus, qui interdum in fungo valde adulto aut luxuriante etiam hemisphæricus est, 3-4 lin. altus, totidemque fere latus, aqua emollitus sublente reticulato-rugosus, sed non alveolatus, in sicco subasperatus inferne lævis pallidus aut subalutaceus. Stipes $1\frac{1}{2}$ — 2 unc. longus, 3 lin. crassus, cylindricus, intus cavus flaccidus, transversim undulatus," fuscescens. *In silvis prope Neufchatel in Helvetia, vere, gregaria.* Chaillet. (v. ic.)

3. *V. conica*, pileo campanulato sublævi fusco, margine subsinuato, subtus stipiteque æquali flavis.

Phallus conicus. Fl. Dan. t. 654. Timm. Megap. p. 263. *Leotia conica*, Pers. syn. p. 615. *Verpa con.* Swartz l. c. p. 131. Pers. Myc. Eur. p. 204.

b. H. Relhani. Sowerb. t. 11.

Stipes 1-2 unc. longus, lævis, teres, fistulosus, priorum tenuior. Pileus leviter carnosus, campanulatus; in H. Relhani minor, quam in Floræ Daniæ icone. *Ad terram in Dania. b. in Anglia.* (v. ic.)

4. *V. Morchellula*, pileo campanulato subplicato dilute badio, subtus stipiteque lævi pallescente.

Morchella Agaricoides. Dec. fr. 2. p. 213. *Verpa*, Pers. Myc. Eur. p. 203.

Stipes fistulosus, 3 unc. circiter longus, albidorufescens, subæqualis, basi radiculosus. Pileus leviter umbilicatus, brunneus, cellulis non profundis. Dec. l. c. Stipes 2 lin. crassus, in adultis deorsum communiter incrassatus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. al-

tus & latus, demum corrugatus. *Pers. l. c.* Mutata generica sede affinitatem cum *Morchellis* (nulla cum *Agaricis*) nomen indicabit. *In silvula Bolonien-si prope Parisios passim vere.* (v. ic.)

5. *V. patula*, pileo convexo lævi fulvo, stipite aequali lævi albo.

Boletus pileo monachi. *Batt. Ar. p. 25, t. 3. D. Helv.* conformis, *Pers. Myc. eur. p. 216.* (ex *Batt.*)

Species a præcedentibus diversa; ad sequens genus accedens pileo convexo, sed membranaceo & margine patulo distincta. Stipes ultra unciam longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, teres. Pileus vix sinuatus, uncialis. *In Italia ad ripas aut.* (v. ic.)

Species vix nota:

V. rugipes. Fungoides galericulatum superne e fulvo subruscum, inferne griseum, pediculo longo rugoso albo tubulato, intestinorum forma. *Mich. gen. p. 204.*

Memorabilis hic fungus repertus in territorio Scandoci per fossas prædii Abbatiae Florentinae Aprilis!

IV. LEOTIA. Hill.

Fung. sect. I. *Vaill. par. p. 58.* Fungoidastrî spec. *Mich. gen. p. 201.* *Helv. species. Auct. Afz. l. c.* *Leotia, Hill. hist. p. 43.* *Pers. Comm. clavæf. p. 31.* *Helotii sp. Link. diss. I. p. 40.*

CHAR. Receptaculum pileatum, centro suffultum, orbiculare, patens, margine revolutum, supra margineque hymenio vestitum. Hymenium confluens, undulatum l. læve, persistens. Asci fixi, clavato-cylindrici. — Stipes constanter præsens, distinctus, in receptaculum totus diffusus. Pileus subirregularis, semper a stipite liber, convexus, sensim depressus, tumens, mollis, fructificans viscosus, mar-

gine repandus. Substantia carnosissimo, subtremellosa.

AFFIN. Genus Helvelloideum ad Tremellinas abiens. Ab Helvella & Verpa, quibus valde affinis, sed minus evolutum, differt forma & substantia. Helotium differt receptaculo cupulato-reflexo, margine patente, disco tantum ascis fixis tecto; cum in Leotis ob marginem revolutum etiam subtus fructificat. A Cantharellis denique, quibus habitu & pileo subtus venoso variæ species simillimæ, hymenio supero longe recedunt.

HIST. Fungi gregarii, terrestres, mediæ magnitudinis, autumnales l. æstivales, inodori & insipidi, nondum cibarii. *L. lubrica* ante Linnæum, ab ipso vero neglecta, nota fuit. Genus primus distinxit Hill, cum *Mitrella* & *Verpa* junxit Persoon. Nunc in Myc. Europ. hanc separat, non vero illam clavula genuina distinctissimam, e methodo sua potissimum *Typhulæ* speciem.

DIVIS. e pilei substantia & forma:

- I. CUCULLARIA.** Pileus carnosus, margine revolutus (1-5).
II. HYGROMITRA. Pileus gelatinosus, subclavatus (6-10).

Trib. I. CUCULLARIA.

CHAR. Substantia carnosissima l. lenta, exsiccata persistens. Pileus rite evolutus, liber. Stipes farctus l. cavus, absque gelatina. *Majores edules, colore ex albido cinereo l. cinnamomeo. Abiunt ad Helvellas, sed à sequ. non separandæ.*

- I. *L. infundibuliformis*,** pileo depresso cinereo-livido utrinque, basi stipite facto glabro.

Helv. infundibulif. Schæff. fung. t. 277. secundum Sowerb. fung. t. 153. Leotia. Fries Obs. II. p. 299.

Stipes 2-3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra crassus, teres, subequalis, lævis, cinereus, intus albus; variat sursum incrassatus. Pileus subregularis, junior convexus, dein depressus, 1 $\frac{1}{2}$ — 2 unc. latus, lævis, later, subfulvaceus, margine inflexo, subtus albido-fuscescens. An carnosus? *Ad terram in Anglia &c. Oct. (v. ic.)*

2. *L. amara*. pileo subumbonato utrinque lævi albidulo subtus luteo-turco, stipite lævi albo.

Helv. amara, *Lour. Coch. ed. Willd. 2. p. 695.*

Ad hoc pertinere genus non dubito, & a reliquis grande diversa. "Fungus medicis, nudus, intermedium orbiculato subcoriaceo crassiusculo (c. 1.5 unc. diam) utrinque lævi, ad centrum tumido. *Eschsch. Cucullaria* nativa amaritie per iteratam coctionem depurata." *In Cochinchina plerumque in arbore Malacca.*

3. *L. circinans*, pileo carnosio convexo demum undulato, margine involuto, subtus nervis in stipitem decurrentibus, stipite fistuloso subpulverulento.

Lectia circinans, *Pers. comm. clavaf. p. 51. Ic. & descr. p. 16. t. 5. f. 5-7. Syn. p. 612. Myc. eur. p. 198. A. S. p. 297. Helot. circinans. Swartz in V. A. H. 1812. p. 15. Helv. revoluta. Wahl. Ups. p. 464. certe non Afz.*

Gregaria, subcespitosa, l. in circulos disposita (unde nomen), sicca marcida, humida tumida carnosio-mollis. Stipes 1, raro 2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, teretiusculus, passim flexuosus, pulvere albido conspersus, e pallido l. castaneo-rosus, "fuliginosus." Pileus subrotundus, primo lævis, dein undulatus & tuberculatus, humidus viscosus, 4-7 lin. latus. Color e diversa ætate & humiditatis gradu varius, pallidus, lutescenti-incarnatus, lividus, subcinnamomeus. Plicæ in pagina inferiori steriles, tenues, paucæ, distantes. *In silvis abiegnis col-*

liculosis muscosis, jove pluvio frequens; varior in America boreal. Autumnno. (v. v.)

4. *L. nana*, pusilla, pileo rugoso albo, subtus lævi brunneo, stipite farcto cylindrico albo.

Helv. nana. With. arr. 4. p. 338.

Stipes lævis, $\frac{1}{2}$ unc. longus, crassitie pennæ con-
vina. Pileus lentus (vix coriaceus), varie deflexus,
 $\frac{1}{2}$ unc. latus, adeoque optime nana dicitur cum pi-
leus ratione stipitis sat magnus. Quoad caracte-
res distincta species. *In Anglia sub arboribus.*

5. *L. platypoda*, pusilla, pileo subreflexo plicato undulato fusco, stipite compresso sordide albo.

Helv. platypoda. Dec. fr. 6. p. 29. Pers. Eur. p. 202.

Inter minimas in genere, 6 lin. tantum alta.
Pileus parvus, irregulariter plicatus & undulatus.
Substantia gelatinosa aut parum coriacea, hinc in-
ter hanc & sequentem tribum media. *Ad terram
circa Grasse in Provence.*

Trib. II. HYGROMITRA.

*Tremella Hygromitra. Nees syst. p. 157. Cucullaria
Pers. Myc. Europ. p. 201.*

CHAR. Substantia tremellosa aut carnosoge-
latinosa, putrescens nec persistens. Pileus minus
evolutus, clavato-capitatus, tumens, margine subtus
adnato. Stipes sæpius fistulosus, gelatina plenus,
sursum incrassatus & in pileum abiens. *Noxiæ, co-
lore e flavo viridique varicæ. Abeunt ad Tremellas me-
diante Trem. Helv. Decand.; in L. lubrica denum de-
sunt asci.*

6. *L. marcida*, subtremellosa, lutea, pileo tenui repando lævi, stipite longissimo flexuoso deorsum attenuato.

*Phallus marcidus. Fl. Dan. t. 654. f. 1. L. marcida.
Pers. syn. p. 613. Myc. Eur. p. 202.*

Gregaria, tenuis, minus gelatinosa; tam in spec. quondam viso, quam in ic. ined. in Biblioth. Cel. Hornemanni non virens. Stipes 3-4 unc. longus, 1-2 lin. crassus, tortus. Pileus $\frac{3}{4}$ unc. latus, vix ultra, subumbonatus, in margine inflexo, repando, subtus cavus concolor. *In silvis locis declivibus muscosis; secundum Schweiniz etiam in Carolina superiore. Aut. (v. 6.)*

7. *L. lubrica*, tremellosa, pileo tumido repando flavo-viridi, stipite cavo subaquali flavo.

Fungus gelatinus flavus. *Vaill. par. p. 201. t. 11. f. 7-9. Mich. gen. t. 82. f. 2. Eiv. lubrica. Scop. Carn. II. p. 477. Leot. gelatinosa Hill. l. c. n. 3. 4. H. lutea. Berg. phyt. I. s. 151. H. gelatinosa. Kull. champ. p. 296. t. 473. f. 2. Sowerb. t. 70. Leotia lubrica. Pers. syn p. 613.*

a. pileo tenui, deflexo, plano-lacunoso. *Hall. helv. 2269. H. flavovirens. Nees syst. p. 176. f. 162.*

b. pileo plano-convexo, subumbonato, undulato tuberculoso. *Pers. Myc. Eur. p. 201. t. 9. f. 4-7. Moug. & Nestl. exs. n. 224! Merulius lubricus. Schum. Sæll. p. 368.*

c. pileo subrotundo, lævi. Phallus lubr. *Fl. Dan. t. 719. Helv. clavata. With. arr. IV. p. 340.*

d. pileo depresso, lævi. Helv. revoluta. *Afz. l. c. p. 309. Pez. Cornucopiæ. Hoffm Veg. Cr. II. p. 21. t. 6. f. 1. Clavar. tremula. Holmsk. Ot. I. p. 27. c. ic. Hygrom. Nees syst. f. 144. B.*

Gregaria, subcæspitosa, ceteris mollior, "odoro grato" Hall. Stipes 1-3 unc. longus, squamulis minutis innatis granulosis, intus cavus & gelatina fluxili refertus; substantia corticali demum in nervos, membrana exteriori junctos, longitudinaliter fissa. Pileus lubricus, repandus, unciam haud attingens, margine inflexo tumido connato. Maxime variat, ut ignoscendi, qui ex iconibus plures statuerunt species. An a & b ab c & d distinguendæ; illæ sunt *L. lubrica*, hæc *L. tremula* Pers. commun. *clavæf. p. 32. Omnia veterum synonyma ad d. spe.*

stant. Sed ex ætate diversa & loco plus minus um-
broso variat pileo convexo & depresso, fusco-rufo
flavo & viridi, stipite brevi deorsum & longo sur-
sum attenuato. *In silvis mixtis nudis humidis, etiam
paludosis turfosis Europæ & Americæ boreal. frequens.*
Aest. Aut. (v. v.)

8. *L. chlorocephala*, pileo globoso glaberrimo sub-
pellucido e viridi æruginoso, stipite longissimo
torto pulverizero.

L. chloroceph. Schwein. *syn. fung. ear.* p. 88.

Major, cespitosa, habitu *L. laticæ.* Pilei co-
lor ex intense viridi æruginosus. Stipes ad 4 un-
cias longus, ætate tegitur pulvere æruginoso, in
statu sicciori detergibili. *Ad terram in Carolina
superiori.*

9. *L. viscosa*, pileo convexo undulato viscoso atro-
viridi, stipite cavo sulcato sursum incrassato
luteo.

Tremella stipitata. Bosc. in *Berl. Mag. naturf.* 1811.
p. 89. t. 6. f. 14. *Hygrom. stipitata.* Nees *system.*
f. 144.

Magna, 3-4 unc. alta. Stipes clavatus, com-
pressus, irregulariter sulcatus, superne uaciam cras-
sus, in pileum dilatatus. Pileus valde irregularis
& viscosus, repandus, tuberculatus, quasi e pluri-
bus compositus, 2 unc. latus. Substantia fibrosa,
elastica, cavitate interna, g latina repleta. *Subcæs-
pitosa in arenosis Carolinæ australis, Februar. (v. ic.)*

10. *L. atrovirens*, pusilla, subcarnosa, atrovirens,
pileo planiusculo stipiteque sursum incrassato
lævibus.

L. atrovirens. Pers. *Myc. Eur.* p. 202. t. 9. f. 1-3.

Gregaria, vix ultra $\frac{1}{2}$ unc. alta, vix gelatinosa.
Stipes dilutior, in pileum fere abit. Pileus 2-3
lin. tantum latus. *In Vogesiæ silvis ad vias locis
humidis reperit Mougéot. (v. s.)*

Species dubia:

1. *L. unctuosa*, pusilla, lutea, laevis, margine revoluta.
 Elv. unctuose. *Batsch El. Cent. I. p. 193. f. 134.*
 Fungus memorabilis, lignatilis.

V. VIBRISSEA. Fries.

CHAR. Receptaculum capitatum, centro suffultum, supra hymenio vestitum, margine primo undique stipiti adnato, mox libero Hymenium laeve, nudum, persistens, dein vero ex ascis paraphysibusque erumpentibus velutinum. Sporidia exigua. — Stipes praesens, tenuis, cum receptaculo contiguus. Capitulum hemisphaericum, marginatum, subtus concavum. Substantia carnosio-ceracea, firmula. Velum o. *Asci & sporidia albidia.*

HISTOR. Fungi minores, gregarii, lignatiles, vernales, interdum olidi, in cibariis non recepti. Fructificationis processus in hoc ordine inauditus, exacte qualis in *Spher. militari*. Cf. *Pers. Obs. Myc. 2. p. 67.* Ascoboli tam receptaculi, quam ascorum deliquescentium &c. indole abunde differunt. Nomen cumsi a verbo latino: *Vibro*, ob fila erumpentia continuo oscillantia, *Vibrissas* insectorum referentia.

1. *V. truncorum*, simplex, capitulo orbiculari aereo, stipite tereti e glauco nigricante.

Leotia truncorum. *Albert. & Schwein. Consp. fung. nisk. p. 297. t. 3. f. 2. Schwein. Fung. Carol. p. 88. Pers. Myc. Eur. p. 199. Leot. clavus. Ib. l. c. p. 200. t. 11. f. 9. (haud dubie!)*

Gregaria. Stipes arruizus, primo factus, mox totus cavus, tenax, lineam haud crassus, albidus, subvirens, squamulis subtilibus inferne praecipue sordide glaucus exsiccatus basique attenuata nigrescens. De cetero e situ plus minus demerso eximie variat, ad ligna profundius demersa uncialis &

Altra, undulatus; locis emersis 2-4 lin. tantum, teres, rectus l. curvatus, pallidior. Capitulum 1-2 lin. latum, flavum, exsiccatum aurantio-rubrum, subtus omnino sterile, pallidum; margine mox libero subrepando, raro inciso-dentato; recens, præcipue quando fungus ex aqua extrahitur, glabrum, nudum; mox vero in sole albo-floccosum; sub vitris parum convexis illustratum fila alba ex hymenio frequentissime erumpunt, pileo longiora, geniculata, continuo oscillantia ascique avolant. Singulare hoc phænomenon per plures horas haud interruptum fungumque in hoc statu odorem fortem alliaceum spargere observavi. *Ad ligna, ramulos similiæque putrida madida, locis humidis passim; etiam in America boreali. Majo, Jun. (v. v.)*

2. *V. rimarum*, subfasciculatam, flavidum, capitulo fulvescente stipiteque compressis.

Priori affinis, sed vere diversa. Substantia sicca, sed carnosæ. Totus fungus ob stationem peculiarem valde compressus, stipitibus elongatis uncialibus, crassitie variis, flexuosis, basi subconnatis. Capitulum hemisphæricum, pro ratione exiguum, obscurius, demum rufum; ceterum totus fungus flavidus. *In rimis ad trabes aliæque ligna vetusta domestica fabricata in Kamtschatka. (Ex Coll. Wormsk.)*

VI. RHIZINA. Fries.

Elvellæ spec. Schæff. Pers. Rhizina. Fries Obs. Myc. I. p. 161. Nees Syn. Gen. Myc. p. CII. Pers. Myc. Eur. p. 216.

CHAR. Receptaculum effusum, crustaceum, bullatum, subtus concavum, fibrillis pluribus radiciformibus margineque deflexo suffultum. Hymenium totam superficiem superiorem occupans, læve, persistens. Asci fixi, ampli. Sporidia ovato-oblonga, speridialis duobus. — Stipes nullus. Pi-

leus convexus, subrotundus, determinatus, margine primo byssino. Substantia carnosae.

HISTOR. Fungi persistentes, rigidi, fragiles, inodori, terrestres, subautumnales, in cibis hactenus non recepti. Habitus potissimum Thelephoræ, sed characteres omnes Elvellacearum. Atii ad Helvellas, ad Pezizas alii retulerunt, sed jam oculatissimus Ehrhart, Vir a Botanicis semper colendus, quam peculiare sint. perspexit: Cf *Beitr.* 3. p. 85. n. 57. Accedit peculiaris nota e *fibris radiatis*, e quibus nomen sumsi, ($\rho\iota\zeta\alpha$ & $\nu\alpha$).

1. *R. undulata*, effusa, undulata, spadicea, margine inflexo, subtus flocculosa fibrisque pallidis.

Elv. inflata. *Schæff. fung. t.* 153. *Ehrh. Beitr. l. c.* Phallus acaulis. *Batsch El. p.* 129. *Helv. acaulis Pers. syn. p.* 614. *Obs. Myc. 2. p.* 20. *A. S. p.* 298. *Rhizina undulata. Fries Obs. 1. p.* 161. *Pers. Myc. Eur. p.* 216.

Junior planiuscula, regularis, lævis, uncialis, margine albicante, in qua ætate pro sequente facile haberi posset; adulta vero convexa undulata difformis, 2-3 unc. lata, absque margine prominente. Fibræ firmæ, crassiusculæ, ut & substantia turgida. *Ad terram nudam sabulosam l. deustam, etiam supra muscos frequens. Vere, æstate, præprimis autumno. (v v.)*

2. *R. lævigata*, orbicularis, lævis, fusca, margine prominente, subtus ex nuda fibrisque pallidis.

Peziza rhizophora. Willd. Ber. n. 1170. *Octospora rhizoph. Hedw. musc. frond. II. p.* 15. t. 5. f. A. *Rhizina lævigata. Fries Obs. 1. p.* 162. *Pers. Myc. Eur. p.* 217.

Quin prioris congener sit, nullus dubitet, potius de specifica differentia. Jam ab initio magis convexa, constanter lævis, unciam vix superans. Margo prominens huic faciem magis Pezizoideam

tribuit. *Ad terram arenosam macram apricam, autumn-
no.* (v. s.)

β. *R. prætexta*, effusa, subconvexa, fusco-purpurea, limbo albo margine fibrilloso prætexta, subtus fibrisque concoloribus.

R. prætexta. Ehrenb. *silv. Ber. p. 29.*

Carnosa, uncialis, suborbicularis. Videtur junior ætas. Theleph. umbrina Pers., ab Auctore citata, ipse Persoon mecum ad Phylacterias refert. *In arena prope Berolinum rarissime Jul. reperta.*

3 *R. vaporaria*, effusa, undulata, flavescens, margine subinflexo, subtus albida, fibrillis obsculetis.

Species vere distincta. Amorpha. 2-3 unc. lata, ceracea, fragillima, testaceo-pallida, margine haud prominente, in meis speciminibus glabro. Fibræ nullæ, tantum fibrille t. nues prope marginem. *Semel reperi in vaporario Horti Lundensis supra humum ollarum. Aestate ineunte.* (v. v.)

REVISIO SUBORDINIS

I. Differenda potissimum ad finem sequentis, cujus genera continet hymenina h. e. Fungos Hymenino-Uterinos, qui ob hymenium dominans culminarunt & e forma cupulata convexi evaserunt.

II. Genera valde affinia, sed habitu & characteribus datis distinctu facilia, unicum modo genus primæ dignitatis constituunt. Secundæ dignitatis sunt MORCHELLA, HELVELLA, LEOYIA, VIBRISSEA. Tertiæ VERPA & RHIZINA, quorum hoc genus inter Mitratos & Cupulatos, illud inter Mitratos & Clavatos (= MITRULA hymenio a stipite libero) medium.

III. MORCHELLA est genus hymeninum ob pileum præ ceteris reflexum, hymenium gyroso-

poroso-effiguratum (cf. *Boletum*, genus uterinum prioris ordinis!) & locum semper terrestrem. *HELVELLA* est genus uterinum, adeoque præ ceteris ad *Pezizas* abiens, passim & in lignis putridis crescens. *LEOTIÆ*, præcipue *HYGROMITRÆ*, forma, ascis & substantia *Tremellas* s. *Mucedineum* ordinem representant. *VIBRISSEAM* tandem esse genus epiphytum, immo cum remota *Tubercularia* analogum, forma, fructificatio & locus oppido demonstrant.

IV. Clavatos stipitados maxime affines esse non negamus, sed vix huc referendi. Locus enim *Mitratorum* omnino certus mihi videtur inter Clavatos & Cupulatos; quare illi licet ceterum imperfectiores anteponuntur, vide Vol. I. p. XIV, 500.

 ORDO IV.

C U P U L A T I.

Peziza. *Hall. helv. III. p. 133. aliorumq. Cupulati.*
Swartz. l. c.! Uterini *Calycini*. *Nees Syst. p. 254.*

CHAR. Hymenium concretum, superum, læve, glabrum, discoideum, junius subclausum, margine receptaculi cinctum, ascigerum. Ascii varii. Sporidia elastice l. alio modo secedunt. — Receptaculum cupulatum, magis magisque expansum, quare discus demum passim convexus, æquale, plus minus evolutum. Velum multis præsens.

ABERRAT. In infimis formis margo ferme oblitteratur; & in aliis innatis ipsum receptaculum. Appendicis loco admissa sunt genera duo elementaria ascis destituta, sporidiis pulveraceo-secedentibus.

ANALOGIA adest cum reliquis ordinibus Uterinis; propior vero cum Gasteromycetibus hymeninis & generibus sectionibusque Uterinis reliquorum Ordinum inter Hymenomycetes. Varii igitur, qui hanc exterioris formæ analogiam pro affinitate habuerunt, perperam huc retulerunt Agaricos (v. c. *Pez. lamellatam* Poll. = *Ag. septicum*!) Polyporos, Thelephoras (*P. antiquatam* Batsch. *P. amorpham* Pers.!) permultas Tremellas (v. c. *P. gelatinosam* Bull. & Pers. syn.) & Sclerotia (*P. Scleropyxin* P., *betulinam* A. S.), quarum pars in novissimo Persoonii opere (*Mycol. Eur.*) sub *Peziza* adhuc militat. — Apud Veteres quoque Gasteromycetes hymenii (*Cyathus*, *Atractobolus*) huc relati fuerunt; nec minus recentiores de *Phacidiaceis* vacillant. Equidem sane ad hunc ordinem retulissem, ni omnium obstetisset Mycologorum auctoritas. Nullo charactere a Cupulatis, maxime essentialibus a Sphariaceis differunt, quare inter has appendicis loco tantum ponere potui. In præsentem vero ordinem immutato fere charactere quadrant. (Inserendæ post *Cenangium* ordine sequente:

- 13 a. *Hysterium*.
- 13 b. *Phacidium*.
- 13 c. *Rhytisma*.
- 13 d. *Leptostroma*,

neglectis generibus intermediis. *Stictis*, genus sequens, omnino analogas, sed imperfectiores, formas enumerat.) Sed etiam, si cuidam e vegetatione *Tympanim*, *Cenangium* & *Stictim* ad *Pyrenomycetes* referre magis arrideret, non valde attonitus evaderem.

HIST. Sub Fungoide 10 species enumerat Tournefort, 55 Micheli (addito uno alterove Fungoidastre). Linné & Gleditsch hos parum curarunt. Interea nova genera distinxit Tode; Ascobolos Persoon & conjuncto Mycologorum studio specierum numerus auctus usque ad 160 in Persoonii Synopsi. His, dubiis exceptis, 30 eximias species

addiderunt Albertini & Schweiniz; hic solus in *Schwægrich. Syn. Fung. Carol.* 26, sed breviter nimis descriptas. Majus vero & nimium sane incrementum in Schumacheri En. Sæll. & Persoonii *Mycologia Europæa*, sub 6 genera (p. 217—347) 344 species enumerante, hic ordo accepit. *Mscr.* nostrum, 12 genera describens, typographo jam traditum, prius Persoonii liber divulgatus erat, quem ergo prima vice perlegens nomina quadam nostra mutare speciesque vere novas addere tantum potui.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Fungi liberi evoluti (v. c. Geogenii & tales potissimum sunt Hymenomycetes) e loco natali non mutantur & hinc in remotissimis fere terris fere iidem; fungi autem erumpentes l. innati (v. c. Xylarii, Epiphytici), ab influxu loci natalis magis pendentes, e diverso matrici, & hinc etiam in diversis regionibus, magis mutantur. (Quo magis fungus innatus, eo magis non solum imperfectus, sed & e loco mutatus & versa vice. Hinc infimum *Cæoma* est typus, qui in singula planta propriam quasi format speciem, quasi vocalis cum omnibus consonantibus novam vocem; cum locus natalis diversus ex Epiphytis maxime liberatis, v. c. Tubercularia, ne varietates constantes fingere valet. Cf. *Syst. Myc. I. p. xxix.*) Cupulati, utpote a Geogeniis ad Xylarias h. e. a liberis ad erumpentes abeuntes, hoc optime confirmant; perfectiores & geogenii in diversis regionibus fere communes, sed quo magis innati eo magis multiplicati inque diversis regionibus ob matricem l. plantas, his privas, varii. — Clavati & Pileati, magis a luce pendentes, a vere in autumnum; Elvellaceæ autem ab autumno in ver optime vigent. Sed & Cupulati a luce pendent, nam in cryptis clausi manent & spheriæformes. Sic ex gr. *Peziza cerinca* clausa & paululum mutata nomine *P. olivaceæ* mecum communicata; sed hujus funguli, in cryptis tum crescentis, metamorphoses varias persequi contigit; *P. erratica* &c. Conferas

præcipue Cenangium, medium genus inter Pezizas & Sphærias, ubi quando locus natalis non favet hymenio explicanti, deliquescit, Sphæriarum more e. s. p. — Quoad durationem & substantiam geogenii &c. cum præc. ordinibus conveniunt; sed quo magis innati l. etumpentes eo firmiores & diutius durant, per annum dimidium, Pyrenomycetum instar, sæpe vegetant.

VIRES & Usus adhuc fere latent. Geogenii cum Mitratis procul dubio conveniunt, mites & edules. E Bulgaria collam præpare jubet Müller, sed vix apte. — Ditiola inter fungos noxios numeranda, ligna peculiari modo cito destruens.

SYNOPSIS generum ex ascorum, veli & receptaculi indole distinctorum:

- * PEZIZÆ. Hymenium leve, persistens. Asci amplii, sporidia, *elastice ejicienda*, includentes. Receptaculum carnosum l. membranaceum, substantia simplici. Velum non distinctum. *Libere evolutæ, superficiales.*
- 7. PEZIZA. Cupula subconcava, mox aperta, disco nudo. Asci amplii, fixi, persistentes, paraphysibus immixtis.
 - A. *Discina*. Cupula (ampla) ab initio plano-convexa, centro adfixa. Sporidia sporidiosis duobus.
 - B. *Helotium*. Cupula (parva) ab initio plano-convexa, demum lentiformis, centro suffulta. Sporidia simplicia.
- 8. PATELLARIA. Cupula aperta, marginata, disco subpulverulento, absque velo. Asci connati, absque paraphysibus. *Lentæ.*
- 9. ASCOBOLUS. Cupula planiuscula. Asci humore sporidiisque referti, punctato-prominentes, demum elastice dissilientes, *Carnoso-molles.*

10. BULGARIA. Cupula primo clausa. Asci immersi, paraphysophori, demum liberi erumpentes. *Gelatinosæ*.
- ** DERMEÆ. Hymenium varium. Asci tenues, fixi, sporidia *secedentia* includentes l. modo adhaerentes. Receptaculum suberosum l. coriaceum, substantia plerumque duplici. Velum distinctum, sed in sticti spurium. *Epiphytæ, in-nato-erumpentes, diu persistentes.* (Pyrenomycetibus proxima).
11. DITIOLA. Hymenium demum plicatum deliquescens. Cupula aperta, velo universalis. *Suberosæ*.
12. TYMPANIS. Hymenium demum fatiscens. Cupula aperta, velo partiali. *Corneo-coriaceæ*.
13. CENANGIUM. Hymenium læve persistens, raro deliquescens. Cupula clausa, sero aperta. *Subcoriaceæ*.
14. STICTIS. Hymenium læve, immersum. Cupula oblitterata. (*Hym. persistens*).
- A. *Corticis*. Hymenium subliberum. *Gelatinosæ*.
- B. *Xylographa*. Hymenium deliquescens.
- C. *Propolis*. Hymenium in pulverem fatiscens. *Hysteria & Excipulæ* pusillæ. Cf. Pyrenomycet.
- *** HETEROCLITÆ. Hymenium confluens. Ascini i. Sporidia *pulveracea, secedentia.* *Epiphytæ, libere evolutæ*.
15. SOLENIA. Tubuli simplices, elongati, membranacei.
16. CYPHELLA. Cupula concava, cernua, sporidiis *secedentibus*.

CRITICA. Discina & Helotium, utpote forma modo recedentia, mere aberrationes Pezizæ sunt, species ab affinibus non bene segregatas enumerantes. Qua de causa illius species suis locis inserui. — Stictis vero (propria sectio) in quattuor genera dividenda mihi videtur; sed ephemerorum generum numerum augere metuens ut tribus propono. Restant quoque adhuc formæ recedentes non pauca, propria genera jure constituentes, quas suis locis notavimus. Dolendum sane Mycologos hæcenus plerumque in sola superficie acquievisse, fructificationem negligentes. Cf. *Ditotiam*.

VII. PEZIZA. Dill.

Fungoides. *Tournef. J. R. H. p. 564.* Fungoid. cava. *Mich. gen. p. 205.* Peziza. *Dill. gen. p. 74.* Elvellæ spec. *Gled. Schæff. Sc. Terana, Pezica, Trombetta. Adons. Octospora. Hedw. Musc. II. p. 4.* Patella. *Weber. Encœlia Hill. Pezizæ spec. Pers. syn. p. 631. Nees Syst. p. 254.*

CHAR. Receptaculum marginatum, cupuliforme, primo subelavum, mox expansum, epidermide tenui contigua. Hymenium læve, persistens, distinctum. Ascii ampli, distincti, fixi, sporidia elastice ejicienda includentes, paraphysibus immixtis. — Cupula centro adfixa, passim stipitata, libere evoluta, plus minus cava, demum passim planiuscula, disco polito (nec villosa l. pulveracea) discolori. Velum universale, sed non distinctum & sæpe nullum. Substantia carnosomembranacea l. ceracea.

ABERRAT. Discina & Helotium; etiam inter formas infimas occurrunt subimmarginatæ. Aliæ in fructificatione magis recedunt ex. gr. *P. umbonata, aurea* aliæque ulterius inquirendæ.

HIST. Nomen, olim Pezica, jam a Plinio usitatum. Centrum Elvellacearum ideoque specie-

rum numero ditissimum. Patres suas non rite descripserunt, Gleditsch omnia confudit, Linné ejusque assectæ minores fungos semper negligebant. Veræ specificæ cognitionis fundamenta posuerunt Vailant, Micheli, Buxbaum, Haller, Schæffer; superstruxere Hedwig, Bulliard, Persoon, sed hic egregius olim Mycologiæ reformator species nimis multiplicavit. Satis magna pars specierum in Mycol. Eur. ut synonyma l. varietates & ad alia genera reducenda. Color certe non ubique constans; quid species, quid varietas adhuc sæpe latet. Alioquin quædam species dubias, cum in litteratura sint jam introductæ, non omisi, sed, ne dubia dubiis adderem, omnes proprias novas, quæ propriæ sectionis typos efficere nequeant. Disposuerunt Haller secundum substantiam, Persoon sec. velum, Nees ad stipitem.

DIVISIO primaria a velo & substantia:

Ser. I. ALEURIA. Carnosæ l. carnosomembranaceæ, pruinosæ l. floccoso-furfuraceæ. *Subterrestres.*

Ser. II. LACHNEA. Ceraceæ, extus pilosæ l. villosæ. *Subepiphytæ.*

Ser. III. PHIALA. Ceraceæ l. membranaceæ, raro gelatinosæ, glabræ, nudæ. *Epiphytæ.*

B. HELOTIUM. Plano-convexæ. *Epiphytæ.*

Obs Singula series quattuor continet tribus eximie naturales & analogas, quarum quarta in quavis serie ad Dermæas (quartam quasi Pezizarum seriem constituentes) abit. Ut Helotium est aberratio Phialæ, ita & DISCINA Aleuriæ & LACHNIDEA (P. *Hel.* pithya) Lachneæ, quas vero ab affinibus semovere nolui.

Ser. I. ALEURIA.

Helv. spec. Bolt. fung. ! exacte. Helvelloideæ. Pers. syn. p. 636. Pez. Aleuria, Fries Obs. I. p. 163.

CHAR. Velum universale, concretum, tenue, superficiem pruinosa[m] l. flocculoso-furfuracea[m] reddens. Substantia carnosula l. carnosulo-membranacea, mollis, fragilis. Hymenium distinctum, fere secer-nibile, ascis maximis. — *Tribus sequentes:*

- I. HELVELLOIDÆ. Cupula semper aperta (Discina) l. junior connivens. Velum superficiale. *Sporidia sporidiolis duobus* — *Magna, terrestres.*
- †. ACETABULA. Stipes crassus, sulcatus. Cupula subintegra. (1-8.)
- ††. COCHLEATÆ. Subsessiles, pruinosa, dimidia-tæ l. obl qua[m] contorto-flexuosa. (9-20.)
- †††. PUSTULATÆ. Subsessiles, integræ, centra-les, extus granulosa l. verrucosa. (21-30.)
- II. GEOPYXIS. Cupula primo clausa. Velum in-natum *Sporidia simplicia.* — *Terrestres.*
- †. MACROPODES. Stipes longus, gracilis. (31-42.)
- ††. CUPULARES. Subsessiles, extus pruinosa. (43-60.)
- III. HUMARIA. Cupula carnosula, parva. Velum tantum margine flocculosum l. fugax. *Sporidia sporidiolo solitari* — *Terrestres.*
- †. LOMEÆ. Subsessiles, concava. (61-75.)
- ††. CONVEXULÆ. Sessiles, convexa. (76-80.)
- IV. ENCOELIA. Membranacea, tuberculumpentes velo secedente. *Sporidia simplicia.* — *Corticola.* (81-86.)

Cui tribuum characteres difficiles videntur, quamvis peritus ex habitu mox distinguit, ad sectio-

nem suam mox referre potest singulam speciem. Dolendum sane, characteres e sporidiis optimos sub vitris maxime argenteis tantum observari posse (sub parum convexis vitris omnibus sporidia simplicia) neque in omnibus hactenus esse comprobatos.

Trib. I. HELVELLOIDÆ.

CHAR. Velum tenue. Cupula junior aperta l. connivens. nunc integra, nunc dimidiata l. contorta. Contextus celluloso-fibrosus. Sporidia sporidiolis duobus (sub lente maxime argente). *Terrestres, maiores. Helvellis & Rhizinae valde affines. Habitu obeso. forma irregulari subflexuosa e. s. p. a Geopyxiae dignoscuntur.*

†. ACETABULA, cupula integra, stipite crasso sulcato! * *Vernales.*

1. *P. (DISCINA) perlata*, explanata, undulata, dilute cinnamomea, subtus lævis stipiteque brevi lacunoso albida.

Stipes 2-3 lin. longus & adhuc fere crassior, inæqualiter lacunosus, firmus, una cum cupulæ inferiore parte albido-villosula, ut *H. Infula*. Cupula explanata, junior ne quidem excavata, terræ adpressa, 3-4 unc. lata, lævis, subundulata, junior pallida, dein dilute cinnamomea l. testaceo-rubescens. Cum *H. infula* substantia, velo & loco convenit, sed certe diversa. A *Rhizina*, quoque affini, differt stipite & cupula libera. *In silvis ad latera viarum arenosa, rarior. Majo.* (v. v. in silva Bøkeb. prope Femsjö.)

2. *P. ancilis*, griseo brunnea, integra, stipite brevissimo apice costato-diviso ramulis crassiusculis cum cupula coalitis. *Pers. Eur. p. 219.*

Stipes subtuberosus, terræ immersus, nonnullas lineas longus, sub cupula ad medium in ramos

sex præcipuos dividitur, ramis divergentibus tumidis, medio canaliculatis. Inter unamquamque costam lacunæ adsunt profundæ & latæ, plicato-rugosæ, albæ. Cupula 2-5 unc. lata valde fragilis, externe farinosa, basi albicans. b. *clypeata*, parvula, subplana, nigrescens, sub cupula subquadrifida. Videtur junior fungus. *In silvis ad terram, Majo.*

4. *P. Acetabulum*, cyathiformis, fuliginea, extus venis ramosis costata, e stipite brevi fistuloso lacunoso porrectis.

Fungoides fuscum, acetabuliforme, externe ramificatum. *Vaill. Bot. p. 57. t. 13. f. 1. Mich. gen. p. 205. n. 2, 3. Elv. VI. Gled. p. 42. P. acetabulum. Linn. — Bull. champ. p. 267. t. 485 f. 4. Sowerb. fung. t. 59. Dec. fr. 2. p. 84. Pers. syn. p. 643.*

Stipes fere H. lacunosæ $\frac{1}{2}$ unc. longus l. ultra, crassus, glaber, pallidus, costato-lacunosus; cortis in adultis fistulosis, quæ in cupulam extenduntur & in venas abeunt. Hæ costæ analogæ sunt cum fibris fulcrantibus Rhizinæ. Cupula profunde excavata, demum rimosa, 1-2 unc. lata, fusco-expallens, subfuliginea. *In silvis umbrosis udis ad terram nudam rarior. Vere. (v. ic.)*

5. *P. sulcata*, minor, hypocrateriformis, expallens, albida, extus lævis, stipite fæcto crasso lacunoso.

P. sulcata. Pers. syn. p. 643. t. 5. f. 1. Myc. Europ. p. 219. Nees Syst. 219. A. S. p. 313. (minor.)

b. disco nigrescente. *P. leucomelas. Pers. Eur. l. c.*

Antecedente minor, firmiter, subcarnosula. Stipes 1 unc. longus, 4 lin. circiter crassus, irregulariter rugoso-sulcatus, non vero costatus. Cupula $\frac{3}{2}$ unc. lata l. parum ultra, leviter excavata, disco e fuligineo-expallente. Nullus dubito, quin b junior sit fungus, qui ætate expallescit cf. *P. macrop., repandam &c. In silvis fagineis mixtisque, raro. Majo, Jun. (v. v.)*

* * autumnales.

6. *P. calyciformis*, cupula hypocrateriformi sublævâ fulva, stipite crasso longo lacunoso albo.

Boletus calyciformis. *Batt. p. 25. t. 3. C.*

Stipes uncialis, æqualis, $\frac{1}{2}$ unc. fere crassus. Cupula tenuis, extus vix costata, glabra, uncialis, margine subrepando. *P. Acetabulum autumnalis* Swartz &c. forsan hujus loci. *Supra folia querneâ putrida, autumno.* (v. ic)

Boletus. Batt. t. 2. f. G. certe H. crispâ forma.

7. *P. cinnamomeo-lutescens*, minor, cinnamomeo-lutescens, cupula excavata, stipite longo crasso inferiorius lacunoso.

P. cinnamomeolut. Schwein. l. c. p. 91.

Gregaria l. simplex. Unciæ quadrantem l. dimidiam alta. Cupula excavata, margine involuta, intus lævis splendida, uno latere dehiscens l. integra. Stipes basi villo albo circumdatus. Jungit priores cum *Cochleatis*. *Inter folia putrescentia Carolinæ autumno, passim.* (Ni fallimur in Europa lectam vidimus).

8. *P. Mitrula*, minor, cupula majuseula subclausa utrinque deflexa intus spadicea, extus pallida, stipite sulcato candido.

P. Mitrula. Schwetn. l. 6, p. 91.

Cupula duobus lateribus oppositis deflexa ut pileus militis, fere usque ad terram. Stipes crassus, subteres, compressus, inferiorius sulcato-contortus. An ad hanc sectionem, $\frac{1}{2}$ unc. tantum alta. *Cum priori ad terram, Sept.*

Obs. Species priores cujusvis sectionis ad primas sequentis, posteriores ad ultimas proxime accedunt.

††. COCHLEATÆ, cupula subsessili, extus pruinosa; dimidiato-elongata l. obliqua cæspitosa-contorta, flexuosa, demum sæpius uno latere incisa subconvoluta. (*Otidea Pers. Myc. Eur.*)

9. *P. (DISCINA) dlypeata*, magna, e convexo-planuscula, fusca, extus subolivacea venosa. *l. c.*

Unciam 1—1½ lata, sessilis aut minimo stipite instructa, dilatata, depressa, vix excavata, scutelli aut placentæ forma, extus venis costata. Juniora specimina subglobosa l. saltim convexa, ubi gregaria contorta apparet. Substantia crassa cariosa, fragilis. *In truncis jacentibus Carolinæ abundavit una vice.*

10. *P. venosa*, sessilis, subcontorta, badio-umbrina, inferne alba, venis costatis rugosa.

Elv. cochleata. Wulf. in Jacq. Misc. Austr. II. p. 112. t. 17. f. 1. P. venosa. Pers. Myc. Eur. p. 220. Syn. p. 618. Swartz in V. A. H. 1012. p. 97.

Tota 1-2 unc. lata, junior subglobosa integra, mox aperta hemisphærica, deinde pro more incisa contorta repanda, demum umbrino-nigrescens. Subtus albida, minus distincte costata, potius venoso-rugosa, pruinosa. *In Austria & Suecia reperta; etiam in Carolina, sed rarissima. Apr. Mayo. (v. s.)*

11. *P. badia*, subsessilis, integra, flexuosa, brunnea, margine primo involuto, extus pruinosa dilutior subolivacea.

Fungoides auriculæ Judæ referens, intus rufescens &c. Vaill. Bot. p. 57. t. 11. f. 8. Helv. cochleata. Bolt. fung. t. 99. optime. P. badia Pers. Obs. 2. p. 73. Syn. p. 639. Myc. Eur. p. 224. A. S. 311. Fries Obs. I. p. 164.

Species pulchre distincta, ad sequ. sectionem certe non referenda. Integra quidem, sed subcæspitosa, difformis, 1-2 unc. lata, extus leviter pruinosa; basi villosa, sæpe lacunosa. Discus eximie

versicolor, sæpe in eodem individuo e rufescente pulchre olivaceo, subbrunneo &c. Occurrit passim disco poroso-pertuso. *P. porosam* Pers. syn. p. 640 nunc ipse sub sequente citat. *Ad terram locis graminosis, apud nos frequens; alibi ravior ut in America boreali. Aestate, Aut. (v. v.)*

12. *P. abietina*, subcæspitosa, concava, flexuosa, integra, subcinnamomea, extus farinosa, basi lacunosa albido-villosa.

a. cinnamomea, ferruginea. *P. abietina*. Pers. syn. p. 637. *Myc. Eur. p. 232. A. S. p. 309.*

b. intus badia, extus umbrina. *P. integra*. Schum. *Sæll. II. p. 419.*

c. olivaceo-umbrina. *P. grandis*. Pers. syn. p. 639.

d. cinnamomea, extus ochracea.

Magna, cæspitosa, 1-2 unc. lata, unciam alta. Extus dense farinosa, basi lacunosa, albo-tomentosa, sæpius stipitata. *P. grandis* est status luxurians, in genere hac species jove pluvio major, sicco minor paludior. *In silvis abiegnis colliculosis passim. Aug. - Oct. (v. v.)*

β. rubiginosa, rubiginosa, externe dense farinosa, stipite brevissimo. Pers. *Myc. Eur. l. c.*

Ob velum in verrucas acutas compactum dubia est, *Pustulatis* affiniore. *In Vogesia.*

13. *P. leporina*, substipitata, uno latere elongata, auriformis, subferruginea, extus farinosa basi-que intus lævis.

Fungus auriculæ leporis forma. *Menzel pug. P. auricula. Schæff. fung. t. 156 Fl. D.n t. 1077. f. 2. P. leporina. Batsch, El p. 117. Pers. syn. p. 637. Schum, Sæll. p. 415. Siv. l. c. 1810. p. 96. Nees Syst. f. 278. P. cochleata, Holmsk. Ot. II. t. 6. & plur. Auct.*

b. cinerea. *P. felina*. Pers. *Myc. Eur. p. 223!*

c. citrina, straminea.

Gregaria, erecta, lateraliter dehiscit, unde formam acquirit auritam, 1 unc. alta, $\frac{1}{2}$ unc. lata & ultra, extus basi lævis subvillosa. Stipes brevissimus, passim obliteratur. Colore insuper occurrit fusco, pallide umbrino, alutaceo &c.; etiam integra a me visa. Cf. variet. *sacciformem*, ventricosohemisphericam, vane flexuosam, 3 unc. latam. A. S. p. 309. *Ad terram inter muscos in pinetis vulgaris.* Aug.-Oct (v. v.)

14. *P. Cantharella*, stipitata, uno latere elongata, auriformis, lutea, extus glaberrima venosa.

Species excentrica, Cantharelli speciem referens. Stipes brevissimus, distinctus, basi albido-villosus, una cum cupula 2 unc. alta. Forma ceterum prioris, sed color Cantharelli eibarii; extus abique pruina, sed leviter venosula. *Detexit prope Åker Smolandice in silvis abiignis Hesslen.* Aut. (v. s.)

15. *P. onotica*, substipitata, uno latere elongata, auriformis, extus farinacea, intus rosea basi demum rugosa.

P. leporina. Sowerb. fung. t. 79. *P. onotica*, Pers. syn. p. 637. A. S. p. 310. *Ditum*, in Sturm. Deutsch. Fl. III. t. 16, cum analysi optima. Swartz l. c. p. 96. Sv. Bot. t. 485. f. 1. *P. rosea*, Schum. Scell. p. 416!

Proxima *P. leporinæ*, sed certe distincta, major, extus pallida l. ochracea, basi tomentosa alba. Intus primo lævis, tantum in vetustis basi plicatocolliculosa. Sporidia oviformia. *In fagetis inter folia dejecta; etiam in America boreali, passim.* Aest. Aut. (v. v.)

β. ochracea, cæspitosa integra dimidiataque flexuosa, late ochracea, extus furfuracea.

Est certe prioris varietas, quamvis, si quorum more ex habitu species fingerem, cum plurimis aliis distinguere possem. Arcte stipata, irregularis, centrales integræ, laterales elongato-dimidiatæ,

unciam latæ, in cæspitem contortæ; basi vix stipitata. *Cum priori, Aest. Aut.* (v. v.)

16. *P. aurantia*, subsessilis, irregularis, obliqua, aurantiaca, extus subpruinosa albida.

Parva concha marina. *Sterb t. 26 f. D. Fungoides multiplex aurantiæ &c. Vaill. par. p. 57. Ell. g. Gled. meth. p. 49. Hall. helv. 2222 excl. var. Pez. coccinea. Huds. Schæff. t. 148. Bull. champ. p. 269. z. 474. Berg. phyt. II. t. 49. Host. Austr. p. 650. Sowerb. t. 78. Helv. cocc. Bolt. t. 100. P. aurantia. Fl. Dan. t. 657. f. 2. Pers. Obs. 2. p. 76. Myc. Eur. p. 222. Nees Syst. f. 279. P. cochlearia. Lunn. — Willd. — Batsch. f. 157. male. P. dichroa. Holmsk. Ot. II. t. 7. P. cyathoides. Wahl. Ups. p. 466.*

Colore nitidissimo oculos e longinquo allicit, inde a plurimis auctoribus notata. Primo integra, dein flexuosa & contorta, 1-2 unc. lata, extus leviter flocculoso-farinosa, margine primo subtiliter villosa. Hinc parum heteroclitia in hac tribu (etiam ex analys. Nees. l. c., sed parum nimis aucta videtur). Notatur quoque a ud omnes Veteres, *Rajum*, (Syn. p. 19.), *Tournefort*, *Dillenium*, (Cat. p. 110.) *Michelium* (N. gen. p. 206 n. 13), *Ad radices truncorum Quercus & Fagi, frequens. Etiam in Pennsylvania. Autumno.* (v. v.)

17. *P. concinna*, cæspitosa, magna, fragillima, externe citrina, demum rugulosa, intus incarnatopallida.

P. pyxidata. Schæff. t. 280. ? P. vesiculosa. Bolt. fung. t. 175. P. concinn. Pers. Myc. Eur. p. 221.

Valde fragilis, exsiccando rugulosa, basi ubi terræ incumbit, albo-villosa. Individua majora latitudine crant palmari. Species dubia, verosimile ad sequent. sectionem referenda. *P. scutellata Schæff. t. 150, etiam allegata potius ad P. abietinam accedit. Inter folia decidua, aestate. Legit prope Parisios Jul. Persoon.* (v. ic.)

18. *P. plumbea*, sessilis, integra, subobliqua, flexuosa, cinereo-nigrescens, extus subpruinosa dilutior.

Gregaria, subcæspitosa, tenuis, uncialis usque; primo integra, demum vero contorta l. subconvoluta, extus lævis flocculoso-pruinosa grisea. Species videtur bene diversa; huc quoque spectare *P. fuliginea* Pers. Myc. Eur. l. c. (ipsi dubia), uti forma junior; diversa vero *P. fuliginea*. Schum. *Ad ligna mucida faginea l. inter muscos. Aut.* (v. v.)

19. *P. cochleata* ex. *umbrina*, sessilis, cæspitosa, magna, contorta, umbrina, extus pruinosa. — *Dec. fr. 2. p. 38.*

Fungoides. *Ray. syn. p. 17. n. 2. Mich. gen. p. 206. n. 4. F. fuscum, majus. Buxb. Comm. Petr. IV. p. 283 t. 29. f. 1 (7). Fung. orbicularis leporinus. Weinm. Phyt. t. 527. f. F. Pez. cochl. Huds. - Bull. t. 154. f. 2. Sowerb. t. 5. P. umbrina. Pers. Obs. I. p. 77. Syn. p. 638 A. S. p. 310. Swartz l. c. p. 97. Sv. Bot. t. 486. f. 2. Wahl. Ups. p. 466.*

b. disco expallente. Elv. ochroleuca. *Schæff. t. 274.*

Magnitudine & forma varia, plerumque 1-2 unc. lata, raro 3-4 unc., plus minus irregularis & contorta, sed qualem pingit Illustr. NEES (*Syst. f. 280*) non vidimus. Extus etiam dilute umbrina nec nisi ipsa basi alba. *In umbrosis frondosis subhumidis ad terram, cest. aut.* (v. v.)

- β. *P. alutacea*, minor, subsessilis, contorta, externe albida, intus pallescente-fuliginea.

P. cochleata. Berg. phyt. t. 175. ex Bull. ch. p. 268. t. 154. f. B. P. alutacea. Pers. sec. syn.; sed cum P. repanda confundere videtur. Myc. Europ. p. 221. (excl. syn. Batsch, iterum sub P. pustull. citato).

b. *P. ochracea. Schæff. t. 155.*

Est prioris varietas, jove sicciore nata. Cf. analogas *P. abietinam*, *badnam* &c. Basis adest stipitiiformis villosa, quæ radix nec stipes dicenda. *In silvis passim. Aut.* (v. v.)

20. *P. geochroa*, magna, alutaceo-cinerea, convoluta, interne basi tuberculosa albida, radice crassa horizontali.

P. geochroa. Pers. *Myc. Eur.* p. 220.

“Cupula 1 $\frac{1}{2}$ unc. alta, $\frac{3}{4}$ unc. lata, externe squamulosa, deorsum terreo-fuliginea, fragilis, radicem oblongam subtuberosam terra tomentoque involutam exserit.” Inter prioris varietates locavit Auctor, sed sequi videtur propior. *Potissimum* tamen omittenda fuisset, cum *semel modo in silvis prope Parisios reperta*.

†††. PUSTULLATÆ. Cupula centralis, sessilis, passim basi radiciformi stipitata, e forma marsupii expansa, integra, sed margine subinciso; extus furfuracea, disco passim rugoso. Substantia fragillima, aquoso-succulenta. Color albido-fuliginus. Cf. *Hedw. l. c. t. 6 f. A*.

Obs. Heic, ut sæpius inter Pezizas, non species, vix varietates, sed individua describunt Auctores. Cum vero omnis scientia historico fundamento priva facile collabatur, hæc repetere cogor, felix si modo species huc pertinentes seligere mihi contigerit, unumque alterumve errorem corrigere.

21. *P. repanda*, magna, inciso-repanda, intus subrugosa fusca, extus farinosa albida, basi radicato-producta.

P. coronata. Jacq. *Misc.* 2. p. 140. t. 10 *Pers. Myc. Eur.* p. 231. (individuum e loco monstrosum) *P. umbrinæ* & *alutac.* var. *Auct.* *P. granulosa* & *pedunculata*. Schum. *Scell.* p. 416. *Pers. l. c. p. 225.*
P. repanda. *Wahl. Ups.* p. 466.

Solitaria l. subcæspitosa, forma varia; junior concava cyathiformis, demum tota explanata, 1 $\frac{1}{2}$ —4 unc. lata, sed non inciso-convoluta, valde fragilis, & subinde fracta lactescit. Subtus albida & farinosa. Quamvis habitu gaudet antecedentis certe

diversa. *Ad truncos vetustos mucidos, præcipue fæ-
gineos; passim & locis adustis ad terram. A vere
in autumnum.* (v. v.)

Non nisi colore intus lutescente differt *P. re-
panda* Pers. ic. pict. t. 22. f. 3. *Myc. Eur.* p. 231.

22. *P. cerea*, magna, infundibuliformis, repanda,
lutescens, extus basi que stipitiformi villosa al-
bidis.

Fungus tenuis, ceræ flavæ similis, ventricosus, mor-
tarium referens. *Bocc. Mus. I. p. 300. Mich. gen. p.*
206. n. 1. P. cerea, Sowerb. fung. t. 3. Swartz I.
c. p. 99. Pers. Myc. Eur. p. 232.

Gregaria, subcæspitosa, valde fragilis, ventrico-
sa, demum magis expansa, 1-2 unc. lata. Color
demum subfuliginæus. Basis stipitiformis in hac &
reliquis radix, cujus vices gerit, potissimum dicen-
da, nam matrici plus minus immersa & sæpe plane
desideratur. Hujus specimina a me visa sessili-
ta & parum sane a sequente differunt. Interme-
dia omnino *P. cerea* Bull. t. 14. Dec. fr. 6. p. 27,
ab ipso vero Bulliardo (*Champ. p. 270*) ad sequen-
tem reducta. *In vaporariis & fimetosis passim, æ-
state.* (v. v.)

23. *P. vesiculosa*, major, integra, sessilis, primo
globoso-turbinata connivens, dein campanulata
ore subcrenato, fuscescenti-albida, extus furfu-
racea.

Fungoides pyri inversi forma &c. *Mich. gen. p. 207.*
t. 86. f. 2. Elv. Lycoperdoides Scop. Carn. II. p.
480. P. vesiculosa. Bull. champ. p. 270. var. 2.
Sowerb. t. 4. Eadem & turbinata. Pers. syn p.
641, 656. P. coronata. Batsch. P. Lycoperdoid.
Dec. fr. 2. p. 87. P. alutacea. A S. p. 310. cum
var. P. vesicul., turbinata, incisa Pers. Myc. Eur.
p. 223-230.

Junior globosa, mox turbinata, demum hemis-
phærica, subinde flexuosa, quoad magnitudinem
maxime varia, $\frac{1}{2}$ — 3 uncialis, intus passim rugosa.

Margo primo connivens, granulato-crenatus. Color variat albidus, albido-fuliginosus, rarius disco fusco. Ad basin, in radicem stipitiformem passim productam, sapius albo-villosa. Formæ plures: b.) *coriaria*, albido-fuliginosa, repando-diffusa, subpalmaris, c.) *saccata*, gigantea, margine varie incisa, intus colliculoso-costata. d.) *undulata*, minor, firmior, regularis, extus æqualiter undulata "e?) *isochroa*, minor, cæspitosa, sessilis, tota alba glabra, integerrima." f.) minor, fuligineo-pallens, margine crenata, basi applanata (vere in fimo locis udis abunde). e. s. p. *In fimo, terra pingui, inter corticem coriarium &c., frequens. Vere, aut. (v. v.)*

β. *P. Marsupium*, albido-glaucosa, subglabra, ore connivente flexuosa. *Pers. ll. cc.*

Noster fungus cum Persoonii descr. optime convenit, sed extus squamuloso-furfuraceus & certe varietas e loco. *Ad terram nudam in silvis umbrosis. Aest. (v. v.)*

24. *P. Crucibulum*, magna, sessilis, obconica, integerrima, subalbida, extus subnuda.

Fungoides maximum &c. *Mich. l. c. f. 1. P. crucibul. Batsch. El. p. 119. Pers. Myc. Eur. p. 231.*

Species minus nota, Michelio solo obvia. Ultra 2 unc. alta; apice 2, basi 1 unc. lata. Extus videtur lævis nuda, flexuoso sed integerrimo margine. *In Italice silvis, vere & autumno. (v. ic.)*

25. *P. concrescens*, magna, cartilaginea, sacciformis, irregularis, intus alba splendens, extus verrucosa cinerea.

P. concrescens. Schwein. Syn. fung. Car. p. 92.

Affinitas dubia, non hujus sectionis videtur, sed Auctor prope *P. pustulatam* locavit. "Cartilaginea, membranacea, siccitate indurescit, statu vigente tres uncias alta, duas lata, forma irregulari, varie contorta, primum clausa, deinde sacci adin-

star aperta, cum caulibus plantarum & aliis partibus concretescens & ramulos ambiens." *In Carolina superiore.*

26. *P. bufonia*, magna, spadicea, externe verrucosa, stipite brevi pallescente radicato. *Pers. Myc. Eur. p. 225.*

Species pulchra, "magnitudine & colore cum *P. umbrina* concordat, verum externe non farinosa, sed verrucis conicis submollibus ubique obsita. Externe color opaco, terreo-fuliginea." *Rarissime in silvis subhumidis sero autumnno.*

27. *P. micropus*, media, obliqua, fuligineo-pallescens, extus squamuloso-furfuracea, basi stipitiformi.

P. micropus. Pers. syn. p. 642. Ic. & descr. fung. p. 30. t. 8. f. 3. Myc. Eur. p. 227.

Stipes brevis, deorsum attenuatus, 2-3 lin. longus, subinde autem obliteratur, 1-2 lin. crassus, sursum in cupulam conico-hemisphæricam obliquam, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. latam, passim flexuosam dilatatus. Margo integer. Substantia *P. vesiculosæ* l. sequentis. Color subinde albidus. *Ad truncos mucidos Fagi, "Aest." Aut. rarior. (v. v.)*

P. verrucosa Pers. syn. p. 646, nunc ipsi dubia, huic proxima: "magna pallescente-livida, externe subalbida, tuberculis inæqualibus obsita, stipite difformi brevissimo," & donec iterum reperta omitenda.

28. *P. lepidota*, minor, subturbinata, extus cinerascens albido-farinosa, margine erecto, disco flavescente-livido.

Brevissime stipitata, 3-5 lin. alta, basi fibrilloso-radiculosa, margine integro erecto glabra. Intus lævis, pallida, domum explanata patinæformis. *Rara hæc species reperitur inter folia in pinetis. Aug-Oct. (v. v.)*

29. *P. pustullata*, sessilis, subglobosa, pallida subfuliginea, extus albido-furfuracea, margine integro.

Octospora pustullat. Hedw. *Musc. fr.* 2. p. 19. t. 6. f. A. Pez. *cochleata*. b. *Batsch Cont.* 1. p. 223. f. 157 (nisi potius *P. vesiculosa* f). *P. pustullata.* Pers. *syn.* p. 646. *Myc. Eur.* p. 226. Pez. *spurcata.* Pers. l. c.

Basi applanata sessilis, $\frac{1}{2}$ unc. circiter lata, demum magis expansa, margine inflexo obtuso integro. Discus sæpe obscurior. *P. spurcata* *P. margine* integro differre dicitur, sed & in natura & descript. Hedw. margo *P. pustullatæ* integer. *In silvis locis dcustis humidis alibique ad terram udam.* Aest. Aut. (v. v.)

P. plicata Pers. *Myc. Eur.* l. c. (sessilis, subglobosa, griseo-cinerea, externe subfurfuracea, interne livescens, ore subplicato) — præcedenti nimis affinis dicitur &, donec characteres veri proponantur, non separanda. In carbonariis etiam occurrit varietas pygmea *P. repandæ* &c.

30. *P. gemmata*, minor, sessilis, spherica, sordide pallida, extus granulis umbrinis obsita.

P. gemmata. Schum. *Sæll.* p. 421.

Subgregaria, demum magis expansa, depressiuscula, 2 — 2 $\frac{1}{2}$ lin. lata, ore repando subinvoluta. *In truncis putridis Fagi silvaticæ, vere.* (v. ic.)

Trib. II. GEOPYXIS.

Geopyxid. spec. Pers. *Myc. Eur.* p. 224.

CHAR. Velum innatum. Cupula junior subglobosa, clausa, dein aperta orbicularis. Contextus cellulosus, raro fibrosus. Sporidia simplicia. *Terrestres.*

†. MACROPODES. Stipes elongatus, regularis, pro ratione tenuis. Cupula subtenera.

Fungoides pediculo donatæ. *Buxb. Comm. Petrop. IV.*
p. 201. *Macroscyphi. Nees Syst.* p. 265.

31. *P. Cacabus*, gigantea, cupula globoso-campanulata tuberculoso-plicata, margine striata, stipite fistuloso lævi.

P. cacabus. Vet. Ao. Handl. 1804. p. 41. t. 1.

E fungis huc usque cognitis maxima, tripedalis, mollis, subpapyracea, extus rugis crassis oblongis tuberculosa, sed versus marginem repandum striatulum æquabilis. superne 25 poll., inferne 20 poll. lata atque æque profunda. Stipes cavus. 16 poll. altus, 3 poll. crassus. *Reperita in Java prope Bataviam, Mayo 1785. (v. ic.)*

32. *P. Sceptrum*, cupula globosa striata grisea, stipite longissimo fistuloso lævi albo.

Fungoides globosum, striatum &c. *Michx. gen. p. 205.*
t. 86. f. 3. *P. Sceptrum. Batsch El. p. 123. P.*
striata. Pers. syn. p. 644.

Stipes simplicis, 3-4 unc. longus, lineam fere excedens crassitie, subæqualis, lævis. Cupula margine contractio inflexo, nisi hoc modo ab ætate juniore pendeat, $\frac{3}{4}$ unc. lata, tota plicata. *In populetis Italice, rarissime. Apr. (v. ic.)*

33. *P. Craterella*, cupula hemisphærica lævi stipiteque longissimo villosulis albis, disco fusconigro.

Ocosp. *Craterella. Hedw. Musc. fr. II. p. 55. t. 19.*
f. 6. (*Pez. cr. Pers. syn. p. 644. Nees Syst. f. 29.*)

Stipes teres, sursum attenuatus, 2 unc. longus, lævis. Cupula unciam lata, basi obtusa, margine æquali integro, extus villis tenerrimis nec nisi lentibus ægentioribus conspicibilibus obducta. — A sequente, cui valde affinis, non nisi lævitate & villo delicatissimo diversa. Persoon vero discum rufescentem describit & Nees pingi jussit, sed neuter vidit: aut secund. exemplar coloribus male fu-

catum l. e lapsu calami. Porro Swartz (in V. A. H. 1812. p. 100.) se *P. craterellam* totam rufam legisse dicit; quis hanc multum curabit. Upsaliæ, ubi prima vice ab Ehrharro lecta, non recentiori ævo reperta videtur, saltem Wahlenb. fl. Ups. omittit. Tandem perperam omnino ad *P. coccineam* citat Pers. Myc. Eur. p. 258. *In silvis humosis ad terram* *). (v. ic.)

34. *P. Macropus*, cupula hemisphærica hirto-verucosa cinerea, disco murmo expallente, stipite longissimo attenuato.

Fungus cyathiformis major & elatior e fusco albicans. *Raji Hist. III. p. 20.* Fung. fuscum, pediculo longiori. *Eurb. comm. Petr. IV. p. 282. t. 29. f. 2.* *Hall. helv. n. 2227.* *P. stipitata, Huds. Angl. II. p. 639. Bull. champ. p. 271. t. 457. f. 2. Soewerb. fung. t. 38. Willd. Ber. p. 401. P. hispida. Schæff. F. t. 165. Bull. t. 196. Bolt. t. 96. P. macropus. Pers. Obs. 2. p. 26. t. 1. f. 2. Syn. p. 645. Fl. Dan. t. 1200. f. 2. P. sublicia. Holmsk. Ot. II. p. 26. t. 10.*

Solitaria, 1-3 unc. alta, tenuis, subfragilis. Stipes tenuis, sursum attenuatus, lævis l. irregulariter lacunosus, demum etiam subfistulosus. Cupula unciali, demum explanata, e colore fuliginæo-livida, sicca albida. *Ad terram nudam l. in vicinitate truncorum mucidorum, aest. aut.* (v. v.)

β. hirta. minor, magis villosa, disco nigricante.

Octosp. *hirta. Hedw. Musc. fr. 2. p. 54. t. 19. f. B.*

Speridia in hac elliptica & in sequente globosa pingit.

35. *P. bulbosa*, cupula hemisphærica cinerascens minute squamulosa, disco fusco, stipite firmo tuberoso.

*) Vix autem dubium, quin existat analoga species disco rufescenti (Elv. hypocraterif. *Schæff. t. 152, se-*

Fungoides fuscum, pediculo brevior. *Eurb. comm. Petrop. IV. p. 282. t. 29. f. 3.* Oct. bulbosa. *Hedw. Musc. fr. 11. p. 34. t. X f. C. P. bulb. Nees Syst. f. 289. Pers. Myc. Eur. p. 236.*

Antecedenti vaide affinis, etiam color expallens, ut *P. Maer. γ. Pers Myc. Eur. p. 237* huc pertinere crederem. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. & ultra longus, lineam vix crassus, farctus, lævis l. sublacunosus, basi tuberosa, sublobata; sub lente non glaber. Cupula $\frac{1}{2}$ — 1 unc. lata, repanda, subtus sub lente albido-squamulosa. *In silvis ad terram nudam humidam umbrosam, æst. aut. (v. v.)*

36. *P. Tuba*, cæspitosa, fulva, cupula infundibuliformi lævi, radice tuberosa nigra perenni.

Mich. t. 86 f. 10. P. tuba. Batsch El. p. 121. Pers. Myc. Eur. p. 235. P. perennis. Syn. p. 644.

Triuncialis; stipite subflexuoso, lævi, sursum in cupulam orbicularem $\frac{3}{4}$ unc. latam dilatato. "Radix perennis est ac tribus plerumque tuberculis constat, quorum medium Pezizas profert, alterum effectum anni præcedentis. tertium omnium minimum anno sequente fructificat" Hoc ex capite cum bulbis Orchidearum congruit. *Michelius in horto coluit. In silvis Castaneis Italica; etiam in America boreali. Schweiniz. Aprili. (v. ic.)*

37. *P. tuberosa*, tenuis, cupula infundibuliformi spadicea expallente, stipite elongato basi tuberi nigro difformi innato.

Octospora tuberosa. *Hedw. Musc. fr. 2. p. 33. t. 10. f. B. P. tuberosa. Bull. champ. p. 266. t. 485. f. 2, 3. With. arr. IV p. 436. Sowerb. fung. t. 63. Moug. & Nestl. exs. n. 397! Pers. syn. p. 644. Myc. Eur. p. 239.*

b. strobilina, cupula farinacea, stipite brevi stricto. *A. S. l. e. p. 313.*

quenti proxima), immo coccineo, extus alba (*Mich. t. 86. f. 5. cum P. coccinea comparanda.*)

Stipes plus minus terræ immersus & radiciformis, demum magis elongatus, 1-3 unc. fere, gracillius, subflexuosus, basi sæpius tuberculo difformi nigro, intus albo farinaceo-floccoso innatus. Certe non est radix *Anemones nemorosæ*, ut asserit Hedwig. Cupula pyriformis demum dilatata, tota pallens, 4-5 lin. lata. *In nemoribus umbrosis humidis & pratis muscosis, frequens; etiam in Kamtschatka.* Wormsk. Martio, Apr. b. ad strobilos *Pini Abietis & piceæ*, Majo. (a. v. v)

Legimus adhuc duas tresve affines formas coloris intensitate & tuberculo nullo recedentes, quas vero seorsim proponere non ausi sumus. *Pez. radicata* Reich. Beschäft. Berl. Naturf. 1777. p. 214. t. 4. f. 4. 6., Pers. syn. p. 642. Swartz in V. A. H. 1812. p. 99 (fusca hemispherica glabra, stipite subterraneo fibrilloso) inter hanc & sequentem media.

38. *P. Rapulum*, tenuis, flavescenti-fusca, cupula infundibuliformi glabriuscula, stipite torto, radice elongata fibrillosa.

P. rapulum. Bull. ch. p. 295. t. 485. f. 3. Dec. fr. 2. p. 84. *P. rapula.* Pers. syn. p. 658. Nees Syst. f. 291. *P. radicata.* Holmsk. Ot, II. p. 24. t. 9.

Radix longa, filiformis, repens, "vellere fusco undique vestita" Holmsk., stipite 1-2 unc. longo glabro, subinde diviso. Cupula repanda, uncialis, fragilis. Color "ex albo-stramineo aut subfulvo in fuligineo-fuscescentem transit" Bull; "extus cinereo-gilva, intus pallide testacea" Holmsk. *Ad terram humo profunde infixæ, vere.* (v. ic.)

39. *P. Ciborium*, cinnamomea, cupula campanulata subpruinosa, stipite lævi basi fibrilloso-radiculoso.

a. major, stipite brevi.

b. tenuior, stipite gracili. *P. ciborium.* Fl. Dan. t. 1078. f. 1. Pers. Myc. Eur. p. 277.

Certe in hac tribu inserenda, media quasi inter duas antecedentes & sequentem, a qua vero differt substantia subfragili. Noster fungus (a) cupula late campanulata, unciam usque lata, stipite vix unciali; Vahlî (b) cupula digitaliformi, ventricosa, stipite gracili. *Ad terram locis humidis uliginosis, Aprili.* (v. v. Reften &c.)

40. *P. globosa*, pallide flavescens, cupula globoso-cyathiformi lævi, stipite longo adscendente.

Solitaria, magnitudine antecedentis. Stipes subarrhizus, incurvus, æqualis. Cupulæ margo integerrimus. *In lucis inter folia dejecta quercina, rarissime. Oct.* (v. v.)

41. *P. Pocula*, luteo-brunnea, cupula infundibuliformi dilatata glabra, stipite firmo lævi cupulam æquante.

P. Pocula. Swartz l. c. p. 103. *Pers. Myc. Eur. p. 277.*

Stipes 3 lin. longus, rectus, glaber, basi subfibrillosus. Cupula 3-5 lin. lata, utrinque concolor, lævis, margine integro patente. *Solo argillaceo in Suecia, autumnio.* (v. s.)

42. *P. melæna*, fusco-atra, cupula campanulata glabra, stipite brevi striato basi fibrilloso subradicato.

Fungoides nigrum, vernum, pediculo donatum. Buzb. l. c. p. 282. f. 1. *Pez. vogesiaca.* Moug. & Nestl. exs. n. 584. *P. melæna.* Fr. Mscr. *P. melainia.* *Pers. Myc. Eur. p. 239.*

Stipes brevis, 5-5 lin. longus, æqualis, subtenuis, basi fibrillis albis radicanibus tomentosus. Cupula unciam lata, sat tenax, extus glaberrima spadiceo-nigra, sicca rugulosa, disco concavo nigro, demum subolivaceo-nigro. *In silvis abiegnis supra humum l. ligna putrida muscis tecta, vere.* (v. v.)

β. *P. fusco-cana*, extus fusco-nigricans, lævis,

intus ex incano-olivascens, stipite brevi crasso compresso plicato.

P. fusco-cana. *A. S.* p. 312. t. 5. f. 2.

Ob staturam firmiorem a præcedente forsan separanda sed tota historia eadem. Cupula phialæformis, lata, subflexuosa. *Iisdem cum præcedente locis in Lusatia, vere* (v. ic.)

γ. *P. Sphagnophila*, campanulata, rugosa, subpruinosa, umbrina, intus atra, stipite brevi crasso fibrillis radicato. *Pers. l. c.*

Cupula unciam lata, subplicata. Stipes 2 lin. altus. *In paludosis Germaniæ.* Ehrenberg. (v. s.)

Peziza melastoma &c. inter Lachneas hanc seriem continuant, Etiam *P. coccinea* huc referenda ex habitu.

††. CUPULARES. Cupula extus pruinosa, membranacea (43—45) l. carnosa (49—60), stipite nullo l. brevissimo. (*P. badia*.)

43. *P. varia*, cyathiformis, subcompressa, cinnamomea, extus fusco-albida, subpruinosa, stipite brevissimo sulcato.

Octospora varia. *Hedw. Musc. fr. p. 22. t. 6. f. D.*

Species vere distincta, præcedenti quodammodo affinis. Forma varia, pyriformis l. depressa, orbicularis l. compressa, rarius repanda. Cupula 1-2 unc. lata, integra, extus demum nuda. Stipes 2 lin. longus, subinde nullus, crassiusculus, basi fibrillis radiculoso. "*In muris argillaceis nec non tectis stramineis, ineunte æstate, rarior.* (v. v.)

44. *P. Catinus*, ochraceo-fuscescens, cupula hemisphærico-campanulata expansa, margine crenata, extus subfurfurosa, stipite brevi sublacunoso.

P. varia. *A. S.* p. 311. (colore albostramineo modo recedit) *P. catinus.* *Holmsk. Ot. II. p. 22. t. 8.*
P. sphacelata, *Schum, Sell, p. 419.* *P. hypocratez*

riformis. *Fl. Dan.* t. 1558. f. 1. (non multum obstat.)

Media inter antecedentem & sequentem, formis permultis ludens. Stipes præcedentis longior, constanter præsens, firmus, 2 lin. fere crassus, subglaber. Cupula primo globosa, mox hemisphærica, dein expansa concava, 1-2 unc. lata, margine erecto crenato, passim inciso, extus plus minus furfurata "punctis fuscis notata" Holmsk. Color ex argillaceo, pallido l. sæpius ochraceo-fuscescens. *In truncis vetustis carie consumtis l. in eorum vicinitate terram, vere, autumnno.* (v. v.)

45. *P. carbonaria*, globoso-campanulata lævis, ochreo-rufescens, extus subpruinosa, margine farinoso-crenato.

a. stipite tenni lævi. *P. carbonaria*, *A. S.* p. 314. *Pers. Myc. Eur.* p. 228.

b. sessilis.

Gregaria, tenuis, fragilis, 3-8 lin. lata, ferme glabra. Stipes certe etiam nullus, sed subinde elongatus $\frac{1}{2}$ unc. usque, tenuis. Color variat plus minus intensus, intus junior fere miniatus. In quibusdam statibus ægre a sequente dignoscitur. *In silvaticis deustis, in carbonariis, abunde. Vere, autumnno.* (v. v.)

46. *P. cupularis*, subsessilis, tenuis, globoso-campanulata, cervina l. pallens, extus farinosa, margine crenato.

Fungoides glandis cupulam referens, margine dentato. *Taill. Bot. par.* p. 57. t. 12. f. 1-3. *Guet. stamp.* 16. *P. cupularis*, *Linn. Suec.* n. 1273. *Poll. pal.* III. p. 308. *Berg. phyt.* t. 171. *Swartz l. c.* p. 100. *P. crenata*, *Bull. ch.* p. 261. t. 396 f. 3. *Pers. Obs. Myc.* 2. p. 79. t. 4. f. 6, 7. *Myc. Eur.* p. 227.

Teneritate, forma & margine, passim fimbriato-lacero, facile distinguitur. 3-8 lin. lata, colore varia, intus pallida, cinerea l. lutescens, extus cine-

reo-farinacea, subcervina. Procul omni dubio vera est *P. cupularis* L., quod non minus e synonymo, descriptione & loco natali facile patet. Præcedens vix nisi varietas. *Ad terram in silvis, præcipue locis adustis, etiam Americæ, autumno, rarior vere.* (v. v)

47. *P. arenaria*, sessilis, radicata, fusca, extus verruculosa, primo globoso-campanulata, dein dilatata lacerata.

P. arenaria. Osbeck in *Vet. Ac. Handl.* 1762. p. 283. t. 7. f. 1-4. *Pers. syn.* p. 641. *Myc. Eur.* p. 247.

b. *expallens*, alutaceo-fusca. *P. seoulchralis.* *Reb. Neom.* p. 384. t. 4. f. 18. *Pers. Myc. Eur.* p. 224.

Gregaria, polymorpha, tenuis, sessilis, sed ad basin adest stipitis l. radicis rudimentum exiguum nodulosum, ex quo egrediuntur radiculæ longæ fibrillosæ, albæ, repentes. Cupula extus verrucis acutis minutis muricata, primo obovata integra, dein expansa irregulariter fissa, hinc l. quando plures confluent dimidiata, demum tota explanata; $\frac{1}{4}$ — 1 unc. lata. b. videtur modo e pluviis hiemalibus decolorata, nullo caractere recedit. *In arena volatili humida submarina Sueciæ, Gotlandiæ (Hornemann) &c. Autumno. b. Berolini, Febr.* (v. v.)

48. *P. membranacea*, sessilis, sordide lutea, lævis, late-campanulata, margine submembranaceo crenulato patulo.

P. membranac. Schum. *Sæll. II.* p. 427. *Pers. Myc. Eur.* p. 299 a *P. vaccinea* Schum. diversissima.

Præcedentibus cognata, at diversa. Cupulæ ad basin *crassiusculæ*, crustæ insidentes, $\frac{1}{2}$ unc. latæ, concavæ, marginem versus extenuatæ. Forma omnino propria, carne ochraceo-lutea, basi 2 lin. crassa. Jungit antecedentes cum sequentibus. *In fimo vac-cino, rarius locis silvaticis umbrosis. Jul.* (v. ic.)

49. *P. diluta*, subobconica, e concavo explanata, integerrima, flavescens, extus pruinosa.

Color aquose flavus, subalutaceus, substantia ut in sequentibus *carnosa*, crassiuscula. Cupula $\frac{1}{2}$ unc. lata l. parum ultra, lavis, basi in stipitem brevissimum crassum quasi producta, sursum ampliata, inde forma late obconica. Plerumque aggregata, inde passim irregularis. *Ad terram nudam in silvis abiegnis umbrosis roridis, raro. Aug. Sept. (v. v.)*

50. *P. applanata*, sessilis, depressa, rufa, disco demum subrugoso, subtus pruinosa carnea.

Octospora applanata. *Hedw. Musc. fr. 11. p. 13. t. 5. f. C. Cf. A. S. p. 312. P. depressa, Pers. Obs. I. p. 40. t. 6. f. 7. Syn. p. 640.*

Junior concavuscula, late campanulata, laevis, mox applanata, plus minus rugosa, $\frac{1}{2}$ unc. l. ultra lata. Forma orbicularis, sed ob situm gregarium passim difformis. Color e carneo-rufus, demum fere cinnamomeus. Discum passim porosum vidi, non in hac solum, sed & in *P. b-dia*, hinc *P. porosam* Pers. Syn. l. c. pro specie genuina non habeo. (Ad *P. abietinam* ipse in *Myc. Europ.*) *Ad terram locis humidis nudis "in argilla domesticis corrupta decidua" aestate, aut. (v. v.)*

Obs. *P. applanatam* Schum. *Sæll. p. 428* ut distinctam considerat *Pers. Myc. Eur. p. 242* & quidem colore luteo-ferrugineo demum badio umbrino recedit; sed icon Auctoris accurate examinata, nullos characteres distinctivos exhibuit.

51. *P. fuliginea*, subsessilis, explanata, superne subtuberculosa nigro-fuliginea, margine acuto integro, subtus purpureo-cinerea.

P. fuliginea. Schum. Sæll. p. 427.

Elegans, subgregaria, orbicularis, repanda, subflexuosa, glebæ non adscripta, $\frac{1}{2}$ — $1 \frac{1}{4}$ unc. lata. Caro crassiuscula, virescens. Stipes obsoletus. *Ex herb. Schum. Fungum paulo aberrantem etiam vidi, sed accuratius non examinare contigit. Inter muscos in pinetis, autumnis. (v. v.)*

52. *P. violacea*, subsessilis, integerrima, campanulata, dein expansa purpureo-cœrulea, extus pruinosa.

P. violacea. Pers. syn. p. 639. Myc. Eur. p. 242. A.S. p. 32. Fries Obs. Myc. 2. p. 303.

Gregaria, carnosa, utrinque lævis; primo globosa; mox campanulata, orbicularis, regularis, basi crassa stipitiformi, margine patente integerrimo, demum magis explanata subrepanda l. compressa. Intus obscure purpurea, extus cœrulea, ad basin albida, sed coloris intensitate variat; primo vere fere atra. *Ad terram præcipue adustam. rarior ad truncos; etiam in America boreali. Apr.-Nov. (v. v.)*

53. *P. saniosa*, sessilis, concava, lactescens, fusco-purpurea, extus pulverulenta umbrina.

P. saniosa. Schrad. Journ. Bot. 1799. II. p. 64.

Diameter 3-4 lin. — Cupula crassa, ut in præcedente, colore intus e fusco-purpurea l. fuscidula. Vulnerata succum fundit violaceum. *Supra terram nudam & ad truncos.*

54. *P. purpurascens*, sessilis, livido-purpurascens, cupula campanulata, ore lato obliquo. Pers. Myc. Eur. p. 242. t. 12. f. 10.

Ex icone obscure fuliginea, patens, $\frac{1}{2}$ unc. lata, passim incisa. Affinis *P. fuliginea*. *Rarius ad terram nudam. (v. ic.)*

55. *P. lancicula*, cæspitosa, sessilis, extus rugosa dilute fusca, disco subolivaceo.

Rebent. Neom. p. 384. Pers. l. c. p. 224.

Specimen, *αυγουλῶ* missum, cum Auctoris descriptione omnino convenit, sed cupulæ etiam apertæ; alias ore integro contracto ad unum latus hiantes, 2-4, rarius 6 lin. latæ, 2 lin. altæ. *Ad latera fossarum, autumnno. (v. s.)*

56. *P. Diadema*, sessilis, subglobosa, urceolata, nigra, extus rugoso-costata, ore contracto crenato.

Fungoides parvum, nigrum - - - externe rugosum.
Mich. gen. t. 86. f. 18. P. diadema. Gmel. Pers. Myc. Eur. p. 240.

Ex icone 3 lin. alta & ob formam valde ventricosam adhuc latior, basi radiculosa excepta, videtur glabra, margine eleganter crenato. *In silvis montanis Italiae (Scandicci alti) a Michelio reperta. (v. ic.)*

57. *P. undella*, sessilis, obconica, subfuliginea, extus subrugosa, margine acuto subintegro.

Conferta, pyriformis, dein turbinata crassiuscula, carnosa, $1\frac{1}{2}$ — 2 unc. lata, margine tenui prominente submembranaceo. Cum sequente forsitan melius ad Humarias. Color variat plus minus obscurus. *Ad terram finetosam, æstate. (v. v)*

β. *P. Capreoli*, e livido-purpurascens, sicca umbrina. *Pers. Myc. Eur. p. 298.*

Supra stercus Cervi Capreoli.

γ. ? *P. ollaris*, flava. *Pers. l. c. p. 299.*

In ollis terra stercoreata repletis.

58. *P. argillacea*, sessilis, flavescens, lævis, primo urceolata, demum rimoso-lacerata, extus basi pilis radicata.

P. argillacea. Sowerb. l. c. t. 148.

Sparsa, inferne villo nigro cincta. Cupula carnosa, depressa, 2 lin. lata, extus subnuda, hinc vera affinitas latet. *Ad argillam in Anglia reperta. (v. ic.)*

59. *P. umbrosa*, sessilis, minuta, demum revoluta flava, extus ferrugineo-pustulata.

P. umbrosa. Schrad. l. c. n. 14.

Pusilla, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. lata, primo contracta, adultior plano-convexa, substantia carnosa. *In pi-*

netis ad terram inter folia acerosa putrescentia Hercyniæ.

60. *P. granulata*, sessilis, minuta, planiuscula, aurantio-rubra, extus papillis rugoso-granulosa.

Fungus fimosus bracteolatus croceus. *Petiv. Syn. II. app. 322.* — *Raj's syn. 3. p. 18. t. 24. f. 2. Vaill. par. t. 13. f. 13* *P. fulva. Huds. Angl. II. p. 636. P. scabra. Fl. Dan. t. 655. f. 2. P. granulata. Bull. champ. p. 258. t. 438. f. 3. Dec. fr. 2. p. 79 Pers. Myc. Eur. p. 298. (P. granulosa). Schum. Scall. p. 417.*

Gregaria, primo globosa, demum explanata convexiuscula, margine subserrato, subtus pallidior, papillis minutis liberis subpellucidis obsita. — Varietates plures ex gr. *caballina*, pallida, cupulis terebintulicis; *leporina*, substipitata, constanter convexa, sordide purpurascens, extus rugosa, vix granulosa. *A. S. p. 337 e. s. p. In stercore, praprimis vaccino, ubique. Aestate, aut. (v. v.)*

Trib. III. HUMARIA.

CHAR. Velum tenue, submarginale, flocculosum, fugax. Cupula sessilis, integra, hemisphærico-explanata, substantia crassiuscula, carnosæ. Color lætus, lateus, aurantius l. ruber. Sporidia sporidiolo solitario. *Terrestres.*

Media tribus inter Geopyxides & Lachneas, sed loco & colore facile dignoscitur; cupula nee pruinosa, neque vere villosa. Interea *P. hemisphærica* & affines huic maxime affines. Habitu conveniunt *P. aurantia, cupularis* &c.

61. *P. fulgens*, sessilis, magna, campanulata, integra, alba, disco rubro.

P. fulgens. Pers. Myc. Eur. p. 241.

Non confundenda cum *P. aurantia*, quæ contorta & autumnalis. *In pinetis prope Neufchatel, Major, Jun.*

62. *P. rutilans*, sessilis, media, e campanulato explanata, extus subtiliter pubescens pallida, disco aurantio-rubro.

Raji Syn. p. 19, n. 14. P. leucolomæ varr. A. S. p. 335.

Species pulchra, variabilis. Sessilis apparet, sed sæpe stipite crasso albido terræ immerso instructa, e concavo-explanata, $\frac{1}{2}$ unc. lata, extus subrugosa, flocculis minutis secedentibus, nudo oculo vix visibilibus, inferne squamulosis, versus marginem puberulis obsessa. *Frequens in pratis & pascuis inter muscos. Vere, aut. (v. v.)*

β. ericetorum, depressa, fulvo-rubra. *Pers. Myc. Eur. p. 241.*

γ muscigena, tenuior, stipitata, hemisphærica.

P. miniata. Schum. Sæll. p. 431. P. leucol. A. S. l. c. P. polytrichina. Pers. Myc. Eur. p. 297.

Inter & supra muscos, jove pluvio. (v. v.)

δ alpestris, minuta, fulva, subnuda.

Tota vix 2 lin. lata. *Ex alpibus Salisburgensibus, Mieliichhofer. (v. s.)*

63. *P. ollaris*, sessilis, conferta, hemisphærica, demum explanata, aurantio-lutea, extus dilutior versus marginem albido-pubescens.

Fungoides lutescens, ollam referens. Buxb. Comm. Petr. IV. p. 283. t. 29. f. 2.

Arcte gregaria absque stipitis rudimento, carnosoceracea, fragilis, hemisphærica, demum explanata & e mutua cupularum pressione oblonga & flexuosa, extus nuda, sed margo junior pilis fasciculatis albidis inflexis obsessus. Junior 2-4 lin., demum unciam usque lata. *In pinetis Sueciæ frequentissima inter muscos & folia decidua abiogna, æst. aut. (v. v.)*

64. *P. melaloma*, sessilis, conferta, e concavo-planuscula sordide aurantia, margine pilis subtilissimis atris obsite.

P. melaloma. *A. S.* p. 336. t. 2. f. 5.

Similis priori, sed minor & pilorum colore facile distincta, 1-2 lin. lata, nunc orbicularis, nunc difformis flexuosa, subtus nunc nuda, nunc pilis raris obsoletis adpersa, qui in margine conferti, fasciculati. *Ad terram in carbonariis frequens. Vere in aut.* (v. v.)

65. *P. muscorum*, sessilis, orbicularis, planiuscula, subpilosula, fulva, margine acuto.

P. muscorum. *Holmsk. Ot. II.* p. 40. t. 21. *P. marginata*. *Schum.* — *Fl. Dan.* t. 1379.

Gregaria, junior concava, margine obtusiusculo, dein discus magis explanatur, ita ut media pars elevetur atque margine nunc acuto nunc reclinato altior fiat. Margo demum flexuosus. 2 lin. lata, subtus passim pilis raris sæpius adpersa. *In foliis & muscis putrefactis, varior, autumn.* (v. v.)

66. *P. erecta*, sessilis, conferta, subcylindrica, glabra, subflava, dein dilatata, ore erecto subciliato.

P. erecta. *Sowerb. fung.* t. 369. f. 10, 11. *P. variab.* *Pers. Myc. Eur.* p. 248.

Ex icone valde diversas induit formas. Subcospitosa, 2 lin. alta, e colore obscure fulvo in flavovirentem l. pallescentem varia; junior pingitur obconica, ore nudo; dilatata ore ciliato. In vivo iterum examinanda. *In umbrosis humidis supra muscos.* (v. ic.)

67. *P. araneosa*, cupula explanata repanda, utrinque aurantio-miniata, subtus fibrillis intricatis operta, stipite brevi firmo.

P. araneosa. *Bull. champ.* p. 264. t. 280. *Dec. fr.* 2. p. 177. *Pers. syn.* p. 651.

Inter minores majuscula, fragilis, "turbinata" utrinque concolor, fibrillis obscurioribus. — *P. araneosa* *Sowerb. fung.* t. 365. f. 5. *Pers. Myc. Eur.* p. 264. saltim notabilis varietas brevissime stipitata,

fulvo-testacea l. subferruginea, subtus concolor glabra, margine tumido inflexo tantum subfloccoso. Ad truncos Salicis mucidos; Bulliardi vero *in silvis & hortis umbrosis ad terram.* (v. ic.)

68. *P. Polytrichi*, subsessilis, orbicularis, concaviuscula, cinnabarrina, extus dilutior, flocculis fasciculatis obita.

P. Polytrichi, Schum. *Syll.* p. 413. *ex icone ined.*

Sequentibus valde affinis, nec quis sibi fingat similitudinem cum *P. fasciculata*, ut ex Auctoris descriptione conicere licet. 1-2 lin. lata, acute marginata, extus flavescens, flocculis sordide virescentibus squamulosa. *Ad terram inter Polytricha locis turfosis.* *Aut.* (v. v.)

69. *P. squamosa*, sessilis, orbicularis, hemisphaerica, lutea, subtus pallida, villo squamuloso pallido vestita.

P. squamosa, Schum. *Syll.* p. 434.

Magnitudo prioris, sed diversa carne crassiore pallida, colore dilutiori, subtus pallide luteo ad basin albido. *In materia viridi circa domos locis humidis.* *Mojo, Jun.* (v. ic.)

70. *P. subhirsuta*, sessilis, gregaria, planiuscula, aurantio-lutea, subtus pallidior, pilis raris obsoletis adspersa.

Hall. helv. 2242. *P. subhirsuta*. Schum. *l. c.* p. 433.
P. hirtella. *Pers. Myc. Eur.* 255.

b. rubro-cinnabarrina. *P. cinnabarrina*. *l. c.* p. 432.

Collatis Auctoris iconibus & vivis specimenibus nullam aliam reperio differentiam. Utraque substantia molli, forma planiuscula, hymenio crasso, margine tenui vix prominente, pilis raris brevibus albidis convenit. *Isdem cum praecedente locis & tempore frequens* (v. v.)

β. hilaris, aurea, excavata, subtus glabra, marginem versus tenuissime pubescens.

Adulta 3 lin. lata, ferme glabra. *In finosis vere frequens.* (v. v.)

71. *P. leucoloma*, sessilis, sparsa, e concavo plana, rubra, margine laciniatulo albo.

Octospora leucoloma. *Hedw. musc. fr. II. p. 13. t. 4. f. A. P. leucoloma. Rehbent. Fl. Neom. p. 386. Dec. fr. 6. p. 23. Nees Syst. f. 268. Pers. Myc. Eur. p. 296.*

Primo subglobosa, clausa, dein aperta scutelliformis planiuscula, margine flocculis albis fimbriato 1-2 lin. lata. *Inter muscos v. c. Bryum argenteum, Phasca, Gymnostoma &c. vere, aut.* (v. v.)

72. *P. humosa*, sessilis, carnosae, concavo-plana, glabra, sanguineo-rubra, margine integerrimo.

Misch. gen. p. 207. n. 27. Fl. Dan. t. 656. f. 2. P. punicea. Batsch. Cont. 2. f. 220. Helv. cartilaginea. Bolt. fung. t. 101. f. 1. Peziza. With. arr. IV. p. 339. Sowerb. t. 369. f. 2. P. humosa, Fries Obs. Myc. p. 309. Pers. Myc. Eur. p. 297.

Antecedenti valde atinis, sed paulo major, 2-4 lin. lata, orbicularis, colore inter miniato-sanguineum & cinnabarrinum vario, subtus paulo dilutior. Substantia neququam cartilaginea; vix tamen de Anglorum synonymis dubitandum. *Ad terram nudam humosam subudam, etiam Kamtschatka. Aut.* (v. v.)

β. *P. fulva*, flava, disco fulvo, demum plana fulva. *Schum. l. c. p. 426.*

Colore valde recedit, ceterum nullo acuto caractere. *Super plantas putridas Nov. Dec.* (v. ic.)

Obs. *P. purpurea*, intus rubro-purpurea, extus purpureo-badia. *Schum. Scell. p. 417. (excl. syn.)* etiam statura & praecipue loco cum *P. humosa* omnino convenit — an eadem cum *P. hepatica*, depressa, 2 lin. lata, atropurpurea, disco saepius serobiculo notata. *Batsch Cont. I. f. 138.*, quae vero ad *P. applanatam* accedit?

73. *P. rubricosa*, sessilis, gregaria, planiuscula, rufa, extus dilutior, marginem versus tenuissime pubescens.

P. rufa. *B. Pers. Obs. Myc. 2. p. 79. Syn. 1p. 666.*

P. rufa. Fries Obs. 2. p. 307.

Distinctissima a præcedentibus colore rubro-cinamomeo. Cupula junior concava, dein planiuscula, demumque leviter convexa, obsolete marginata, 2-4 lin lata. lævis, carnosæ & mollis. Subinde adest stipitis rudimentum. Subtus omnino nuda, nec pruinosa, sed sub lente versus marginem pubescens. Var. a diversa species ex *Pers. Myc. Eur. Ad terram in pinetis inter folia decidua Pini passim. Aut.* (v. v)

74. *P. sulphurata*, subsessilis, gregaria, planiuscula, sulphureo-citrina, extus margineque tumido pallida.

P. sulph. Schum. p. 428. P. thejocroa. Pers. Myc. Europ. p. 296.

Præcedentibus cognata, sed minor, deorsim stipitatum producta, primo orbiculata concava, dein explanata, margine integro, primo levissime flocculoso, constantè cincta. *In pinetis ad terram inter folia decidua abiogna, aut.* (v. s.)

75. *P. xanthomela*, sessilis, gregaria, subdifformis, subtus nigrescens, disco subconvexo lutescente.

P. xanth. Pers. syn. 665, Myc. Eur. p. 296.

Cupulæ carnosæ, sed firmæ & exsiccate indurato-persistentes, Lichenum scutella eximie referentes, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin latæ, margine livido ("nigro" P) primo flocculis subtilissimis lacero, mox vero nudo integro & fere obliterato. *In abiegnis montosis Hercyniæ, Saxonici ad terram. Ravissimam speciem misit Cel. Kunze.* (v. b.)

76. *P. Schenkii*, sessilis, convexo-depressa, utrinque atra nitida, margine brunneo.

Batsch. El. f. 52. Pers. Myc. Eur. p. 241.

Colore a reliquis di tat, sed margo videtur subtiliter fimbriatus? — Ceterum species minus nota, 2-3 lin. lata, regularis, concava; reperta prope Jenam ad terram muscosam in vallecula umbrosa, Apr. (v. ic.)

P. diluta Pers. syn. p. 668. est Lecid. pineti. Ach.

77. *P. fimetaria*, gregaria, conferta, minuta, subdifformis, luteo-alutacea, stipite subpapillato.

P. fimet. Schum. Sæll. p. 426.

Primo globosa depressa, dein hemisphærica marginata, demum plana margine acuto. In fimo vaccino sub finem æstatis & autumno. (v. ic.)

78. *P. Omphalodes*, sessilis, conferta, cupulis minutis planiusculis subumbilicatis, tomento albo fugaci insidentibus.

P. omphalodes. Bull. champ. p. 264. t. 485. f. 1. Dec. fr. 2. p. 77.

a. aurantio-rubra, miniata.

b. aurantio-lutea, lutea. *P. confluens. Pers. Obs. Myc. 2. p. 81. t. 5. f. 6, 7. Myc. Eur. p. 274. A. S. p. 337.*

c. incarnato rosea. *P. rosella. Ehrenb. silv. Myc. Ber. p. 29.*

d. lilacina. *Pers. l. c.*

Distinctissima species, valde varians non solum colore, sed & situ confluenti-imbricato & distincto, forma concava, plana, convexula; sed in omni statu dignoscitur cupulis parvis, carnosis, non distincte marginatis, subtus in statu juniore fibrillosis, passim cum stipitelli rudimento. Ad terram locis deustis & humosis ubique in silvaticis; etiam vaporariis & caldariis non rara. Aestate — hieme. (v. v.)

79. *P. convexula*, immersa, e plano-convexa, subimmarginata, glabra, carneo-ochracea.

Pers. Obs. 2. p. 85. Myc. Eur. p. 277. A. S. p. 336.

Valde affinis priori & sequ.; etiam colore variat; vidi aurantiacam, Persoon "dilute rubram." Subtus plana absque stipitis rudimento, 1-2 lin. lata, carnosae, fragilis, "margine passim incisa" A. S. *Ad terram nudam passim, etiam locis adustis. "Apr." autumno. (v. v.)*

80. *P. haemastigma*, sessilis, convexa, immarginata, glabra, dilute sanguinea.

Octosp. Hedw. Musc. fr. p. 17. t. 5. f. B.

Persoon nunc in *Myc. Eur.* retinet, forsane varietatem prioris *dilute rubram* considerans. Inter ea a *P. convexula* nostra quodammodo differt. Junior globiformis, dein magis hemisphaerica. Radiculae e centro in stipitis rudimentum collectae. "Sporidia maxime aucta sporidiolo referta" *Loco sabuloso Lipsiae Oct. Nov. (v. ic.)*

Trib. IV. ENCOELIA.

CHAR. Velum universale, fugax, furfuraceum l. innato-corticatum. Cupula valde cava, e carnosae — plus minus coriacea, nunc fragilis, nunc firma. Asci imperfectiores. *Corticolae, suberampentes, sed libere evolutae, nec innatae.*

Jungit Aleurias cum Cenangiis, forsane ut genus proprium consideranda. Fructificatio Cenangii, habitus *Pezizae*.

81. *P. Craterium*, "magna, subcaespitosa, claviformis, apice concava margine involuto nigrobadiata, basi tomento adherens." *Syn. Fung. Carol. p. 91. t. 1. f. 7-11.*

Subiculum radicale e fibris densis nigerrimis, sericeo-nitentibus quamvis madidis, intertextis, junioribus divergentibus cinerascensque, *Racodii*

adinstar late longeque serpentibus & ligna ut pellis terramque vicinam obducentibus. Ex hoc byssoide panno assurgunt clavae majores, cylindricæ, 1-2 unc. omnino referentes Sph. polymorpham. juventute cinereo-nigræ; deinde apicem excavatum pezizoidem monstrant, demumque ad 3 unc. elongatæ dilatantur in conum inversum, stipite longo, distincto, subtorto & colore badio-nigro. Tandem apex stellatim dehiscit, margine repando involuto, in maximis 3 unc. latus, tumque Cantharellum refert. Ascii vix conspicui, sporidiis seriatis. *Gregaria ad ramos dejectos, Carolinae, vere frequens.* (v. ic.)

Obs. Proxime accedit *Sphæria monocarpa* Schum. Sell. p. 173. semel modo lecta adeoque in præsentii omittenda. *P. Cerasorum* Schwein. l. c. e descriptione brevissima nil nisi *P. Cerasi* Pers. Cf. *Cenangium*.

82. *P. fascicularis*, cæspitosa, sessilis, coriaceo-membranacea, difformis, rugosa, nigricans, extus subfarinacea.

P. populnea. Pers. syn. p. 671. *Myc. Europ.* p. 329.

P. fascicularis. t. S. p. 515. ! t. 12. f. 2. (minus bona) Pers. *Myc. Eur.* p. 292. *Fries exs. n.* 291.

Cæspitosa, cupulis 6-12 junctis, sed dantur & individua solitaria. Cupula tenuis, submembranacea, hemisphærica, sed compressa & margine sinuosa, 4 lin. lata, extus nigricans, furfure secedente tectæ, præcipue versus marginem pallidum. Discus concavus, primo lævis, obscure spadiceus, ferme nigricans, dein pallidior subrugosus, magis expansus, demumque explanata expallida. Pro typo hujus sectionis sumenda, vera *Peziza*, cortici interiori adnata (nec ligno), sed epidermide secedente superficialis evadit. — *Ad truncos emortuos putridos Amnatacearum & Fraxini, Salicum &c.; in Populo tremula vulgaris. Dec.-Majo.* (v. v.)

83. *P. fissa*, subcæspitosa, sessilis, coriaceo-membranacea, margine fesso lacero, externe furfuracea fusca, intus albida.

P. lacerata. Pers. Myc. Eur. p. 227. (nec p. 250. nec Willd.) *P. fissata*. Mihi in litt. per plur. ann.

Priori sat affinis nec cum *P. furfuracea* commutanda. Passim solitaria, $\frac{1}{2}$ unc. lata, repanda, lacerata, fragilis, extus sordide nigricans, fufure pallidiori tecta, disco excavato lævi pallido. *Ad ramos coryleos* &c. Hyeme. (v. v.)

84. *P. ampliata*, sessilis, carnosio-fragilis, campanulata, integerrima, fuligineo-fusca, extus subnuda.

Pers. ic. & deser. p. 31. t. 8. f. 4. Myc. Eur. p. 227.

Cupula carnosæ, tenuis, fragilis, a basi mox ampliata, extus vix furfuracea, $\frac{1}{2}$ unc. alta & lata. Color interne subcinnamomeus, externe pallidus. *Ad latera truncorum, autumnno.* (v. ic.)

85. *P. furfuracea*, sessilis, carnosio-coriacea, extus pallida furfuracea, margine involuto integro, disco cinnamomeo-nigro.

a. minor, subsolitaria. Roth. cat. II. p. 357. t. 9. f. 3. Pers. syn. p. 672.

b. major, cæspitosa. A. S. p. 343. Pers. Myc. Eur. p. 328.

Tenax est, non tamen corneo-coriacea ut varia *Cenangia*, a quibus insuper differt cupulis magnis, disco aperto, velo partiali nullo e. s. p. Polymorpha, $\frac{1}{2}$ unc. lata, præcipue b. ob mutuam cupularem pressionem valde difformis, extus undique fufure ferrugineo-pallido denso obruta, margine late involuto pulvinato. Hymenium tenue, læve, ab obscure cinnamomeo nigricans. *Ad ramos Coryli, Alni incanæ, "glutinosaæ."* (v. s. a in herb. Achar. — b. *Petropoli lectam misit* Cl. Weinman.)

86. *P. tiliacea*, subcæspitosa, sessilis, ceracea, cinnamomea, explanato-difformis, subtus rugosa nuda.

Erumpens, cæspitosa, sed & solitaria, plane sessilis, extus corticata quasi, ceterum nuda glabra dilutior, disco opaco fusco-cinnamomeo, in solitariis plano margine integerrimo, sed cæspitosæ ob mutuam pressionem concavæ, undulato-repandæ, 2-3 lin. latæ. *Frequens in ramis exsiccatis Tiliæ, autumn.* (v. v.)

87. *P. cinnamomea*, erumpens, sessilis, carnosocoriacea, tenuis, rubiginoso-lateritia, subtus pruinosa, disco subimmarginato.

P. cinnamom. Deo. fr. 6. p. 23. Pers. Myc. Eur. p. 268.

Gregaria l. fasciculata, parum carnososa, plana aut margine undulato-sinuata, 1-2 lin. lata, subtus glabra, sed pulverulenta. ut vix cum *Persoonio* ad *Lachneas* referri possit. *Ad Quercus caudices inter Lichenes, vere. Lecta ad Neufchatel.* (v. s.)

88. *P. purpurea*, subcoriacea, infundibuliformis, extus pruinosa obsolete purpurea, disco sanguineo, stipite brevi.

Ostospora purpurea. Hedw. Musc. fr. II. p. 63, t. 22.

A. Pez. calycina. Nees Syst. f. 286.

Stipes vix lineam attingens, leviter striatus, infima basi nigricans, sursum in patellam apertam ampliatus. Extus fuscescens, tenerrime albido-pappilosa, unde senescens, præcipue versus marginem, pruinosa. Substantia albida, solidiuscula. *Supra basin residuam truncorum Quercus putrilaginosam, Lipsiæ, Upsaliæ, Ostrogothiæ &c. Aut.* (v. s.)

Ser. II. LACHNEA.

Lachnum. *Retz. Prod. p. 329. Pezizæ spec. Bolt. l. c.!* *Pers. syn. p. 647. C. Fries Obs. I. p. 163. P. Villosæ & Dasyscyphæ. Nees Syst. p. 259, 264.*

CHAR. Velum discretum, distincte villosum l. pilosum, persistens, unde cupula setosa l. hirta, junior semper clausa. Substantia ceracea, firma,

exceptis paucis carnosis ob velum huc relatis. Hy-
menium distinctum, concretum. *Tribus sequentes:*

V. SARCOSCYPHÆ. Cupula carnosæ l. carnosomembranacea. Crusta nulla.

†. Stipitatæ. (1-5.)

††. Sessiles, hemisphæricæ, lanatæ l. pilis fasciculatis. (6-15.)

†††. Sessiles, extus setis ciliatæ. (16-30.)

VI. DASYSYCPHÆ. Cupula ceracea, sicca, villosa. Crusta nulla. *Epiphytæ.*

†. Stipitatæ. (31-48.)

††. Sessiles. (49-85.)

VII. TAPESIA. Cupula ceracea l. coriacea, cruste subtomentosæ insidens. *Epiphytæ.*

†. Cupulis villosis. (86-98.)

††. Cupulis subglabris. (99-104.)

VIII. FIBRINA. Ceracæ l. coriacæ, pilis raris adpressis fibrosæ l. triatæ. *Epiphytæ* (105-).

Trib. V. SARCOSCYPHÆ.

Cf. *Mart. Erl. p. 468.*

DIFFERT a sequentibus omnibus Aleuriæ characteribus, excepto velo distincte villoso, quod tamen pilis fasciculatis l. tantum ciliatis a sequentium tribuum recedit. Locus quoque natalis aut terrestris aut sæpius ad ligna carie plane consumpta, quæ magis ad humi, quam phytoideam naturam accedunt,

†. Stipitatæ. *Lignatiles.* (Extus flocculoso-villosæ, adeoque præ ceteris Aleuriis affines. Ad Macropodes accedunt).

1. *P. coccinea*, cupula infundibuliformi, extus stipiteque villo brevi adpresso tomentosa albida, disco coccineo.

Androv. Dendr. p. 116. f. 5. Fungus pyxoides coccineus. Læs. Pruss. p. 97. Fungoides vernum, purpureum, pediculo albo. Busb. Comm. Petr. IV. t. 29. f. 4. P. Acetabulum coccinei intus coloris. Dill. Giess. p. 194. Batt. fung. p. 27. t. 3. f. n. o. Raji syn. 3. p. 19. n. 15. Elv. d. Gled. meth. p. 47. Elv. coccinea. Scop. Carn. p. 479. P. epidendra. Bull. Champ. t. 467. Sowerb. fung. t. 13. P. poculiformis. Hoffm. Crypt. t. 7. f. 5. P. coccinea. Jacqu. Austr. t. 169. Bolt. fung. t. 104. Pers. Obs. 2. p. 75. Myc. Eur. p. 253. Reich. Fl. Francf. p. 158. Nees Syst. f. 283.

Forma & magnitudine variat, sed colore nitidissimo oculos mox allicit. Stipes firmulus, sursum incrassatus, plerumque brevis $\frac{1}{2}$ - uncialis. Cupula uncialis & infra, repanda, margine subcrenato. *Ad ramos putridos ad terram dejectos, humo plerumque tectos, locis humidis umbrosis. Febr. - Apr. (v. v.)*

2. *P. pygmaea*, cupula pateræformi, extus stipiteque pallescente flocculoso-villosis, disco flavo.

Præcedente multoties minor, etiam a *P. calycina* substantia carnosâ & villi indole abunde diversa. Stipes 2-3 lin. longus, æqualis, tenuis, subincurvus, pubescens. Cupula perexigua, integerrima. *Unica vice ad truncum abiegnum mucidum loco uliginoso montoso prostrato reperi. Jun. (v. v.)*

3. *P. tomentosa*, olivaceo-umbrina, cupula plano-concava, extus pallidiore fasciculato-pilosa, stipite tomentoso.

P. tomentosa. Schum. Sæll. p. 426.

Distinctissima. Stipes sursum incrassato-dilatatus, 3-4 lin., rarius 1 unc. & ultra longus, superne 1 — $1\frac{1}{2}$ lin. crassus. Cupula regularis, parum excavata, pilis brevibus fasciculatim sparsis obsita;

ex icone sat tenuis, 4 lin. lata. Gregaria in ligno dejecto putrido Daniæ, Oct. (v. ic.)

4. *P. melastoma*, cupula carnosâ, disco urceolato nigro, extus rubiginoso-flocculosa, stipite brevi, tomento denso radicante atro strigoso.

P. melastoma. Sowerb. fung. t. 149. Pers. Myc. Eur. p. 258.

b. *P. rhizopus. A. S. p. 317. t. 1. f. 4.*

Collatæ icones non parum differant, tamen eandem sistere videntur speciem. *Sowerby* pingit solitariam, stipite firme, 2-4 lin. longo, 2 lin. crasso; cupulam subnadam fuscipientem, 4-5 lin. latam, margine coarctato pallidiore; carnem virentem. "Specimina circa Parisios & in Vogesia detecta, nullo tomento, basi excepta, vestita" *Pers. l. c.* — b. "Magnitudo Pisi majoris l. parum major, carne succulenta cinerea. Caspites e 3-6 individuis, raro solitariis, compositi. Tegmentum cupulam extus obducens e bysso filamentosa nigra conflatum, rarius pilis exstantibus setosis atris hirtum, ut plurimum lana quadam brevi laxiuscula flocculoso-furfacea læte rubiginosa adpersum. Stipes crassus intra jubam atram fascicularem penitus absconditus e. s. p. *A. S. l. c.* Huic proximum nostrum specimen. *In Angliæ ericetis. Febr. Mart. Sowerby.* "Innascitur truncis vetustis, radicibus terra denudatis, cortici muscoso quisquiliis tecto arborum præsertim frondosarum duriorum *Quercus, Fagi &c.* Tantum non perennis." *A. S. (v. s.)*

5. *P. stenostoma*, clavato-cylindrica, superne villosa miniato-aurantiaca, cupulæ concavæ margine inflexo, ore angusto, stipite vix angustiore nigro-fibroso-radicato. *Mart. Erl. p. 469.*

Substantia fibroso-cellulosa, carnosâ-duriuscula. Forma turbinata, 3 lin. alta, $1\frac{1}{2}$ lin. lata. Stipes crassus, niger. Stratum thecarum tenue, thecis minutis. *In ligno putrido, Augusto.*

††. Sessiles, extus lanatæ l. pilis fasciculatis
 vectæ. *Hemisphærica, subterrestres, majores.* (Cum
 Aleuriis Cupulatis comparanda).

6. *P. radiculata*, (Sowerbæa), subcæspitosa, carnosâ,
 sessilis, ex hemisphærico-explanata, disco sul-
 phureo, extus radiceque crassa alba villosa.

Sowerb. t. 114. P. Sowerb. Pers. Myc. Eur. p. 232.

Ab antecedentibus abunde diversi, tamen oppi-
 do ex eadem tribu. Magna, primo globosa, dein
 expansa repanda, radice inter terram in hortis &
 quisquilias abscondita. Sow. l. v. Eundem fungum
 ad truncum betulinum carie consumptum legi, cujus
 substantia fere tremelloso-carnosâ, sed firma, cupu-
 la demum fere plana, late sulphurea, extus vero
 albida, pube brevi vestita, $\frac{3}{4}$ unc. tantum lata, ra-
 dice longa, epidermidem penetrante. Specimina
 2-3 plerumque conjuncta. *Locis indicatis æstate, au-
 tumno.* (v. v.)

7. *P. nigrella*, sessilis, major, hemisphærica, atra,
 extus byssino-tomentosa.

Mich. gen. p. 266. n. 10. Hall. helv. 2270. E. v. He-
 misphærica. Wulf. in Berl. Schrift Nat. Ges. 8.
 p. 141. P. nigra. Schum. Scell. p. 422 (ex herb.,
 sed certe non Bull.) P. nigrella. Pers. syn. p. 648.
 A. S. p. 318. Schleich. exs. Cent. IV, n. 86. Dec.
 fr. 6. p. 22.

Gregaria, subcæspitosa, primo globoso-hemi-
 sphærica, dein expansa, concava, integerrima, pas-
 sim oblonga, $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ unc. lata, raro ultra; extus
 tomento compacto byssino, basi radicante, v. fr.
 Discus junior nitens. *Ad terram in pinetis, locis
 nudis l. mucosis, rarius ad ligna mucida, etiam Ame-
 ricæ borealis.* "Sero autumno," præprimis vere. (v. v.)

8. *P. nigricans* (Swartzii), globoso-campanulata,
 sessilis, obliqua, intus atra, extus incono-villosa.

P. nigra. Swartz fl. Ind. Oce. III, p. 1938.

Solitaria l. gregaria, coriacea (vix), magnitudine varians a cupulæ nucis Quercus ad dimidiam partem testæ nucis Juglandis, obliqua, l. prope alterum latus insidens, orbiculato-concava, margine obtuso integro. Intus glabra, ope lentis minutissime punctata. *Ad terram in silvis interioribus Jamaicae.*

9. *P. fusco-atra*, sessilis, cupulis subglobosis tomentoso-hirtis fusco-atris, disco concavo sordide pallido.

P. fusco-atra. Reb. Neom. p. 315.

Sparsa, primo oblonga, Cyatho striato adhuc clauso valde similis, 2-3 lin. alta & lata. In exsiccatis discus nigrescit - Cum hac jugendam putat ipsi dubiam *P. strigosam* Persoon, 1 lin. latam, cupula globoso-hemisphærica, externe setosa atra. intus subochracea. *In umbrosis ad terram subhumidam.*

10. *P. leucotricha*, sessilis, hemisphærico-concava, carnosula, extus intricato-strigosa candida, disco albo-glaucescente.

Mich. gen. p. 206. n. 9. A. S. p. 322. t. 7. f. 5.

Pulchra, subgregaria, primo globosa, dein hemisphærica patens, 3-4 lin. lata, extus strigoso-lanata. *Ad terram nudam in umbrosis; mihi ad margines rivuli exsiccati. Aug. Sept. (v. v.)*

11. *P. hemisphærica*, sessilis, hemisphærica, cerea, extus subfusca, pilis fasciculatis densis tecta, disco albo-glaucescente.

Fungillus cyathiformis, externe fuscus intus margariti coloris, glaber. *Moris. Hist. 3. p. 642. Mich. gen. p. 206. n. 8. t. 86. f. 4. Elv. Gled. meth. p. 46. a. Hall. hist. 2231. Fl. Dan. t. 656. f. 1. Elv. albida. Schæff. t. 151. Elv. foliacea. l. c. t. 319. Pez. hispida. Huds. - Sowerb. fung. t. 147. P. subhirsuta. Baumg. Lips. n. 1642. Octospora fasciculata. Hedw. Musc. fr. II. p. 14. t. 4. f. B. (minor) P. Labellum, Bull. ch. p. 262. t. 204. P. he-*

misphærica. *Wigg. - Hoffm. Crypt. II. p. 28 t. 7. f. 6. Pers. syn. 316. Fl. Dan. t. 1558. f. 2. & Auct. plur. P. fasciculata. Schrad. Journ l. c. p. 60. Pers. Myc. Eur. p. 244. P. hirsuta. Holmsk. Ot. II, p. 37. t. 19.*

- b.** *P. replicata. Tode in Schrift. Berl. Nat. 4. p. 269. t. 13. f. 3. P. lanuginosa. Bull. l. c. p. 260. t. 396. f. 2.*

Sparsa, primo globosa, mox hemisphærica, integerrima, demum quoque margine replicato (b); extus, præcipue marginem versus, pilorum fasciculis sparsis obsita ipsoque margine ciliis liberis subdeciduis coronata. Substantia tenuis, sed firmulo, contextu vesiculoso. "Sporidia sporidiolis duobus" Ceterum species hæc pervulgata statura (2 lin. — 1 unc.) & colore pallido, fusco, rufescente &c. admodum variat. *Ad terram in silvis, rarior ad truncos terra tectos, etiam in America boreali, Kamtschatka &c. Jun. - Dec. (v. v.)*

- 12.** *P. brunnea*, sessilis, hemisphærico-depressa, subflexuosa, brunnea, extus pilis brevibus fasciculatis hirta

P. brunnea. A. S. p. 317. t. 9. f. 8.

Præcedenti affinis, at cum ejus varietate rufosca non commutanda. Minor, 1-3 lin. lata, ob situm confertum, sæpe flexuosa, forma junior quidem subglobosa, sed mox magis expansa depresso-plana, pili minus distincti, vix ciliati. Variat disco albicante. *Ad terram deustam passim, rarior ad viarum margines. Majo - Oct. (v. v.)*

- 13.** *P. ditricha*, sessilis, subhemisphærica, extus tomento tenui adpresso albido setisque strictis obsessa, disco pallescente.

Similis *P. hemisphæricæ*, sed optime diversa & ad *Ciliares* accedens. Cupula vix 2 lin. lata, orbicularis, quamvis conferta nascatur, convexa, extus undique præter villum mollem setis longis rigidis baditis, neutiquam fasciculatis tecta, margine sub-

involuta. *E Portorico ad terram; dedit Illustr. Sprengel* (v. s.)

14. *P. hirta*, sessilis, subhemisphærica, extus fusco-hirta, margine subinflexo, intus miniata.

Mich. gen. p. 206. n. 11. t. 36. f. 14. P. hirta. Schum. Scell. p. 422. (ex icone). Pers. Myc. Eur. p. 245.

b. *P. hybrida. Sowerb. fung. t. 369. f. 1. Pers. l. 6.*

Statura priorum, colores *P. fulgentis* l. subsequentium. Schumacher, cujus specimen 3 lin. altum & latum, fungum juniorem depinxit & descripsit indeque non distinguendum videtur a b, 4-6 lin. lata. Colores vix differunt. *Ad terram inter muscos humidos. Aug.-Oct.* (v. s.)

15. *P. Plumieri*, magna, sessilis, hemisphærica, purpurea, extus sericeo-villosa.

Fungoides scutellatum, purpureum &c. Plum. fil. t. 168. f. E.

Forma *P. hemisphæricæ*, sed multo major uncialis & ultra. *In America meridionali legit Plumier.* (v. ic)

P. speciosa, coccinea, cupula hemisphærica ciliata, stipite unciali tuberoso. — *Plum. l. c. f. C.* media videtur inter *P. coccineam* (an jam memorata *Michel. t. 86. f. 5.*) & sequentem tribum.

†††. CILIARES. Sessiles, minores, margine præcipue setis rigidis ciliatæ. (Mediæ inter *Humarias* & *Dasyscyphas*; ab illis differunt modo velo distincte setoso, ab his substantia carnosa, cupulis magis patulis planiusculis nec non setis tantum marginalibus. Locus fere *Humariæ*, nam, ni terrestres, in lignis putridissimis tantum observantur). *Color flavus, ruber &c. Hymenium valde crassum.*

16. *P. vitellina*, subcæspitosa, major, flexuosa, late flava, ad marginem setosa.

P. vitellina. Pers. Myc. Eur. p. 257.

Carnosa, fragilis, undulata, 4 lin. circiter lata, versus marginem fimbriis erectis sparsis obsita. (Subspecies *sabulosa* Pers. l. c. magis cum *P. umbrosa* convenit). *Rarissime ad terram locis subhumidis circa Parisios. Aug.*

17. *P. carneorufa*, gregaria, urceolata, carneorufa, subpellucida, extus & margine setis rigidiusculis albidioribus hirsuta.

P. carneorufa. Mart. Erl. p. 464.

Affinis *P. brunnea*, 1-2 lin. lata. *Setæ in ore erectæ. In arena humida in Franconia. Majo.*

18. *P. umbrosa*, depressa, planiuscula, carneo-miniata, extus pilis badiis brevioribus obsessa.

Fungoides coccineum, lentiforme, oris pilosis. Mich. gen. p. 207. t. 86. f. 19.

Carnosa, plano-concava, 2-3 lin. lata, vetusta expallens, setis parum rigidis. *Ad terram supra folia putrida l. alibi locis humidis; apud nos frequens. Aut. (v. v.)*

19. *P. scutellata*, applanata, miniato-rubra, extus pallidior, marginem versus setis nigris strictis hispida.

Fungus arboreus - - - coccineus, oris pilosis. Raj. syn. ed. 2. p. 29. n. 41. Mich. gen. p. 206. n. 12. P. scutellata. Linn. Suec. 458. Sowerb. t. 24. Bull. Ch. p. 247. t. 10. Pers. syn. p. 650. Fl. Dan. t. 1437. f. 2. Schum. Sæll. p. 432. Gled. meth. p. 48. f. Hall. helv. 2245. (ad partem). Elv. ciliata. Schæff. t. 284. Elv. ciliaris. Wulf. in Jacq. Coll. I. p. 349. P. ciliata. Hoffm. Veg. Crypt. II. p. 25. t. 7. f. 3. Holmsk. Ot. II. p. 36. t. 18. Octospora hirta. Hedw. l. c. p. 10. t. 3. B.

E concavo-plana, 3 lin. circiter lata, subcoccinea, sed colore certe variat; legimus individua albidia & subferruginea, ceterum non diversa, reliquis immixta. *Setæ paginae inferioris breves, patentes; marginales primo inflexæ, dein erectæ, strictæ;*

nigræ, sed apice albicant. Species vulgaris, sed cum plurimis commutata. Synonyma Linnæana ad *P. stercorariam* spectant. *P. scutellata* Huds. Pollich. e. s. p. composita. *Ad ligna putrida, rarius ad ipsam terram, locis aquosis humidis, juxta rivulorum margines. e plurimis orbis regionibus reportata, frequens. Majo-Nov. (v. v.)*

20. *P. Erinaceus*, gregaria, orbicularis, depressa, ochraceo-alba, extus setulis longis badio-fuscis, *Schweïn. l. c. p. 93.*

Lin. 1-4 lata & major, planiuscula, extus setis 1- pilis, disco duplo longioribus, badio-fuscis, sparsis, quamquam multis, obsita. Sicca contrahitur cupula & setæ fasciculum densum conicum efficiunt erectum. *Frequens & ad trium ulnarum spatium expansis catervis, maxime confertis, in Juglande & Liriodendro maxime putridis. (v. s.)*

21. *P. crinita*, exigua, hemisphærica, ciliata, subtus cinerea, disco rubro-purpureo.

P. crinita. Bull. ch. p. 249. t. 416. f. 2. Dec. fr. e. p. 78. Pers. Myc. Eur. p. 255.

Plane sessilis, sed non applanata, inferne, sed præcipue ad marginem pilis longis confertis nigris hirta. Caro alba. *In Gallia ad ligna putrida. (v. ic.)*

22. *P. cærulea*, plana, ciliata, extus nigrescens, pilis pallidis, disco cæruleo.

Bolt. fung. t. 108. f. 2. Pers. Myc. p. 257.

Statura omnino *P. scutellatæ*, sed coloribus & pilis mollibus satis diversa. *In Anglia ad truncos abiegnos locis humidis, aut. (v. ic.)*

23. *P. livida*, ex hemisphærico-explanata, intus livido-glauca, extus fuliginea, ciliis longis strigosis obsessa.

P. scutellata. Batsch. Cont. I. f. 154. P. livida. Schum. Scall. II. p. 422.

Affinis *P. scutellatæ*, sed colore diversa; nec cum *P. hemisphærica*, cum qua colore convenit, commutanda, 2 lin. lata, extus pilis longis tecta. *Ad truncos putridos, vere.* (v. v.)

24. *P. pilosa*, subhemisphærica, disco convexiusculo carneo, subtus pallidior, pilis longis erectiusculis fuscis dense vestita. *l. c. p. 433.*

Solitaria, minuta, intus carnea. *In ligno abietino subputrido varius legit Schumacher. Sept.* (v. ic.)

25. *P. setosa*, excavata, aurantiaca, extus setis longis erectis fuscis vestita. *Nees Syst. p. 260. f. 275.*

Gregaria, 1-2 lin. lata, vegeta patellæformis, sed sicca contrahitur & unicolor fusca (*sec. specimen ab ipso illustr. Auctore missum*). Extus tota setosa, setis longissimis unicoloribus. *Ad truncos vetustos carie consumptos, aut.* (v. s.)

Ad hanc pertinent specimina epixyla *P. stercorariæ* A. S. p. 320.

26. *P. stercorea*, gregaria, concava, fulva, extus setis badiis subrectis prope marginem obsessa, ciliata.

Rez. lutea, parva, marginibus pilosis. Raji Syn. p. 18. t. 24. f. 3. Mich. gen. p. 207 n. 25. Elv. lutea. Scop. Carn. p. 481. P. lutea. Reich. in Besch. Berl. Ges. Naturf. 3. p. 216. t. 4. f. 7. P. equina. Fl. Dan. t. 779 f. 3. Sowerb. fung. t. 352. Octospora setigera. Schrank. O. scutellata. Hedw. Musc. II. p. 10. t. 3. f. A. P. scutellata. Bolt. t. 108. f. 1. P. ciliata. Bull. ch. p. 257. t. 438. f. 2. P. stercorea. Pers. Obs. 2. p. 89. Myc. Eur. p. 246. Schum. l. c. p. 433. P. cupularis. Wahl. Ups. p. 466.

Gregaria, junior globoso-clausa, dein concava, demum applanata, 1-2 lin. lata, colore plus minus intenso varia, sicca fuscescens; extus junior pilis tenuibus fugacibus albidis tecta. *In fimo vaccino, equino &c. l. ad terram pinguem, stercorata, ubique; rara in America. Aestate-vere.* (v. v.)

28. *P. Thelebotoides*, e sphærico dein dolioliformis albidâ, ore concavo sordide lutescente, extus setis pallidis hispidula.

A. S. p. 321. t. 12. f. 4. Pers. l. c.

Subgregaria, 1-2 lin. lata, subparabolica, carnosâ, disco non papillato. Pili minus conferti, quam in antecedentibus, rigidi, longiusculi, subconcolorés. Variat colore luteo-ochracea. *In stercoratis, terra pingui domestica Sc. passim; etiam America, "Hieme," vere. (v. v.)*

β. nitida, conferta, turbinata, aurantio-lutea, disco leviter depresso, subtus setis concoloribus.

Stipata, e longinquo colore lætissimo nitens. Cupulæ primo cylindricæ, dein turbinatæ, disco leviter depresso & marginato. *In cæspite fluctuante supra spumam lacustrem & Mœsiam uliginosam, fere submersa. Vere novo. (v. v. in lacu Feinmen.)*

29. *P. diversicolor*, gregaria, exigua, obconica, disco convexulo, extus pilis erectis strigosa.

a. rubens.

b. luteo-subferruginea. *P. papillata. Schum. Sall. p. 434. P. cervina. Pers. Myc. Eur. p. 254.*

c. viridis. *P. strigosa. Schum. l. c. P. chlorina. Pers. l. c.*

d. albida. *P. pap. vaccinea. Pers. l. c.*

Collatis variis speciminibus colore modo differre omnino persuasus sum; congruunt magnitudine, statura, substantia carnosâ, disco necque papillato, nec depresso. *P. stercorea equina Pers. l. c. p. 246. non obstat. In fimo varior. Aest. aut. (v. v.)*

30. *P. papillata*, gregaria, minima, rubescens, disco papillato, margine ciliata.

Pers. syn. p. 650. A. S. p. 321. Nees Syst. f. 276.

Etiam hæc variat colore plus minus aurantio & rubescente, setis erectis concoloribus. Cum præ-

cedentibus Ascobolis proxima. In fimo vaccino, equino, suillo; vix alibi; etiam in America. Sero aut. vere. (v. v.)

Trib. VI. DASYSYPHÆ.

CHAR. Cupula tenuis, ceracea, sicca, disco glabro, extus undique pilosa l. villosa. Hymenium tenue, ascis exiguis, sporidiis simplicibus. Contextus subfloccosus. Pusillæ, aridæ, in statu sicco clausæ, humectatæ apertæ, vere epiphytæ; ne quidem in lignis carie plane consumptis obviæ.

†. Stipitatæ. Divisio non naturalis, nam species affines separat aliæque & stipitatæ & sessiles occurrunt. Interca facilis & melior nondum innotuit.

31. *P. vernalis*, firmula, cinereo-pallida, cupula hemisphærica extus stipiteque elongato filiformi flexuoso villosis.

P. vernalis. Schum. Sæll. p. 425.

Majuscula in hac tribu, stipite $\frac{3}{4}$ unc. longo, cupula 2 lin. fore lata. Margo primo involutus, demum patulo-erectus. In stipitibus dejectis, Aprilii. (v. ic.)

32. *P. capillaris*, tenera, fusco-pallida, cupula subhemisphærica, extus stipiteque longo capillari deorsum nigricante villosis.

Stipes gracilis, longitudine varius, 3-4 lin. longus & ultra, flexuosus. Cupula primo globoso-clavata, dein hemisphærico-concava, demum planiuscula, subpellucida. 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. lata. "Color virens." Inter folia dejecta Fagi locis irriguis. Aut. seriori. (v. v)

33. *P. ciliaris*, stipitata, cyathiformis, nivea, extrinsecus pilis sparsis longis obessa.

Schrad. Journ. l. c. p. 63. A. S. p. 334.

b. Schum. Sæll. p. 424.

"Facie convenit cum *P. virginea*, sed multo gracilior & nonnisi pilis longis sparsis (plus minus patulis) obsessa." Intus albo-pallescens, sequenti maxime affinis & forsan, qui ab illa distinxerunt, subsequenter pro *virginea* sumere. *Supra folia dejecta quercina, faginea & Myrica Gale*; "ad latera truncorum Carolinae." Schwein. *Autumno-vere.* (v. v.)

34. *P. virginea*, stipitata, candida, cupula hemisphaerica, extus pilis confertis patulis obsessa.

Fungoides minimum, pyxidatum, album, externe hirsutum &c. Mich. gen. p. 205. t. 36. f. 15. — Hall. helv. n. 2239. Lachnum agaricinum. Retz. Scand. p. 329. *Pez. parvula.* Fl. Dan. t. 1016. f. 4. *P. virginea.* Batsch. — Holmsk. Ot. II. p. 31. t. 14. Pers. Obs. I. p. 28. Myc. Eur. p. 262. Schum. Sæll. p. 425. *P. nivea.* Sowerb. fung. t. 65.

b. disco lutescente, flavo! Holmsk. l. c. fig. dextra (certe ad hanc speciem). *P. calycina.* β. A. S.

Gregaria, lineam alta, discusque demum totus explanatus æque latus. Stipes tenuis, æqualis, etiam subvillosus, raro obliterated. Pili longi, strigosi, in margine ciliares. *Ad ligna, cortices, pericarpia, folia &c. in fagetis alibique, ubique. Per annum.* (v. v. etiam b. non raro).

β. *P. carpophila*, subturbinata, magis villosa. Pers. ll. cc.

Media inter priorem & sequentem, sed utraque minor; ab hac villo longiusculo barbato diversa. *Iisdem fere locis & tempore.* (v. v.)

35. *P. nivea*, stipitata, candida, cupula turbinata, extus villosa-tomentosa.

P. clandestina. Bull. champ. t. 416. f. 5. nec descr. — Schum. Sæll. p. 423. Octosp. *nivea.* Hedw. fil. t. 3. f. B. *P. virginea.* Fl. Dan. t. 1440. f. 2.

Villi indole a priori constanter differt; etiam stipes minus distinctus, sursum incrassatus, villosus, cupula minus explanata. Locis udis guttulis aqueis

irrorata reperitur. In lignis, ramulis putridis, locis humidis dejectis. *Aut.* (v. v.)

36. *P. viridula*, stipitata, cyathiformis, viridula, extrinsecus albido-villosa. *Schrad. l. c.*

Facies *P. lactea*, at duplo minor. *Ad truncos putrescentes (in silvis sollingensibus).*

37. *P. patula*, stipitata, cupula hemisphaerica villosa alba, disco plano lutescente.

Pers. Obs. I. p. 42. Syn. p. 654. Myc. Eur. p. 262. A. S. p. 324. Nees Syst. f. 284.

Pusilla, nudo oculo punctiformis, cupula primo globosa, extus dense villosa. Cum *P. virginea* non commutanda. *Ad folia dejecta quercina, populina, betulina, sed rarior, etiam Americae. Autumno - vere.* (v. v)

38. *P. calycina*, stipitata, erumpens, infundibuliformis, extus albido-villosa, disco planiusculo subaurantiaco.

α *Pini silvestris. P. calyciformis. Willd. Ber. n. 1774. Batsch Cont. I. f. 125. (male, sed ex spec. citat Hedw.) Octospora. Hedw. Musc. fr. II. p. 64. t. 22. B. optime. Pez. calycina. Schum. Sæll. p. 424.*

Junior sistit tuberculum minutum pallidum Sclerotiforme, ex quo erumpunt fungilli gregarii, passim fasciculati, extus albo-villosi, recentes alborubelli. Stipes brevis, crassiusculus, sursum in cupulam dilatatus. Cupula humida expansa, disco (etiam rubro & luteo) 1-2 lin. lato. Occurrit memorabilis forma multo minor, sessilis, turbinata, alba, pilis adpressis glabriuscula, ore fimbriato, disco luteo. *In ramis dejectis putrescentibus Pini silvestris, Sueciae copiose. Autumno - vere.* (v. v.)

β . *Abietis*, recens aureo-vitellina, stipite basi nigrescente.

P. calycina. Dec. fr. 6. p. 25. P. erysothyma. Pers. Myc. Eur. p. 259.

Ad hanc varietatem quoque spectat *P. b. flavo-coccinea*, subsessilis, extus villosopulverulenta sulphurea, disco coccineo. *A. S. p. 323. sub P. pulchella.* — In *Lusatia, Vogesia, Helvetia &c. ad cortices abiegnos. b.) etiam in Amer. boreali. (v. s.)*

Obs. *P. calycina Pers. syn. p. 653. sec. syn. & descript. hujus loci; vix bene nunc sub sequente citat. P. calycina A. S. p. 324. a. vix determinanda, b. ad P. virginiam. P. calycina Nees Syst. f. 286. est P. purpurea.*

39. *P. bicolor*, subsessilis, globosa, tomentosa, alba, disco subaurantiaco.

P. minuta. Fl. Dan. t. 779. f. 2. Dicks. Crypt. Brit. II. p. 25. P. bicolor. Bull. ch. p. 243. t. 410. f. 3. Sowerb. fung. t. 17. Dec. fr. 2. p. 79.

a. disco coccineo, aurantiaco. *P. oxyacanthæ. Pers. Obs. I. p. 41. P. pulchella. Myc. Eur. p. 260. Reb. neom. p. 384. Holl. & Schm. exs. n. 71.*

b. disco luteo. *Pez. transparens. Pers. Obs. 2. p. 84. P. quercina. Myc. Eur. p. 260.*

c. disco sordide pallido. *Nees Syst. f. 284.*

Sparsa, conferta, globosa, clausa, humida aperta, disco concavo, quoad colorem easdem subit mutationes ac præcedens. Margo piloso-denticulatus. In ramulis exsiccatis *Quercus, Oxyacanthæ &c.; imprimis Coryli, vere. (v. v.)*

P. serrata & exilis. Hoffm. Veg. Crypt. t. 7. f. 4, 1 ad hanc tribum pertinent, sed vix ita descriptæ, ut tute determinari possint. Illa cum præcedentibus quoad colores &c. convenit; de hujus colore vix fit mentio. Propriæ species vix sunt.

40. *P. cerinea*, hemispharica, furfuraceo-villosa, lutescenti-olivacea, disco concavo luteo.

P. marginata. Holmsk. Ot. II. p. 39. t. 20. see. spec. P. bicolor. Schum Scall. p. 423. P. cerinea. Pers. syn. p. 651. Obs. I. p. 43. Myc. Eur. p. 263. A. S. p. 321. Nees syst. f. 283. Moug. & Nestl. exs. n.

637. *P. lutescens*, Pers. in *Röm. Bot. Mag.* p. 113.
P. pulchellæ var. *Myc. Eur.* p. 261. *P. biformis*.
Fl. Dan. t. 1620. fig. inf.

Stipes nunc distinctus, brevis ($\frac{1}{2}$ lin. fere), crassus, sursum fere attenuatus, glaber, ater; nunc omnino nullus. Cupula sæpe connivens, colore expallente; etiam in disco, qui junior obscurus, demum subochraceus. Sapor amarus. *Ad ligna putrida frequens; etiam Americæ. Aut. - vere.* (v. v.)

β . *P. grisea*, minuta, sessilis, lutescenti-grisea, cupulis globosis duriusculis pubescentibus, ore minuto aperto. *Pers. Myc.* p. 264.

Lævis prioris varietas; huic proxime accedunt individua pro *Sph. olivacea* necum communicata; & revera in cryptis crescens cautissimum fallit. *Ad ligna sicca.* (v. v.)

41. *P. plagopus*, pusilla, breviter stipitata, turbinate-infundibuliformis, extus villo sericeo adpresso, circa marginem piloso, disco luteo. — *Wormsk. fl. Camtsch. ined.*

Reliquis minor, $\frac{1}{2}$ lin. alta & lata. Stipes brevis, cum cupula turbinata omnino confluens. Villosus stramineus adpressus, sed ad marginem regularem subinflexum pili rigidi subflexuosi l. crispati, longius exstantes. *In foliis gramineis Kamtschatkæ, primo vere.* (v. s.)

β . stipite evidentiore, villo albo discum occultante. *In ramulis dejectis Rubi triflori ibidem.* (v. s.)

42. *P. sericea*, cupularis, breviter stipitata, extus villo viridi circa marginem albicante sericeo-nitente adpresso tecta, intus ochraceo-ferrugineo.

P. sericea. A. S. p. 325. t. III. f. 7.

Color initio totus pulchre viridis, extus profundior subfuscescens; sed in adultis in ochraceo-ferrugineum, nonnumquam sordide olivascentem, intus mutatur, villorumque simul apices una cum

cupulæ margine introflexo albescant. Stipes firmus, crassus. Cupula 1-3 lin. lata, demum tota hians. — Eximie analoga priori, sed *P. æruginosæ* affini-or. *In lignis nudis duris virescine late tinctis, locis silvaticis nubrosis madidis. Aestate, aut. (v. v.)*

43. *P. calyculæformis*, subinfundibuliformis, fusco-umbrina, margine erecto, extus stipiteque brevissimo crassiusculo villosis. — *Schum. Scell. p. 425.*

Habitus omnino proprius; subsolitaria, minor, sursum in cupulam dilatata. *In ligno putrido dejecto. Oct. (v. ic.)*

44. *P. clandestina*, stipitata, turbinata, cervina, extus fufuraceo-villosa, disco pallido.

P. clandestina. Bull. Champ. p. 251. nec icon. Pers. Obs. I. p. 41. Myc. Eur. p. 262. A. S. p. 326.

Gregaria, sat persistens. Stipes $\frac{1}{2}$ lin. longus, æqualis, apice parum incrassatus. Cupula omnino cervina, integerrima, humida pro more aperta, sed valde concava. *Ad ramulos dejectos Rubi idæi, fruticosi, Sambuci &c. "etiam ad folia faginea" copiose, præcipue vere. (v. v.)*

P. patens, cupulis patulis planiusculis, intus albidis extus cum stipite tomentoso-villoso cinereo umbrinis. *A. S. p. 326. — Inter rejectamenta horticorum &c. Aest. aut.*

45. *P. caulicola*, lutescenti-fusca, pallida, cupula turbinato-globosa farinoso-pubescente, stipite brevi firme glabro.

b. *P. albomarginata. Schum. Scell. p. 436. Pers. l. c.*

c. *P. Serratulæ. Pers. Myc. Eur. p. 263.*

Minuta, gregaria, firmula, persistens, demum glabrescens; tum ægre dignoscitur ab affini *P. cyathoidea*, cum qua convenit loci, substantiæ, formæ & coloris mutationibus. Color palleseens, sordide & opace lutescens, pallide umbrinus &c. In plures

species, definitis limitibus & characteribus distinguenda; *A. S. l. c.* cum priori jungere videntur. Discus ob marginem inflexum suboccultatus. *Ad caules plantarum, frequens. Hieme, vere. (v. v.)*

β.? *P. cyathula*, subferruginea, cupula infundibuliformi tomentosa, stipite sublongo glabro. *Pers. Myc. Eur. p. 265.*

Forma grata distincta, ore lato patula. Stipes fuscus. *Ad stipites.*

46. *P. armeniaca*, gregaria, substipitata, cupulis globoso-turbinatis pubescente-farinaceis subcinnamomeis. *Pers. Myc. Eur. p. 268.*

Cupulæ juniores subglobosæ, villosæ, albicantes, adultæ magis pulveraceæ subfulvæ. *Rarissime ad ligna exsiccata.*

47. *P. fuscescens*, stipitata, fuscescens, cupula hemisphærico-globosa, extus pilis badiis obsita.

Pers. syn. p. 654. Myc. Eur. p. 265. A. S. p. 325.

Gregaria, pusilla, humida semipatula, sicca globosa clausa. Pili præcipue circa marginem regularem ciliati. Subaffinis *P. virginæ*. *Ad folia dejecta Fagi in umbrosis, rarior; sed & in America boreali. Vere. (v. v.)*

48. *P. acuum*, minima, stipitata, tenera, albida, cupula planiuscula, extus hirtiuscula.

Cum *P. tenerrima* pilis subtilibus exceptis convenit. Stipes tener, passim pro ratione longus, 1 lin. usque. Margo non prominens. Interdum rubescit, cf. *A. S. p. 330. Ad acus Pini Abietis in silvis umbrosis humidis. Vere. (v. v.)*

††. Sessiles, villosæ; crusta nulla.

* lignatiles l. corticolæ in partibus plantarum perennibus (*P. bicolor, cerina. Vide †*).

49. *P. albo-violascens*, subsessilis, applanata, firma, villosa-hirta, sæpius clausa, disco pallescente.

P. nivea. Schum.! Sæll. p. 435. *P. alboviolascens*. A. S. p. 322, t. 8. f. 4. *P. fallax*. Pers. Myc. Eur. p. 266.

Species distinctissima, forsan novi generis typus. Gregaria, sicca, dura, persistens, carne intus nigra; junior subglobosa, dein magis applanato-hemisphærica, plerumque clausa; sed diuina patula, subflexuosa, passim prolifera, 1-2 lin. lata, intus glaucocærulescens l. violaceo-pallens. In ramis exsiccatis supra corticem præcipue Fraxini & Ulmi, rarius Sambuci, Vitis &c.; etiam Americæ borealis abunde. Hieme. (v. v.)

β. *P. nigro cæsia*, subsessilis, applanata, firma, subtus atra villosiuscula, disco cæsius. Schum. l. c.

Vix a præcedente diversa, nisi ætate vetusta, in quo ob velum secedens subtus nigrescit. Similem Leydæ repertam misit FR. NÆES. In ligno putrido. Jun. (v. ic.)

50. *P. corticalis*, sessilis, subglobosa, firma, flocculoso-tomentosa, e cinereo-rufescens.

P. corticalis. Pers. Obs. I. p. 28, 112. Myc. Eur. p. 267. Rehent. Neom. p. 384. Dec. fr. 2. p. 80. A. S. p. 322. *P. granulæf.*? Schum. Sæll. p. 435. *P. urceolata*. Rutstr. diss. p. 19.

Gregaria, persistens, superficialis; humida disco aperto subrufescens & hemisphærica; sicca clausa subdifformis albido-grisea. Supra cortices duriores siccos arborum adhuc vegetarum Populi, Quercus &c.; etiam Americæ boreal. Perennis. (v. v.)

51. *P. flammea*, sessilis, subglobosa, firma, strigoso-villosa unicolor flammeo-rubiginosa.

P. flammea. A. S. p. 519. t. 11. f. 7. Dec. fr. G. p. 24. Pers. Myc. Eur. p. 252.

Præcedentibus utique cognata loco & substantia; etiam caro interna nigra. Primo tota clausa.

globosa, subrugosa; dein patens, cupularis, hemisphærica, regularis, 1 — 1½ lin. æquans. Hymenium vivide rubiginosum. *Ad ramos vetustos induratos nudos Pyri Mali, Carpini; etiam Liquidambaris in Amer. boreali. Aut. - vere. (v. v.)*

52. *P. cinereo-fusca*, sessilis, applanata, firma, farinaceo-hirta cinereo-virens, disco fusco-badio.

P. cinereo-fusca. Schwein. l. c. p. 93.

Gregaria, minuta, lineam dimidiam lata. Cupulæ, ut in præcedentibus, margine involuto ceptius clausæ. *In ramis denudatis Cercis Amer. borealis.*

53. ? *P. tumida*, sessilis, subcoriacea, depresso-ventricosa, leviter tomentosa, opaca, gilvo-pallida, disco tumido nigrescente. — *Pers. Eur. p. 269.*

Ab initio tota clausa videtur, saltem tomento involuta, in medio dein aperitur ore circulari; discus tandem conspicitur, qui est superficialis seu prominens, rugulosus quasi & immarginatus. Latitudo linearis. *In sarmentis Vitis vinifera rarissime Chaillet.*

54. *P. melaxantha*, sessilis, minuta, extus farinaceo-villosa beivolo-lutea, disco concaviusculo nigro.

Inter minimas, sed pulchra. Gregaria, sicca, granuliformis, disco demum plano opaco, margine parum prominente integro. *Ad ramos prostratos decorticatos Fagi, autumnno. (v. v.)*

55. *P. Piceæ*, sessilis, minuta, suburceolata, pulveraceo-pubescentis, grisea, disco plano nigrescente. *Pers. Myc. Eur. p. 269.*

Sparsa, dilute cinerea. *In Pini Piceæ foliis in monte Juratensi. Chaillet.*

56. *P. corvina*, sessilis, minuta, subdepressa, externe pilosa, atrinque atra.

P. exilis. *Fr. in litt.* **P. corvina.** *Pers. l. c. p. 248.*

Gregaria, subiculo maculaformi nigricante plerumque insidens, e ligno suberumpens, primo punctiformis, dein late aperta. Non cum simili *Sphaeria exili* commutanda; potius *Excipula* species. *Ad ligna exsiccata indurata, passim. Hieme, sed videtur perennis.* (v. v.)

58. **P. hispidula**, sessilis, subcarnosa, hispidula, nigra, disco concavo albido.

P. hispidula. *Schrad. Journ. Bot. 1799. 2. p. 64. Dec. fr. 6. p. 25. Myc. Eur. p. 247. P. strigosa. B. Pers. syn. p. 648.*

b. **P. discolor.** *Mart. Erl. p. 464.*

Cupula subcarnosa, 1 — 1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, extus setis nigris nitentibus obsessa. — b. junior ætas disco urceolato cæsi-albo. Cf. *A. S. p. 319. Ad ligna & ramos dejectos udos, etiam Americæ, vere.* (v. v.)

59. **P. Schumacheri**, sessilis, exigua, hemisphærica, tomentosa, fusca, disco planiusculo fusco-purpurascente.

P. fusca. *Schum. Sæll. p. 434. nec Pers.*

b. **P. cœrulescens.** *Schum. l. c. (disco cœruleo tantum recedit.) Pers. Myc. Eur. p. 252.*

Conferta, margine humido elevato integro cincta. Caro in a. sordide carnea, in b. albida dicitur. *In ligno putrido a. Betulæ, b. asserum. Aut. (v. ic.)*

60. **P. spadicea**, sessilis, subgloboso-hemisphærica, tomento denso subcompacto spadiceo vestita, ore connivente.

P. spadicea. *Pers. Myc. Eur. p. 252.*

Majuscula, sparsa, substantia sicca. Cupulæ juniores orbiculares, nitide hodiæ; adultæ expallentes opacæ. *Ad ramos Populi tremulæ. Aprili, Chaillet.*

61. *P. Berberidis*, sparsa, sessilis, rufo-fuscescens, hirta, basi setis strigosis subradiantibus cincta. *Pers. syn. p.* 649.

Substantia sicca. Cupulae minute, basi villis longioribus, subiculum tamen non efficientibus, matrici adnatæ. *Ad ramos siccos Berberidis.* (v. s.)

62. *P. barbata*, sessilis, globoso-applanata, connivens, firma, rugoso-tomentosa, ferruginea, disco pallido. — *Kunze.* — *Fries Sch. exs. n.* 332.

Gregaria, adnata, nec e cortice erumpens, persistens, lineam vix lata; sicca rugoso-crispa, connivens, sed humedata quasi rimose dehiscit. Tomentum longum ferrugineum, sæpius longitudinaliter adpressum, ad marginem barbatur, sed nullo densius quam in *Fibrinis*. A similibus *P. flammæ* & *alboviolascente* differt substantia receptaculi alba, hymenio crassiore. *Ad ramos Lonicerae Xylostei, frequens; etiam misit Cel. Kunze ex Helvetia. Perennans.* (v. v.)

β. *P. pellita*, cupulis subglobosis dense tomentosis e griseo dilute gilvis. *Pers. Myc. Eur. p.* 264.

Molle villosa, primo clausa. 1-2 lin. lata. *In ramulis Lonicerae Caprifolii e Vogesia.*

63. *P. rufo-olivacea*, sessilis, applanata, extus villosopulverulenta sordide rufo-ferruginea, disco virescente-olivaceo.

P. rufo-olivac. A. S. p. 320. t. XI. f. 4. *Dec. fr.* 6. p. 25.

Sparsa, orbicularis, adnata, disco patente plano, primo e viridi-olivaceo, demum nigrescente. Substantia carnosoceracea, molliuscula, sed sat persistens. *In ramis emortuis humidis Rubi fruticosi & corylifolii, æstate.* (v. v.)

64. *P. flavo-fuliginea*, sessilis, dilatata, planiuscula, mollis, strigoso-hirta, læte sulphurea, intus olivaceo-fuliginea.

P. flavoful. *A. S. p. 319. t. XI. f. 7. Pers. Eur. p. 251.*

Gregaria, nitidula, initio cupularis, dein varie flexuosa applanatur, 1-2 lin. lata, suborbicularis, oblonga &c. Colore & substantia tenera a sequentibus differt. *Ad lignorum frusta, folia &c. madida putrida dejecta in paludosis silvarum; etiam Carolinae. Autumno.* (v. ic.)

65. *P. varicolor*, sessilis, hemisphaerica, orbicularis, subfirma, flocculoso-villosa, disco urceolato albo-pallescente.

a. extus flava l. lutea. *P. albo-lutea. Pers. ic. & descr. fung. p. 31. t. 8. f. 4, 5. Pez. sulphur. variet. Pers. syn. p. 649. P. sulphureo-caesia, Schum. Saell. p. 432. P. hydnoidea. Sowerb. t. 178.*

b. extus livido-pallida, (tenera).

c. extus fusco-umbrina.

Gregaria, sessilis, sed non adnata; junior l. sicca clausa, globosa, granuliformis; humectata mox aperta, disco concavo, peculiari colore pallescente; margo e flocculis passim granulatus. Cum *P. sulphurea* non commutanda; allatas formas, quæ oppido demonstrant Pezizulas colore modo diversas levis esse pretii, mixtas sæpius legimus; ubi a. autumno c. hieme e. s. p. *Ad ligna putrida, frequens. Per totum annum.* (v. v.)

66. *P. Martini*, sessilis, depressa, orbicularis, cervicalis, disco applanato lutescente.

P. Martini. Pers. Myc. Eur. p. 251.

Gregaria, majuscula, 2 lin. fere lata. An a priori vere diversa? *Ad ligna prope Taurinum.*

67. *P. episphaeria*, sessilis, plana, extus alba, pilis longis ciliato-pilosis obsessa, disco dilute lutescente.

P. episphaeria. Mart. Erl. p. 465.

Minuta, gregaria, conferta. *In Sphaeria adusta aut.* (v. s.)

68. *P. roseola*, sessilis, concava, flexuosa, mollis, albido-puberula, disco incarnato-roseo.

Substantia tenera, fragilis, quare in statu exsiccato difformis & passim lacerata, sed margo non dentatus. Villus tenerrimus, demum evanescens. *Ad cortices ramulorum dejectorum Juglandis &c. rarior. Aut. (v. v.)*

69. *P. triformis*, sessilis, primo granuliformis villosa alba, dein aperta, disco concavo fulvo, tandem convexo aurantiaco marginem oblitterante. — *Fl. Dan. t. 1620. fig. s. p.*

Inter minimas, gregaria, non satis nota. *Ad ligna putrida. (v. ic.)*

70. *P. leonina*, sessilis, concava, hirsuta, utrinque fulva, margine crenulato.

P. leonina, Schwein. l. c. p. 93.

Cupulæ 1 — 1½ lin. latæ, siccitate minutissimæ fiunt; sæpe tomento fulvo insident. Pili sparsi, breves, colore magis rubro. *In ligno Ulmi maxime putrido Carolinæ.*

71. *P. fulvo-cana*, semiimmersa, conico-globosa, tomentosa, luteo-fulva, ore subconnivente incana.

P. fulvo-cana, Schwein. l. c. p. 94.

Lineam lata, intus incana; tomento intense piloso extus tecta, pilis crassioribus in lignum incipientibus. *Rarior, sed distinctissima in frustulis succosis in arborum cæsarum disco.*

72. *P. Pineti*, sessilis, adnato-planiuscula, firma subvillosa, cano-fuscescens, disco pallide cano.

P. pineti, Batsch El. p. 201. f. 140. P. lurida, Pers. syn. p. 666. A. S. p. 337. (color non lundus).

Gregaria, ceracea, sed dura & pro rata densa, ½ lin. l. parum ultra lata, junior minutissime ecclata, mox explanata, granulosa l. glaberrima.

extus cano-fuscescens, margine integerrimo inflexo obtuso, disco plano. Exsiccata persistit. *Distinctissima species ubique ad cois Pinnum humidus patrescentes; etiam Americæ. Vere. (v. v.)*

73. *P. papillaris*, sessilis, libera, concava, villosohirto, utrinque lactea, margine granulato.

a. lignicola l. corticola. *P. papillaris. Bull. eh. p. 241. t. 467. f. 1. Sowerb. t. 177. P. granuliformis. A. S. p. 312. Swartz l. c. p. 101.*

b. acicola.

Gregaria, conferta, non adnata, ceracea, firmula, sed antecedente tenuior, vix lineam lata, regularis margine integro denticulato; sicca clausa, granuliformis, persistens, flavescens, sed tam leniter, ut ne straminei dici possit. *Ad ligna. Per annum.*
b. eisdem cum præcedente locis. (v. v.)

74. *P. penicillata*, sessilis, perexigua, concava, alba, extus pilis longis cinereis.

P. penicillata. Schwein. l. c. p. 94.

Punctiformis, madido tempore aperta, margine crinito, siccitate contrahitur, ita ut pilis longis cinerei penicillati, Syssi instar, ligno insidere videantur. Gregaria, persistens. *In rimis corticis Vitis. (v. s.)*

75. *P. hyalina*, sessilis, punctiformis, subglobosa, humida vitreo-pellucida, extus subpilosa.

P. hyalina. Pers. syn. p. 655 Myc. Eur. p. 316. excl. V. A. S. p. 326. (Nees syst. f. 270. extus granulosa.)

Substantia molli & pilis raris a præcedentibus abunde differt. Junior subglobosa clausa, demum applanata marginata, variat irregularis, aquose albidula omnino candida. *Ad truncos putridos - forsan & in foliis adis. Aut.-vere. (v. v.)*

** *Caulicolæ* l. *foliicolæ*, in partibus plantarum annuis. (Fungi in foliis perennibus semper ad lignatiles pertinent. Cf. Sphærias.)

76. *P. strigosa*, innatò-sessilis, applanata, concava, strigosa, nigra, disco pallido.

P. strigosa. Fries Obs. Myc. 2. p. 304. excl. syn. Excipula. Scler. Exs. n. 136.

Gregaria l. sparsa, orbicularis l. oblonga, 1 lin. longa, sed sicca contrahitur, extus setis longis erectis liberis strigosa, disco albo-pallescente. Utrum ad Pezizas l. Excipulas potius pertineat difficile dijudicatu. *Ad culmos & folia graminum arida, haud raro. Vere.* (v. v.)

β. hysteriiformis, elongata, rugosa, rima longitudinali dehiscens.

Vulgari multo major. *Ad caules plantarum exsiccatos v. c. Artemisiæ Absinthii, hieme.* (v. v.)

77. *P. Platani*, sessilis, pusilla, orbicularis, setosa, nigra, disco plano albido.

P. Platani. Pers. Obs. 2. p. 87. Myc. Eur. p. 253.

Cupula sicca connivet, humida folio adpressa. Setæ strictæ, marginem præprimis occupant. *Rarissime in foliis deciduis Aceris Platanoidis, in Germania.*

78. *P. relicina*, sessilis, obconica, minuta, badia, pilis erectis confertis strigosis.

a. Graminearum. *P. Atropæ. A. S. p. 320.*

b. Chenopodiarum, pilis adpressis.

c. Compositarum. *Moug. & Nestl. exs. n. 686.*

Antecedentibus magis evoluta, tamen nequam stipitata a nobis visa. Forma a.) ceteris minor. — *P. Atropæ*, olim prope Gottingam reperta, differt forma magis obconica substipitata pilisque, ut videtur, tenuioribus. Cf. *Pers. Myc. Eur. p. 250.* *Ad caules l. culmos a. in tectis stramineis l. in Adre-*

pogine Americæ. b. in *Chenopodio glauco* c. in *Soncho alpino*, *Cacalia albifronte*. (b. v. v. c. v. s.)

79. *P. Nidulus*, sessilis, hemisphærico-applanata, strigoso-hirsuta, badia, disco pallide flavescente.

P. nidulus, Schmidt & Kunz! *exs. n. 72. Moug. & Nestl. exs. ! n. 588. Pers. Myc. Eur. p. 250.*

Minuta, subtenax, vix gregaria, quamvis plura specimina simul nascuntur. Pili detriti secedunt. In caulibus siccis, præsertim *Convallariæ multifloræ*, vere (v. v.)

80. *P. sulphurea*, sessilis, subglobosa, strigoso-tomentosa, sulphurea, disco pallido.

P. sulphurea, Pers. *disp. p. 35. Myc. Eur. p. 250. pro parte. P. citrinella. Dec. fr. 6. p. 24.?*

Sparsa, subtenax, humida patula. Variat fuscescens, disco albido & "subincarnato," hinc a priori & sequente ægre separanda. Ad caules plantarum majorum, præcipue *Urticæ*. Vere. (v. v.)

81. *P. virescens*, sessilis, hemisphærica, tomentosa, fusco-olivacea, disco albido-carneo.

P. virescens, Schum. *Sæll. p. 433.*

Minuta, sparsa plana, marginæ tumido elevato, carne albida. Colore, minus constante, a prioribus modo diversa. Loco & tempore convenit. (v. ic.)

82. *P. villosa*, sessilis, minuta, persistens, globosa, villosa, alba, ore subconvivente.

P. Sclerotium, Pers. *Obs. Myc. 2. p. 84. P. villosa. Pers. syn. p. 655. A. S. p. 325. Dec. fr. 6. p. 26. P. granuliformis. Pers. syn. p. 651. Holl & Schmidt exs. n. 48! P. sessilis. Sowerb. t. 389. f. 1.*

b. intus carnea. *P. incarnata*, Pers. *Obs. l. c. P. granulif. Nees Syst. f. 283.*

Granula superficialia, nunc aggregata, nunc absque ordine sparsa, tempestate pluviosa modo aperta. Stipitis rudimentum vix perspicuum; villus non

semper distinctus. *Ad stipites, caules herbarum &c. passim, etiam America, Kamtschatkæ &c. præcipue vere.* (v v)

83. *P. micacca*, sessilis, congesta, minutissima, cupulis tenerrimis farinoso-subtomentosis pallide helvolis. — *Pers. Myc. Eur. p. 268.*

Late disseminata, dilute cinnamomea, subnitens, nonnumquam tota pallida, arenuliformis. *In caule Cardui nutantis.* Chaillet. (v. s.)

84. *P. Arundinis*, sessilis, perexigua, punctiformis, fuscescens, subferrugineo-pilosa, disco fuligineo-pallenti.

Gregaria, tenuis, non innata; primo sistit puncta minuta globosa, dein aperta cupulata, demum pili secedunt. Color in siccis totus fuscus, sed humectatus expallens, præcipue discus. *In culmis exsiccatis Phragmitis Arundinis.* Kunze. (v. s.)

85. *P. punctiformis*, sessilis, perexigua, punctiformis, sublux, villosa, ore subconnivente.

a. nivea.

b. pallens, grisea.

c. fusca, badia. *P. dryophila.* *Pers. Myc. Eur. p. 265.*

Gregaria, superficiali, minus persistens, semper fere clausa. Formam c. distinxissem, nisi Persoon ipse varietatem albam, pallentem aut cærulescentem notasset. *Ad folia decidua putrescentia Myricæ, Alni &c. c. in joliis quercinis reperitur circa Parisios.* *Vere - Aut.* (a. & b. v. v.)

Trib. VII. TAPESIA.

Pers. Myc. Eur. p. 270.

CHAR. Cupulæ ceracæ l. subcoriaceæ, sessiles, crustaceo-conglomeratæ l. subiculo subtomentoso insidentes. Sporidia simplicia. *Lignatiles, raro epiphyllæ.* — (Abeunt ad Polyporos. Cf. n. 88 & Schwein. l. c. n. 942, 943).

†. Cupulis villosis.

86. *P. anomala*, substipitata, confertissima, incrustans, cupulis turbinatis villosis cervinis, disco urceolato albido.

Fungoides minimum, pyxidatum, obscurum, hirsutum &c. *Mich. gen. p. 205.* *P. rugosa. Sowerb. fung. t. 369. f. 3.* *P. anomala, Pers. Obs. I. p. 29. Syn. p. 656. A. S. p. 326.* *P. stipata, Pers. Myc. Eur. p. 270.*

Subiculum villosum; tenue, passim oblitteratum. Stipes brevis, glaber. Cupulæ tenues, regulares, eumorphæ, conniventes, siccæ crispatæ; variant colore sordide lutes, cervino & ferrugineo; semper vero crustaceo-conglomeratæ. *Ad ramos deciduos exsiccatos, frequens; etiam in America boreali. Percynans. (v. v.)*

87. *P. annulata*, stipitata, conferta, cupulis subglobosis furfuraceis obscure cinereis, stipite annulato, disco depresso nigro.

P. annulata. Holmsk. Ot. II. p. 30. t. 13.

Habitus præcedentis, sed disci colore ad sequentes magis accedit species dubii loci. "Stipes 2 lin. longus, annulo furfuraceo cinctus. Cupula globosa, subclausa, cinereo-nigrescens, margine subconniventæ." *Ad ligna putrida autumnis. (v. ic.)*

88. *P. stipata*, confertissima, confluens, sessilis, villosa, griseo-fusca, margine tenui, disco urceolato nigrescente.

Subiculum fere nullum, sed cupulæ adeo dense aggregatæ, ut primo obtutu Polypori speciem omnino referant optimeque confirmant nostram theoriam de indole Polypori uterina. Cupulæ oblongæ, leviter ventricosæ, etiam basi villosæ. *Ad ligna putrida Fagi, Tiliæ &c., æstate, aut. (v. v.)*

89. *P. poriaformis*, sessilis cupulis confertis teretiusculis tomentosæ cinereis, subiculo dense concolore.

P. anomala γ. *poriæf.* Pers. syn. p. 656. *P. poriæf.* Dec. fr. 6. p. 26. *P. tephrosia.* Myc. Eur. p. 271.

Subiculum a 4 lin. ad 1½ unc. latum, irregulariter effusum. Cupulæ etiam subdense conglomeratæ, regulares. Color cinereo-umbrinus, in subiculo dilutior. — Precedenti forsitan nimis affinis, sed de disci colore nulla mentio. *In Salice caeva* Et., *rara*.

90. *P. aurata*, sessilis, sparsa, subventricosa, aureo-rubiginosa, subiculo tenui niveo. Pers. Myc. Eur. p. 270.

Cupulæ majusculæ, submembranaceæ, subcripsatæ, 2 lin. latæ. Color in fungo recente auroreæ. Species pulchella *innascitur foliis deciduis fagineis in Vogesia, vere.* Mougeot.

91. *P. domestica*, sessilis, gregaria, obovata, strigosa, rufa, subiculo tenui albicante. — Sowerb. t. 351.

Minuta, cupulis vix lineam latis. Subiculum gossypinum l. submembranaceum. An *P. diversicolori* magis affinis? *Ad parietes humidos calce illinitos in Anglia.* (v. ic.)

Hoc loco forsitan inserenda *P. rufiberbis*, gregaria, sessilis, tomento spadiceo insidens, intus albedo-carnea, extus barba læte rufa hirsuta. *A. S. p. 329.* (ipsis vero dubia!) — *In ligno duro humi jacente in Lusatia, Majo.*

92. *P. byssiseda*, sessilis, planiuscula, testacea, extus margineque granulosa, subiculo granuloso-villoso argillaceo. *Frics Obs. 2. p. 309.*

A reliquis admodum diversa. Subiculum latissime effusum, crustaceum, coherens, magis e furfure conglomerato, quam e tomento contexto. Cupulæ subiculo fere immersæ, submembranaceæ, persistentes, juniores magis concavæ. *Ad ligna putrêda, sæpe humectata, Pini. Aut. - Vere.* (v. v.)

93. *P. cæsia*, sessilis, applanata, villosa, albida, basi pilis longis in subiculum intertextis, disco subtremelloso cæsiæ.

P. Lichenoides. Pers. ic. Æ descr. p. 29. t. 7. f. 1.
P. cæsia. Syn. p. 657. Myc. Eur. p. 272. Dec. fr.
6. p. 25. Nees Syst. f. 272. Dittm. in Sturm, Deutschl.
fl. III. t. 31.

Cupulæ confertæ, juniores concavæ, dein explanatæ, plures in membranam villosam ob pila basin cingentia intertexta. "Sporidia globosa." Dittm. *Ad ligna dejecta Quercina. Aut. - vere. (v. v.)*

94. *P. erratica*, sessilis, granuliformis, villosa, alba, basi pilis longis liberis cincta, disco ceraceo atro.

Antecedenti affinis, sed pluribus differt notis. Gregaria, minor, subclausa, Sphæriam ovinam referens (præcipue in cryptis nascens), siccata flavescens. Discus subpunctiformis, dein magis dilatatus. *Ad truncos dejectos induratos Quercus. Per annum. (v. v.)*

95. *P. conspersa*, crustacea, sessilis, conferta, urceolata, fusco-nigra, pulvere albido obtecta, subiculo concolori.

Thelebolus hirsutus. Dec. fl. fr. 2. p. 272. Syn. p.
56. ! P. conspersa. Pers. Myc. Eur. p. 271. (ex syn.)

Primo obtata Thelephoram frequentissime papillosam (*T. granulosa*) l. potius Lichenem refert subiculo late effuso, indeterminato, furfaraceo. Cupulæ innatæ, confertæ, subglobosæ, ore connivente, nigricantes, sed undique furfure tenui albido obrutæ; humectatæ vero magis apertæ, fuscæ, ore albido. Ad *Pezizæ* genus vix pertinet fungus maxime memorabilis. *Pyrenoteis* habitu proximus, sed vita non perennis neque cupulæ cornæ quare vix Lichen. *Ad cortices arborum prope Neufchatel, raro. Aestate. (v. s. a Cl. Kunze communic.)*

96. *P. pruinata*, sessilis, dense aggregata, membranacea, subclausa, cinereo-pulverulenta.

P. pruinata, Schwein. l. c. n. 1216.

Subiculo tenuissimo insident cupulæ complanatae, concavae, subclausae, minutae, nigrae, omnino pulvere farinaceo cinereo tam dense tectae, ut Sphaerias credas; madidae aperiuntur, ore inflexo, disco nigricante. *Longe lateque profusa in emortuis Vitis corticibus Carolinae, vere & aut.*

97. *P. Rosae*, sessilis, subcoriacea, concava, subtomentosa, spadicea, subiculo tomentoso concolore.

Myrothecium hispidum. Tod. Meckl. I. p. 27. f. 41.

P. Rosae. Pers. Obs. 2, p. 82. Myc. Eur. p. 278.

Dec. fr. 6. p. 18. A. S. p. 327.

Subiculum tomentosum, late effusum, indeterminatum, ramos plerumque ambiens. Cupulae nunc sparsae, nunc aggregatae, primo urceolatae ore inflexo, dein magis apertae, siccae corrugatae, difformes. *Frequens ad Rosarum (caninae, tomentosae, coriifoliae, gallicae &c.) ramos aridos. Perennis. v. v.)*

98. *P. Hydrangeae*, sessilis, "subglobosa, pilis nigris longis involuta, cupulis coriaceis cinereo-albis, extus nigris pilosis" Schwein. l. c. n. 1219.

Primum clausae & involutae, deinde aperiuntur cupulae, margine inflexo; etiam interdum clausae manent, ore tamen conspicuo. *Rarior ad truncos emortuos Hydrangeae.*

††. Cupulis glabris.

99. *P. fusca*, sessilis, cupulis concavis fuscis, demum applanatis cinereis, subtus pilis subiculo lato tomentoso adfixis.

a. junior. *P. Pruni avium*. Pers. Obs. 2. p. 82. Myc. Eur. p. 278.

b. adulta. *P. fusca*. Pers. Obs. I. p. 29. Myc. Eur. p. 272. A. S. p. 328. Dec. fr. 6. p. 272. Fr. exs. n. 292.

Subiculum e pilis minutis dense contextum, late effusum, indeterminatum, nudo oculo floccoso-

furfuraceum. Cupulæ juniores minutæ subiculo subimmersæ, urceolatæ, nigricantes, ore albido conivente; dein magis magisque explanatæ, expallentes, passim albido-cæsiæ, etiam difformes & sublobatæ. *Ad ligna, sed frequentius ad cortices Alni, Populi, Salicis, Coryli &c., abunde; in Carolina ad Sambucos. Per annum. (v. v.)*

100. *P. lateritia*, sessilis, cupulis plano-concavis glabris nigris, subiculo denso lateritio immersis. *Pers. l. c.*

Racodium refert ob tomentum crassum, cui cupulæ majusculæ sat profunde immersæ observantur. Ulterius examinanda! *Circa Parisios ad ligna rarissime.*

101. *P. chlorotica*, sessilis, cupulis planiusculis glabris rufescenti-nigris, subiculo tenui villosio viridi.

Cupulæ minutæ, plane sessiles, gregarie, præsertim disco rufescentes. Subiculum tenue, villosum, præcipue cupularum basin cingit. *Ad ramos decorticatos dejectos virore obductos. Aut.-vcre. (v. v.)*

102. *P. sanguinea*, cupulis concavis, glabris, nigrescentibus, basi tomento brevi sanguineo cinctis.

P. sanguin. Pers. disp. p. 34. Myc. Eur. p. 273. A. S. p. 528. Schleich, exs. Cr. C. IV. n. 87. Nees Syst. f. 271.

Cupulæ pusillæ, plus minus aggregatæ, juniores molles fuscæ, margine rubello cinctæ; dein induratæ, nigre, apothecium Lecidæe l. Sphæriam collapsam referentes. Subiculum proprie non contextum; sed tomentulum basin cupularum cingit; & quando hæc valde confertæ tomentum in subiculo confluit. *Ad ligna exsiccata duriora Abietis, Pyri, Populi &c. Perennis. (v. v.)*

103. *P. luteola*, sessilis, sparsa, glabra, concava, luteola, basi tomento brevi albido insidens.

Antecedente multo major & magis ceracea, mollior; sed subiculum ejusdem indolis, villus modo cupularum basin cingens. Cupulæ solitariæ, regulares, integerrimæ, luteo-flavæ. *Iisdem cum sequente locis, aut.* (v. v.)

104. *P. Porioides*, sessilis, conferta, glabra, hemisphærica, nivea, membranæ tomentosæ semiimmersa.

P. Porioides. *A. S. p.* 327. *t.* 6. *f.* 5.

Subiculum membranaceum, tenue, persistens, margine byssino sæpe fimbriato-lacero. Cupulæ minuta, regulares, carnosula, albæ, expallentes. *Ad ligna & cortices abiernos putrescentes, humi jacentes.* *Aest. Ant.* (v. v.)

Obviam ivere adhuc Pezizulæ variæ subiculo tomentoso, ut mihi visum fuit, spurio, quas omittere consultius duxi. *P. xanthosia*, subiculo pallidente, cupulis? tenuissimis vitellinis — *Pers. Myc. Eur. p.* 275 — vix quoad genus nota. *P. flexuosa*, subiculo contexto albido, cupulis subtumidis flexuosis carneo-pallidis *l. c.* non *Tapesia vera e. s. p.*

Trib. VIII. FIBRINA.

CHAR. Cupulæ ceracæ l. subcoriaceæ, siccæ, glabrescentes, pilis adpressis longitudinaliter fibrosæ l. rugoso-striatæ, margine serrato l. lacero (e fibris veli ibidem extensis). Subiculum nullum. Sporidia simplicia. *Superficiales, libere evolutæ, lignatiles l. epiphytæ.* (*Velum ad marginem modo discretum.*)

Media inter *Dasyscyphas* villo adpresso sericeas (*P. sericea, P. calycina b, P. pineti &c.*) & *Cenangia*, ubi utroque notis indicatis satis differt. Analogia cum *Encœliis*, & nonnulla cum *Phacidiis* ob marginem laciniatum; cum *Cyphellis* superficie fibrillosa &c.

* *Substipitata.*

105. *P. Crucibulum*, turbinata, albido-pallida, extus pilis confertis adpressis fibrosa, margine lato inflexo, stipite brevi firmo.

Solitaria, major, $\frac{1}{2}$ unc. alta, firmula, subpyriformis, villo non soluto tecta, ad marginem in velum submembranaceo-contextum extenso. Stipes vix lineam longus, rugosus. Secundum iconem h. l. *P. crucibulum* Schum., quamvis descr. nonnihil obstet: *Unica vice in trunco putrido fagineo. Sept. "Jul."* Schum. (v. v.)

106. *P. elatina*, obconica, viridis, extus nigro-striata, margine lato inflexo, stipite firmo sursum incrassato.

P. elatina, *A. S. p.* 330. *t. 2. f. 3. Pers. Myc. Eur. p.* 291.

Ceracea, firma, crassiuscula, 2-3 lin. alta, 3-4 lata, extus fibrillis nigris striata l. venoso-pilosa, margine subserrato. Initio, praesertim intus, fusco-virens; dein tota viridis, disco demum explanato sordide lutescente. *Ad ramos mortuos humi jacentes Pini Piceae, frequens in Lusatia, Helvetia &c. vere.* (v. s.)

107. *P. bolaris*, infundibuliformis, cupula hemisphaerica fibrilloso-venosa subochracea, disco badio, stipite brevi nigrescente.

P. bolaris. Batsch. Cont. I. p. 221. *f. 155. (f. 144. etiam prope accedit) Pers. syn. p.* 658. *Myc. Eur. p.* 279. *A. S. p.* 330.

Ceracea, firma, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. alta & lata; extus e fibrillis rugoso-venosa, dilutior; margine subserrato, in siccis inflexo. Junior reliquorum more passim subvillosa, mox vero glabrescens. Variat ceterum colore plus minus obscuro & stipitis longitudine. *Ad ramos siccos deciduos, Coryli &c. etiam Americae borealis, sero autumno.* (v. v.)

β . *P. explanata*, subfusca, disco subrotundo planiusculo, margine denticulato.

P. expl. Holmsk. l. c. p. 35. t. 17. Pers. Eur. p. 278.

Junior sessilis, cupulæformis, extus pilis tenuissimis obsita, adulta glabra, subtenuis, 3-4 lin. lata; stipite equali. Forsan diversa; sed loco omnino convenit cum vulgari. (v. ic.)

108. *P. Urceolus*, pyriformis, extus brunnea nigro-striata, intus fuliginæo-nigricans, ore contracto erecto, stipite brevi incrassato.

P. Urceol. A. S. p. 332. t. 3. f. 4.

Urceoli forma insignis, lin 1 — 1 $\frac{1}{2}$ lata. Substantia siccæ, duriascula, subcoriacea. Cupula primo subglobosa, dein obovata, extus tantillum fibrillosa. l. c. — *In ramulis decorticatis alneis siccis, semel in Lusatia. Ineunte Apr. (v. ic.)*

109. *P. laciniata*, cupula hemisphærica subventricosa semipatula, margine stellatim laciniata, intus pallida, extus umbrina, stipite brevi firmo fusco. *A. S. p. 333. t. 7. f. 8.*

Cupula 1-3 lin. lata, extus (sub lente) venis subtilissimis umbrino-fuscellis arcte eleganterque reticulata l. areolata. Lacinia marginis 4-8, subæquales. Fungus patulus peridium Didermatis stellaris refert, siccus contrahitur nigrescit. *In foliis loco humido dejectis putredine subconsumtis Salicis capreae, primo Junio. (v. ic.)*

110. *P. Pinicola*, obovata, extus fibroso-striata rugosa fusco-nigricans, margine inflexo fimbriato, disco expallente.

α. solitaria, brevissime stipitata, regularis. P. Pinicola. Reb. Neom. p. 385. Phac. fibrosum. Ericas, n. 162.

β. cæspitosa, contorta, subsessilis. P. farinacea. Pers. syn. p. 692, A. S. p. 343! (non Pers. Myc. Eur. p. 326.)

Superficialis, ceraceo-coriacea; extus fibrosa; junior simul hirsuto-pulverulenta, mox nuda rugosa;

sicca nigricans, humectata fusca; disco urceolato, subclauso, fuligineo, humectato ex parte lente albicante. Prior varietas, *Phacidium caliciforme* referens, præcipue extus eleganter fibrosa. Ad corticem *Pini silvestris*, passim copiose. *Aut. - Vere.* (v. v.)

** *Sessiles.*

111. *P. Ledi*, sessilis, globoso-hemispharica, extus cum ancore viridi fusco-nigra rugosa, pulvere compacto tecta, margine crenato, disco fuligineo.

A. S. p. 545. t. 10. f. 7. Nees Syst. f. 264.

Annis præcædenti. Sparsa 1. 2-3 specimina cæspitosa, regularis, e globoso — demum hemispharica, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata, fuscescens, ore præsertim viridi. Nostram fungum modo legi senescentem nigrum, margine tamen fibrosam. *In ramis emortuis putrescentibus Ledi. Majo.* (v. v.)

112. *P. Cyathus*, sessilis, subcylindrica, fusca, ore denticulato connivente, disco albido.

P. Cyathus. Nees in Mart. Erl. p. 463. Pers. Eur. p. 287.

Cupula membranacea, $\frac{1}{2}$ lin. lata, extus rimuloso-substriata. *In ramulis Betulæ albæ reperta.*

113. *P. roseo-alba*, sessilis, ceracea, subglobosa, rubra, margine crenato, extus albo-villosa. — *Schwein. l. c. n. 1244.*

Minuta, sparsa. Cupula primum fere globosa, demum dilatata & difformis, lineam unam duasve lata. *Frequens in cortice Corni floridae.*

114. *P. ceracella*, sessilis, ceraceo-membranacea, alba, extus pilis tenuissimis adpressis fuscescens, disco subexplanato.

Gregaria, subinde cæspitosa, tenuis, margine tenuissime ciliato. Discus albidus, 1-2 lin. latus, junior & siccus urceolatus, humidus expansus pla-

musculus subrepandus. *Ad ramulos aridos Quercus*
Ec. copiose. Aest. - hieme. (v. v.)

115. *P. Lonicerae*, sessilis, ceracea, subglobosa, ex
 albo sensim fusco-nigra, extus subpilosa, ore
 connivente crenato.

P. Lonicerae, A. S. p. 328. t. 11. f. 8. Fries, eas.

Sparsa, minuta, persistens; sicca $\frac{1}{2}$ lin. lata,
 triquetra, fusco-nigra, margine albidior; humectata
 vero explanata, lineam lata caesio-albida. Sori-
 culum in meis speciminibus deest. *Ad ramos sic-
 cos Lonicerae Periclymeni. Per totum annum. (v. v.)*

216. *P. Phacidioides*, sessilis, hemispherico-collapsa,
 nigrescens, extus sericeo-fibrosa, margine fibro-
 so lacero, disco urceolato livido.

Est e maxime notabilibus. Sicca clausa, con-
 cava, subcrispa, nigra; humectata turgens, furcescit,
 extus eleganter & conferte fibrosa, margine coar-
 ctato, tenui, denticulato. In hoc statu Phacidium
 (sed superficialis), in illo collapso Sphaeram Patel-
 lam refert. *Ad caules plantarum aridos. (v. s.)*

Forsan ad hanc tribum citandae Phialesae extus
 granulosae (*P. dentata, Pteridis Ec.*); ut etiam se-
 quentes, dubiae affinitatis:

a. *P. Celicioides*, cupula planiuscula, margine fim-
 briato, extus stipiteque gracili sursum dilatato
 rugoso-scabris. — *Dec. Fr. 2. p. 81.*

Variet alba & sulphurea. *Ad cortices Galliae.*

b. *P. Chlorae*, sessilis, carnosio-ceracea, luteovirens;
 margine plicato-crenato, extus squamuloso-
 pulveracea. — *Schwein. l. c. n. 1235.*

Frequens ad latera interiora truncorum Carolinae.

Ser. III. PHIALEA.

Fries. Obs. 2, p. 205. Phial. spec. Pers. Mys. Eur. p. 276.

CHAR. Velum nullum. Cupula ceraceæ l. membranaceæ, glaberrimæ, mox apertæ. Subiculum nullum. Hymenium concretum, sporidiis simplicibus. *Epiphytæ.*

Obs. Veli analogon adest in speciebus margine dentato, cupula vero ipsa glabra est adeoque velum illud *partiale* ab excipulo modo continuatum. — Helotia levissime differunt cupulis convexis, subtus concavis, a stipite magis discretis e. s. p.; omnes autem species disco plano, in quibus *excipulum* (h. e. ipsa cupula absque hymenio) concavum, & subsessiles hoc loco citantur.

TRIBUS egregie stabilivit illustrissimus NÆES, ex hymenii indole & substantia sequentes:

IX. HYMENOSCPHÆ. Cupula submembranaea, distincte stipitata. Hymenium distinctum, excipulo crassius. *Asci amplii.*

†. CIBORIOIDÆ. Infundibuliformes, dein dilatatæ. Majores, epiphytæ. (1-8).

††. CYATHOIDÆ. Ex urceolato-concavæ. Minores, caulicolæ. (9-26).

†††. VOLUTELLÆ. Semper apertæ, planiusculæ, centro subumbilicatæ. Minimæ. (27-33).

X. CALYCINÆ. Cupula carnosoceracea, firma, obconica, substipitata. Hymenium distinctum, excipulo tenuius. *Asci tenues. Lignatiles.*

†. CALYCULÆ. Stipitatæ, disco concavo. (34-45).

††. LENTICULARES. Subsessiles, disco plano l. convexo. (46-60).

XI. MOLLISIA. Cupula ceraceo-mollis, aquosa, sessilis l. obconica. Hymenium confluens. *Asci tenelli.*

†. CLAVIFORMES. Obconico-stipitatæ. (61-66).

††. UDÆ. Sessiles, subtremellosæ. (67-85).

††. CERACELLÆ. Sessiles, tenues, aquose-ceraceæ. (86-96).

XII. PATELLEA. Cupula ceraceo-sicca, sessilis, basi applanata limata, marginata.

Trib. IX. HYMENOSCYPHÆ.

Nees! Syst. p. 266. Uebers. p. 71.

CHAR. Libere evolutæ, nudæ, glabræ. Cupula tenuis, membranacea, tamen sat firma, stipite tenui subæquali suffulta. Hymenium distinctum, ascis amplis clavatis, "sporidiis sæpe ordine duplici." Contextus fibroso-cellulosus. *Nascuntur in virgultis, fructibus, sæpissime caulibus plantarum.*

†. CIBORIOIDÆ. Firmulæ, stipite sublongo, cupula primo infundibuliformi, dein dilatata. *Vix in caulibus plantarum obvix. — Priores ad Macropodes; reliquæ ad Calycinas abeunt.*

* 1. *P. firma*, cupula infundibuliformi, dein dilatata repanda dilute fusca, stipite longo deorsum attenuato nigrescente.

P. ochroleuca. Bolt. fung. t. 105. f. 1. Sowerb. t. 115.
P. firma. Pers. syn. p. 658. Myc. Eur. p. 277.

Stipes tenax, filiformis glaber, 4 lin. circiter longus. Cupula 3-5 lin. & ultra lata, integerrima, subrepanda. Colore variat rarius tota ochroleuca, sæpius extus diluor subochroleuca, disco umbrino, olivaceo &c. *P. alutacea* & *stipitum* Schum. Sæll. p. 431. colore & totum minore aliquantulum recedunt. *Ad ramos defectos putrescentes, etiam in America boreali. Aut. (v. v.)*

2. *P. Ciborioides*, cupula infundibuliformi lævi obscure rufescente, stipite longissimo capillari scardico

Fries Obs. 2, p. 307. P. Friesii Pers. l. c. p. 277.

Gregaria, tenera, sed tenax. Stipes uncialis fere, subflexuosus. Cupula $\frac{3}{4}$ lin. lata, demum subcrenulata. *Ad culmos in uliginosis, primo vere.* (v. v.)

3. *P. subularis*, lateritia, fragilis, cupula hypocra-teriformi integerrima, stipite longissimo tenui.

Bull. champ. p. 236. t. 500. f. 2. *Dec. fr.* 2. p. 83.

P. subulipes, *Pers. Myc. Eur.* p. 282.

Similima præcedenti, loco & substantia fragili distinguenda. *Supra semina semiputrida Helianthi annui & Bidontis tripartitæ.* (v. ic.)

- ** 4. *P. echinophila*, cupula plano-infundibuliformi dilute cinnamomea, stipite longo dilutiore, primo subtomentoso.

Bull. champ. p. 235. t. 500. f. 1. *Dec. fr.* 2. p. 82.

Pers. Myc. Eur. p. 278.

Ad Calycinas accedit. Stipes longitudine varius, $\frac{1}{2}$ unc. circiter. Cupula 2-4 lin. lata, firma. *Ad involucria putrescentia Castaneæ in Gallia, Helvetia.* (v. s.)

5. *P. fructigena*, tenax, glabra, pallida, lutescens, cupula patellæformi, stipite longo tenui flexuoso.

a. *fructigena*. *P. calyculus & Carpini.* *Batsch. El. f.* 57. 180. minus bene. *P. fructigena.* *Bull. ch.* p. 236. t. 228. *Sowerb. t.* 117. *Pers. Obs.* 1. p. 42. *Myc. Eur.* p. 282. *Nees Syst.* p. 267. f. 282! *Schum. Scell.* p. 420. *A. S.* p. 331.

b. *virgultorum.* *Hall. helv.* 2255. Octosp. fungoid. *Hedw. l. c.* p. 53. t. 19. f. A. *P. virgultorum.* *Fl. Dan.* t. 1016. f. 2. *Wahlenb. Ups.* p. 465.

Gregaria, quam maxime varia. Color albidus, flavus, rufescens. Stipes e loco plus minus elongatus, non semper basi floccosa adhærens, sed passim nigricante subattenuata. Cupula 1-2 lin. lata, demum & convexa. (*P. convexa.* *Holmsk. Ot.* 2. p. 34. t. 16). Sporidia globosa. *Inter vulgatissimas, &*

ad fructus Amentacearum (non vero in amentis ♂)
 b. ad ramulos siccos. Per annum. (v. v.)

β. *P. salicina*, flava, cupula tenui flexuosa, stipite tenui deorsum attenuato

P. salicina. Pers. syn. p. 663. Reb. neom. p. 386. *P. flavescens*. Holmsk. Ot. p. 27. t. 11. Pers. Myc. Eur. p. 277.

Cupula ditioribus. Ad ramos salicinos &c. (v. v.)

γ. *P. Rubicola*, albo-palescens, cupula orbiculari plana, stipite æquali.

Non cum *P. herbarum* commutanda. Ad virgulta exsiccata *Rubi cæsii*, *Rosæ pimpinellifoliæ* &c. (v. v.)

6. *P. serotina*, late flava, cupula plano-convexa subnui, stipite brevi fimo crassiusculo.

Helv. eura. Bolt. fung. t. 98. sec. Nees! *P. serotina*. Pers. syn. p. 661. — A. S. p. 331. varietas verna!

Species minus nota, Helotiis forsan adnumeranda. Gregaria, conferta. Stipes 2-5 lin. longus, concolor. Cupula numquam clausa, 2-4 lin. lata. "Nascitur in umbrosissimis udis (scæpe in ipsa pæne aqua) ad folia ramulosque putridos, altero anno abundans, altero parca subsparsa," vere A. S. "Sero autumnus" Pers. "in Carolina" Schwein. (v. ic.)

7. *P. Bryophila*, flavescens, tenuis, cupula hypocrateriformi, stipite elongato tenui æquali subflexuoso.

Sparsa, radicibus muscorum insidens. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. circiter longus, deorsum subfibrillosus, flaccidus. Cupula subhemispharica, in stipitem vix attenuata, integerrima, 1-2 lin. lata. Habitus fere Agarici fibulæ. Novam speciem ex hac regione non attulissem, nisi huc *Fl. Dan.* t. 1016. f. 1. pertineret. Ad muscos locis humidis. Aut. serotino. (v. v.)

8. *P. lutescens*, lutescens, minor, cupula hypocrateriformi orbiculati, stipite brevi tenui subcylindrico.

Otospora lutescens. Hedw. l. e. p. 30. t. 9. f. 3.
Lunn. Fos. p. 531. Peziza. A. S. p. 334. Fl. Dan.
t. 1440. f. 1. Wahl. Ups. p. 465.

Antecedentibus minor, sporidiis didymis optime diversa. Junior pro more cylindrica, dein apice turbinata, magis magisque ampliata. *Ad ramos dejectos abiegnos, etiam Americæ, sed rarior, autumnæ.* (v. v.)

††. CYATHOIDEÆ. Minores, stipite brevi, cupula ex urceolato-concava, orbiculari, sicca connivente. *In caulibus plantarum putrescentibus frequentissime innumervis sub formis, limitibus strictis nondum circumscriptis. Interea plures species, etiam a me vîsas, proposuit Persoon, quas repetam.*

9. *P. coronata*, stipitata, pallescens, cupula concava, margine dentibus setaceis coronata.

P. coronata. Bull. champ. p. 251. t. 216. f. 4. Pers. Obs. 2. p. 86. Dec. fr. 2. p. 83. Swartz Vet. Ac. Handl. 1812. p. 101. *P. armata*. Roth. cat. I. p. 240. *P. radiata*. Pers. Myc. Eur. v. 287. Nees Syst. f. 293. *P. subulata*. Schum. Scell. 2. p. 418. Fl. Dan. t. 1380. f. 1. Pers. l. c. p. 286.

b. *lignatilis*. *P. denticulata*. Fl. Dan. t. 1016. f. 1.

Sparsa, subgregaria, lævis, glabra, albida, sicca palloso-fusca. Stipes 1-2 lin. longus, subincurvus. Cupula lineam lata, dentibus primo conniventibus, dein erectis. *Ad cautes dejectos plantarum, Urticæ &c. Aestate pluviosa, aut.* (v. v.)

10. *P. inflexa*, stipitata, albida, cupula subhemisphærica, margine dentibus triangularibus cincta.

P. inflexa. Balt. fung. t. 106. f. 2. Sowerb. fung. t. 306. *P. coronilla*. Pers. Myc. Eur. p. 207.

A præcedente, cum qua confusa fuit, differre videtur statura majori, colore dilutiore dentiumque forma. *Rarius ad caules Urticæ, aut.* (v. ic.)

11. *P. litorca*, stipitata, cupula hemisphærico-depressa, disco ruhercente, margine sublacero.

Parva, glabra, gregaria. Stipes brevis, sursum in cupulam dilatatus, unde tota fere obconica. Margo inflexus, primo velatus. Affinis *P. alabastrinae*, sed paulo major, nec ita pellucida. *Ad litora lacuum supra Arundinis culmos siccos, autumno.* (v. v.)

12. *P. Persoonii*, cupula uiceolata aurantiaca, margine prominente membranaceo albido, stipite cylindrico roseo.

Lycoperdon Equiseti. *Hoffman Veg. Cr. II. p. 17. t. 5 f. 1* P. z Equiseti. *Fries mscr. P. Persoonii. Pers. Myc. Eur. p. 288. t. 12. f. 1.*

Stipes brevis, medio attenuatus. Cupula subglobosa, ore scarioso, fere Tulostomatis, sed habitus potius Craterii. Color subsanguineus. Pusilla. *Ad stipites Equiseti limosi &c. locis paludosis, vere, æstate.* (v. v.)

13. *P. pyriformis*, cupula globoso-turbinata sordide flavescente, margine subprominulo albidiore, stipite filiformi albido.

a. Muli ligulati. Octosp. pyriformis. *Hedw. l. c. p. 50. t. 10. f. A.*

b. Bryi palustris. *Fries Obs. 2. p. 308. Pers. Myc. Eur. p. 253.*

Distinctissima, sed præcedenti proxima. Solitaria, subaquosa, stipite ascendente, 3 lin. circiter longo, æquali. a) differt colore magis fusco, margineque crenulato. *Ex alis muscorum locis udis erumpens, "hinc" vere.* (v. v. b.)

14. *P. erioloma*, cupula acetabuliformi pallida marginem versus subvillosa, stipite longo tenui æquali glabro.

Sparsa, lineam alta l. paulo altior. Discus in vicis pallidus, humectatus lutescenti-olivaceus. Ob

villum prope marginem ad Lachneas accedit. *In ramis putrescentibus Ericæ legit Aspegren.* (v. s.)

15. *P. striata*, cupula turbinata striata fuscescente, margine connivente subpruinoso, disco urceolato stipiteque brevi pallidis.

P. striata. Fr. *Nees in litt.*

Minuta, gregaria, firmula. Stipes crassiusculus, æqualis, lævis, cupula brevior, gilvo-pallidos. Cupula humida longitudinaliter & conferte striatula, pallescens; sicca subrugosa, fusca, versus marginem tenui quasi pruina conspersa. *P. Urticæ* Pers. l. c. p. 286 stipite longiusculo modo differt; sed nomina e loco natali vix admittenda. *Ad caules Urticæ dioicæ, vere.* (v. s.)

16. *P. clavata*, lævis, glabra, pallide fuscescens, stipite crassiusculo cum cupula in clavam confluenta.

P. clavata. Pers. *Myc. Eur.* p. 283.

Majuscula, firmula, primo ut in affinis tota cylindrica, apice incrassato punctiformi, dein dilatata in cupulam ventricosam, subinfundibuliformem, integerrimam, colore griseo-cervino. — Una cum 15-18 *P. caulicolæ* maxime affinis. *Ad cautes herbarum majorum, Umbelliferarum &c. Aest. aut.* (v. s.)

17. *P. Cacaliæ* (fumosa), turbinata, lævis, fuscescens, ore subconnivente albidiore, stipite sublongo crassiusculo.

a. *Carlinæ.* Hall. *helv.* n. 2237.

b. *Cardui.*

c. *P. Cacaliæ.* Pers. *Myc. Eur.* p. 285.

Glaberrima, subnitens, firmula, junior albida adulta & sicca fusca, humida infundibuliformis, immo explanata. Stipes quam *P. cyathoidæ* brevior & firmior. *Ad caules plantarum, Compositarum &c. Vere, aut.* (v. v.)

18. *P. scutula*, firmula, hypocrateriformis, lævis, luteo-testacea, margine integerrimo, stipite tenui æquali.

P. hypocrateriformis. Kunze in litt. ! *P. scutula.* Pers. *Myc. Eur.* p. 284.

b. herbarum. Nees *Syst. f.* 282. ex Pers.

Stipes pro ratione tenuis, cupulæ diametro brevior, paulo dilutior. Cupula magis magisque dilatata, leviter concava, $\frac{1}{2}$ lin. lata. Colore & cupula firma a sequ. differt. *Ad caules plantarum exsiccatos.* *Aut. vere.* (v. v)

De synonymis antecedentium e Persoonii *Mycol. Eur.*, licet nuperrime accepta, non dubius sum; quin potius suspicor, Persoonium & me ab eadem manu specimina sæpius accepisse, saltim eadem exacte formæ, quas descripsit, etiam mihi pro novis missæ sunt. — Restant plurimæ formæ a me collectæ, quarum vero *veros caracteres* investigare non licuit adeoque in præsentî, species jam descriptas disponere præcipue studens, omisi.

19. *P. Campanula*, tenella, cupula membranacea l. vi campanulata flava, stipite brevi filiformi.

P. sulphurea. Batsch. *Cont.* 1. f. 146. (ex unico specimine incomplete.) *P. campan.* Nees! *Syst.* p. 71. f. 295.

Gregaria, pellucida, subdifformis, ultra lineam alta. Stipes cupula brevior, subflexuosus, abiens in cupulam late campanulatam margine subrepandam. *In culmis, stipulis putrescentibus &c. æstatis fine.* (v. s. spec. a Neesio commun.)

20. *P. Capula*, tenella, albida, cupula membranacea campanulata subnutante, limbo subsinuato difformi, stipite brevi.

P. capula. *Nov. Act. Hafn.* 1. p. 236. f. 7. *Holmsk. Oz.* II. p. 41. t. 22.

b. P. cernua. Schum. *Sæll.* p. 421. (stipite demum umbrino.)

Glabra, nivea, senescens e cinereo-albicans. Stipes tenuis, lineam longus, deorsum attenuatus. Cupula junior infundibuliformis, minima, subglobosa, margine rotundo lacero, interdum usque ad stipitem fisso; adulta oblonge campanulata, modo dimidiata, modo obliqua, margine dentato aut subsinuato. *Ad radices natantes Arundinis Phragmitis &c. b. in ramulo Sambuci. Aut. (v. v.)*

21. *P. Cyathoides*, tenuis, albida, pallida, cupula gibboso-cyathiformi, dein explanata integerrima, stipite filiformi longiusculo.

a. Fungoides &c. *Mich. gen. p. 205. n. 14. Hall. helv. n. 2238. Elv. infundibuliformis. Scop. Carn. II. p. 480. P. Hirudo. Batsch. f. 149. ? P. Cyathoides. Bull. ch. p. 250. Pers. syn. p. 662. Myc. Eur. p. 284. A. S. p. 533. Reb. Neom. p. 385. P. solani. Pers. Obs. 2. p. 20.*

b. Octosp. albidula. *Hedw. l. c. p. 30. t. 9. f. B. P. tenella. Batsch. Cont. 1. f. 151. Nees Syst. f. 294. (ex spec. Auct.) P. tenerrima. Holmsk. Ot. II. p. 33. t. 11.*

Stipite longo, præcipue in b., cupula demum planiuscula & tenuitate a præcedentibus dignoscitur. Color in humida stirpe aqueose pallidus, albidus, lutescens, subincarnatus; in siccis obscurior. — Bulliardus tres notat varietates, *albani, luteam, ferrugineam*, sed diversas ex hodierna dispositione formas adnumerat. *Ad stipites & caules plantarum, vulgarissima. Per annum. (v. v.)*

β. convivalis, epiphylla, albida, cupula turbinata, stipite brevior.

Mich. gen. t. 86. f. 14. P. convivalis. Batsch. — Pers. Myc. Eur. p. 286. — Cf. A. S. l. c.

Cum *P. epiphylla* non commutanda. *Ad folia locis humidis. (v. v.)*

γ violascens, epiphylla, amœne violascens. *A. S. l. c. Distincta forsans: Iisdem locis, autumnno.*

Ex hac regione quoque *Mich. t. 86. f. 13. & P. pedicellata. Sowerb. t. 369. f. 1.*

22. *P. coccinella*, tenuis, coccinea, cupulis infundibuliformibus cernuis, stipite tenui longiusculo, Fungoides &c. *Mich. gen. p. 205. t. 36. f. 12. P. mutans. Batsch, P. cernua. Pers.*

Cupula cernua, in variis observata, a loco pendet & vix nota huic propria. Nimis videtur affinis priori. *Ex icone ad stipites nascitur, hieme. (v. ic.)*

23. *P. alabastrina*, carnosula, albo-incarnata, cupula e concavo-explanata integerrima, stipite brevissimo papillæformi nigrescente.

Gregaria, pusilla, vix lineam lata, carnosoceracea, ob hymenium crassum ascosque amplos, subtus convexa. Stipes e cordibus forsan nigricans. *Ad culmos locis humidis, æstate. (v. v.)*

23. b. *P. Perula*, cupula submembranacea elongata infundibuliformi albida, stipite brevi nigrescente. — *Pers. Myc. Eur. p. 280.*

Sparsa, forma marsupii. Cupula ore lato aperta, 2 lin. alta, exsiccata nigrescens, substantia tenuissima. *In umbrosis uliginosis ad caules aridos Angelicæ silvestris Pers.*

24. *P. strobilina*, pyriformis, firma, cupula concava pallide rufescente, margine tumido integerrimo, stipite brevi nigro.

Distinctissima, ob colores & staturam hoc loco inserta. Eximie gregaria, valde tenax, minuta, vix lineam alta; passim adest subiculum floccoso-furfuraceum. Cupula junior urceolata, dein magis dilatata, sicca nigrescens, humectata expallens. *Ad strobilos abiegnos, frequens. Fere perennis. (v. v.)*

β. opaca, cupula olivacea, humida spadicea.

Primo subglobosa, disco punctiformi; dein lenticularis, disco concavo, margine semper obtuso integerrimo. *Ad conos Pini silvestris. (v. v.)*

Obs. *P. amentacea* Balb. in *Act. Ac. Taur. V. II.*
 6. 2. 4. *P. julacea* Pers. *Myc. Eur.* p. 285. (cerea, brunnea, cupula hemisphaerico-patula, stipite firmo longitudine vario — In amentis *Alni glutinosæ*) potissimum ad *P. tuberosam* spectat. Saltim similis forma loco citato a me visa.

25. *P. Caucas*, pallide fuscescens, cupula vasculiformi, margine erecto, stipite brevi crassiusculo subflexuoso.

P. amentalis, Schum. *Sæll.* p. 418. ! *P. caucens*, Reberent. *Neom.* p. 386. t. 4. f. 17. *Pers. Myc. Eur.* p. 283.

Stipes filiformis, tenuis, sursum non dilatatus. Cupula ceracea, 2 lin. lata, exacte vasculiformis, intus fusco-umbrina, extus pallidior, basi subplicata. In amentis defectis *Populi albae*, vere. (v. ic.)

26. *P. uveata*, pallide fusco-umbrina, cupula subhemisphaerica concava, margine tumido, stipite brevissimo crassiusculo.

P. uveata, Schum. *Sæll.* p. 430. *Fries Obs.* l. 6.

Præcedenti affinis; gregaria, subcæspitosa, ceracea, 1 lin. lata, glabra, lævis; stipite sursum dilatato. Ad stipulas, radices exsiccatas graminum, raro. Vere "*Ful.*" (v. v.)

†††. VOLUTELLEÆ. Tenuis, cupula utrinque planiuscula, nec junior clausa, centro subumbilicata. Margo non prominens.

27. *P. vaccinea*, subcæspitosa, pallida, primo plana convexiuscula, dein umbilicata, margine acuto repando. stipite demum elongato.

P. vaccin. Schum. *Sæll.* p. 430. *P. membranac. bovina.* Pers. *Myc. Eur.* p. 299.

Minor, primo subsessilis, dein stipite 2-3 lin. longo, cylindrico, apice dilatato. Cupula 1-2 lin. lata. In stercore vaccino locis umbrosis rarius. *Æstate.* (v. ic.)

28. *P. rhodoleuca*, tenuis, roseo-albida, capitulo utrinque plano, stipite æquali. *Fries Obs.* 2. p. 306.

Substantia aquose pellucida. Stipes glaber, 1 lin. longus, subinde vero ad 5 lin. elongatus. Cupula orbicularis, integerrima. 1-2 lin. lata. *In stipitibus Equiseti arvensis aliisque quisquiliis locis udis dejectis, raro. Vere.* (v. v.)

29. *P. Amenti*, tenuis, albida, cupula convexula cicatrice centrali notata, stipite brevi sursum incrassato.

P. amenti. Batsch. Cont. I. p. 211. f. 148. Pers. Eur. p. 314.

Sparsa, minuta, tota glabra, aquose pellucida, demum fuscescens. Cupulae margo reflexus, affinitatem cum *Helotii* indicat. *Capsulis salicinis innascitur vere, sed & alibi.* (v. ic.)

30. *P. Volutella*, fugax, cupula primum revoluta, demum disciformi punctato-umbilicata alba, stipite setaceo nigro.

Volutella, nuda. Tod. Meckl. fung. I. p. 29. t. 6 f. 44.

Diameter pilei linearis; structura fungali tam tenera, ut vita solum ephemera gaudeat. Cupula junior revoluta, dein depressa, centro nonnumquam umbonato. An a sequente diversa? *In culmo triticeo putrido semel Sept. Tode.* (v. ic.)

31. *P. culmigena*, aquose-pallida, tenuis, cupula plana subumbilicata, stipite capillari glabro pallido.

Sparsa, pusilla, tenuis, pellucens, albida. Stipes æqualis, pileo sesqui longior. Cupula orbicularis subumbilicata, in ambitu reflexa. Asci amplissimi omnino adsunt. *Ad culmos exsiccatos, præcipue Tritici repentis, sero autumno & hieme miti frequens.* (v. v.)

β. scirpina, utrinque plana, margine prominente, stipite brevi firmiore.

In culmis Scirpi lacustris. (v. v.)

32. *P. chrysostigma*, minima, punctiformis, aurea, disco plano immarginato, stipite brevissimo.

Pulcherrima, sed *P. Arenulæ* vix major, nudo oculo vix discernibilis. Stipes constanter adest, paulo dilutior, sursum dilatatus in cupulam planam, margine nullo prominente cinctam. *Ad stipites putrescentes Aspidii filicis maris, locis umbrosis, æst. aut. (v. v.)*

33. *P. tenerrima*, minima, punctiformis, albida, cupula membranacea turbinata irregulari, stipite brevi.

Nudo oculo puncta minima refert; lente bene augente inspecta præcedentibus conformis, sed cupula irregulari diversa. Stipes tenuis, cupula diametro vix brevior, cum cupula glaberrimus. *Ad folis madida Pini silvestris, vere. (v. v.)*

Trib. II. CALYCINÆ.

Nees Syst. p. 263. Uebers. p. 69.

CHAR. Libere evolutæ nudæ, glabræ. Cupula ceracea, crassa, firma, obconica, deorsum in stipitem (sæpe papillaformem) plus minus producta. Contextus subvesiculosus. Hymenium distinctum, sed excipulo tenuius, ascis parvis, sporidiis globosis simplici serie. *Lignatiles, persistentes.* (Sat accedunt Fibrinæ stipitatæ).

†. CALYCULE. Obconicæ, distincte stipitatæ, disco concavo marginato. (*Ducæ priores species ad Ciborioideas stipite longo deflectunt.*)

34. *P. Tuba*, lutea, cupula turbinata, disco plano, margine tumido, stipite longo gracili.

P. Tuba. Bolt, fung. t. 106. f. 1, Pers. Myc. Eur. p. 278.

b. *P. ochracea*. Schum. Sæll. p. 431. Pers. l. c. p. 292.

Gregaria, inter *P. fructigenam* & *P. CALYGINAS* media, ob formam turbinatam & hymenium tenue huc relata. Stipes subfiliformis, æqualis, incurvus l. flexuosus, e loco longitudine varius. Cupula extus lævis, primo clavata. *Ad ramos locis humidis prostratos, rarior. Aut. (v. v.)*

35. *P. Buccina*, majuscula, infundibuliformis obscure flava, stipite incrassato striato subincurvo. *Pers. syn. p. 659. Myc. Eur. p. 279. A. S. p. 331.*

Pro diversa ætate forma varia; juniores incurvo-clavatæ, adultæ campanulatæ — “Color in junioribus flavus, in adultis saturate aureus. Stipes profunde & parallele striatus, imo in speciminibus nonnullis subundulatum sulcato-costatus. Cupulæ etiam basis interior quandoque striato-plicata. Subcæspitosa &c.” *A. S. l. c. Rarius ad ligna & ramulos pineos; etiam in Carolina. Vere - aut.*

36. *P. Phiala*, cupula cyathiformi integerrima sordide flavescente, disco spadiceo, stipite brevi lævi crassiusculo.

P. Phiala. Fl. Dan. t. 1078. f. 2. Schum. Sæll. p. 420.

Optima species. in hac sectione majuscula, solitaria, firmula. Stipes $1\frac{1}{2}$ lin. longus, sursum incrassatus, subincurvus, basi subinde villosa. Cupula dilatata, 2-3 lin. lata, utrinque lævis, disco obscuriore. *In ramis putridis Alni & Betulæ in Scandinavia, sed rara. Aut. sero. (v. v.)*

37. *P. Calyculus*, “lutescenti-brunnea, cupula concava elevato-marginata, stipite brevi crasso albidovilloso.” Sw.

P. Calyculus. Somerb. fung. t. 116. Pers. syn. p. 660. Swartz in Vet. Ac. Handl. 1812. p. 103!

Unicolor, priori subaffinis. Cupula $1\frac{1}{2}$ lin. lata, margine in siccis involuto. — Sequens varie-

tas haud essentialiter differre videtur. *Ad ligno decorticata putrida.* (v. ic.)

P. infundibulum, rufo-ferruginea, glabra, stipite brevi in cupulam dilatato.

P. infundib. *Batson. Cont. I. f. 147. Pers. Mys. Eur. p. 279. P. calycula. Schum. Scell. 2. p. 429.*

Habitus *Pezizæ* citrinæ l. lenticularis, sed colore obscure rufo differt. *Sub cortices arborum. Ant.* (v. v.)

38. *P. janthina*, violacea, cupula concava marginata integerrima, stipite subbrevis glabro.

Otospora violacea. Hedw. Musc. II. p. 27. t. 8. f. 4.

Primo cylindrica, dein sursum incrassata urceolata, demum fere infundibuliformis, tota 3 lin. alta, lævis, glabra, violacea. Cum Bulgaria sarcoide non commutanda. *Ad truncos vetustos Salicis. Oct. Nov.* (v. ic.)

39. *P. æruginosa*, æruginosa, cupula turbinata, dein expansa subflexuosa, disco albicante, stipite brevi.

Peziza viridissima &c. Hell. helv. n. 2236. Helv. æruginosa. Fl. Dan. t. 534. f. 2. Dicks. Cr. 2. p. 24. Sowerb. fung. t. 347. Pers. syn. p. 617. Pez. ær. Fl. Dan. t. 1260. f. 1. Pers. Obs. I. p. 27. Mys. Eur. p. 291. Schum. Scell. 2. p. 430.

h. subgrisea. Holmsk. Ot. II. p. 28. t. 12.

Tota glabra, nuda, subinde fere sessilis. Facillime dignoscitur æruginè, qua lignum, cui innascitur, late profundeque infectum, inde apud ruricolos Smolandicæ, nomine *Uggleved*, celebre. — Ceteram admodum versiformis, inde ad varia genera relata *Cf. Fr. Obs. 2. p. 237. ad Merul. æruginosum Schum. p. 430. Ad ligna mucida Quercus, Betulæ, Fagi frequens; etiam Americæ. Aest. ant.* (v. v.)

40. *P. versiformis*, gregaria, substipitata, cupula difformi subcontorta, flavo-olivacea, externe subpurpurascens.

P. versif. Pers. ic. & deser. p. 25. t. 7. f. 7. Syn. p. 647. Mycol. Eur. p. 243. A. S. p. 314. (b. livida).

Ex meo specimine procedenti proxima, primo subvillosa, mox nuda, colore olivaceo-flavescente, forma nunc regulari, nunc compressa subundulata, disco convexo l. depresso. Varietas *livido-purpurascens* A. S. l. c. In truncis abiegnis — b. "in squamis putrescentibus madidis strobilorum. Maje." (v. s.)

41. *P. Aspegrenii*, cupula subrepanda, glabra, disco flavo extus stipiteque subadscendente albis.

P. bicolor. Sowerb. t. 369. f. 7. Fries Obs. 2. p. 305. nec Bull. P. Calicium. Pers. Myc. Eur. p. 282. nec Decand.

Gregaria, 2-3 lin. alta, stipite subtenui. Inquirendum, an junior villosa sit, cum Cel. Sowerby cum *P. bicolori* junxisset. Ad ligna mucida. (v. s.)

42. *P. calopus*, cupula orbiculari urceolata flavicante, stipite longo firmo roseo.

Fries Obs. 2. p. 307. Pers. Myc. Eur. p. 289.

Firma, 2 lin. & ultra alta, tota glaberrima. Stipes subæqualis. Cupula 1 lin. lata, integerrima, rarius rosea. Ad stipites defectos varior. Aut. (v. v.)

43. *P. citrina*, conferta, citrina, cupulis plano-concavis cum stipite brevi crasso pallidiore obconicis.

Peziza lutea, parva, marginibus lævibus. Ray. syn. 3. p. 18. t. 24. f. 4. *P. Cyathoides*. Linn. Sæc. n. 273. With. arr. IV. p. 349. Octosp. citrina. Hedw. l. c. p. 28. t. f. B. *P. citrina*. Batsch. Cont. 2. f. 218. Pers. syn. p. 663. Schum. Scell. 2. p. 430. Des. fr. 6. p. 22. *P. aurea*. Sowerb. t. 150.

b. *filicina*, aurantia, Fries Obs. 2. p. 306.

c. pallida.

d. albida. A. S. p. 334.

Substantia carnosoperacea, crassiuscula, firma. Cupulæ margo prominens, subiude flexuosus. E si-

tu variat stipite elongato & brevissimo, tantum papilliformi, sed mihi semper albido; hæc forma apud nos vulgatissima in strobilis abiignis & certe *P. flavæ* Schum. Sæll. p. 418. Pers. Myc. Eur. p. 294. *Ad truncos & ramos putridos frequens, etiam Kamtschatkæ* (Wormsk.), *Americæ borealis &c., autumnæ.* (v. v.)

44. a. *P. pallescens*, conferta, glabra, dilute flava l. albido-pallens, cupula concava, stipite brevi crassiusculo pallido.

P. lenticularis, Hoffm. *Fl. germ. Crypt. t. 13. P. citrina*. Sowerb, t. 151? ex Pers. *P. pallescens*, Pers. *Obs.* 85. *Syn.* 664. *Myc. Eur.* p. 294. *A. S.* p. 334.

Revera a priori differt, sed characteres difficiles. Minor, substantia tenuior, discus semper concavus, margo subtumidus regularis, stipes brevior; variat tamen & elongatus (*P. elongata* Schum. Sæll. p. 429 h. l.) *Ad truncos vetustos, sed rarior; etiam in Carolina.* *Aut.* (v. v.)

44. b. *P. chionea*, alba, cupula subtenui concava, stipite brevi crassiusculo. *Fries Obs.* 2. p. 306.

Affinis *P. herbarum*, sed distincte stipitata, cupula regularis concava & tenuior, ut ad *Hymenoscypas* accedat. Interea cum *P. tenerrima* non commutanda. *In foliis pineis, locis humidis, primo vere.* (v. v.)

45. *P. nigripes*, dilute pallens glabra, cupula plano-concava marginata, stipite longiusculo nigrescente.

α. *regularis*. Pers. *Syn.* p. 661? *A. S.* p. 332.

β. *cellaris*, cupula plana subdifformi. *A. S.* l. e.

γ. *subtilis*, minima, plana, stipite æquali.

A *P. citrina*, cum qua hanc & sequentem jungit Persoon in *Myc. Eur.* p. 293 utique diversa A sequente, ut *P. pallescens* a *P. citrina* recedit. Varietas *cellaris* sordide lutescens; *subtilis* flava, stipi-

te toto nigro, vix $\frac{1}{2}$ lin. alta & lata. *Ad truncos & folia putrida, rarior; etiam Americæ boreal. γ. in conis abiegnis. Aut. - "Vere" (v. v.)*

††. LENTICULARES, subsessiles, stipite oblitterato papilliformi, disco planiusculo, demum leviter convexo. — *Sub P. lenticulari plures ex hac sectione species comprehendere videtur Bull. Champ. p. 248.*

46. *P. lenticularis*, convexa, adpressa, firma, lutea, stipite papilliformi nigrescente.

*P. flava. Willd. Ber. n. 1175. P. lenticularis. Bull. ch. t. 300. f. a, c. Pers. Obs. 2. p. 85 Syn. p. 664. Reber. Neom. p. 386. Octosp. citrina. Fl. Dan. t. 1294. f. 1. Helotium nigripes. Schum. Scall. p. 412. Pers. Myc. Eur. p. 344. P. citrina * lentic. Pers. l. c. p. 293.*

Subsessilis, gregaria, glabra, lineam lata, constanter læte flava, nitida; junior cava, dein convexa *Ad truncos vetustos fagineos &c. abunde; etiam Americæ borealis &c. Aut. (v. v.)*

47. *P. salicella*, ochraceo-pallescentis, firma, adpressa, utrinque plana, stipite brevissimo pallido.

Gregaria, erumpens, primo obtutu sessilis, sed si corticis epidermis solvatur, distincte stipitata, stipite æquali, cupulæ diametr. multoties brevior. Cupula adpressa, orbicularis, crassiuscula, lineam & ultra lata, nullo margine prominente cincta. Sub lente subtus tenuissime fibroso-radiculata apparet. *Ad ramulos exsiccatos salicinos, frequens. Aut. - vere. (v. v.)*

48. *P. luteovirens*, turbinata sessilis, carnosoceraea, glabra, viridi-lutea, disco plano immarginato.

Distinctissima, $\frac{1}{2}$ lin. tantum lata, substantia carnosoceraea, pallescente. Cupula late turbinata, absque stipite distincto, junior quidem concava, sed vetusta etiam convexa. *Ad ramos putridos dejectos Fagi, raro. Aut. (v. v.)*

49. *P. tricolor*, hemisphaerica, marginata, disco flavescente, extus subfuliginea, stipite brevissimo albido.

P. tricolor, Sowerb. fung. t. 369. f. 6.

Ex icone sparsa, sessilis, carnosula, laevis & glabra, extus violaceo-fuliginea, disco pallide testaceo-flavo. *In Anglia ad truncos.* (v. ic.)

50. *P. discolor*, plana, adpressa, sicca ochracea, humida griseo-expallens, basi minima fusco-nigricante.

Octosp. discolor. Hedw. Musc. II. p. 65. t. XXII. f. C.

E basi, vix stipitiformi, mox expansa in cupulam orbicularem, tenuem, margine in siccis adparente, in humidis evanido, 1 lin. latam; ex habitu potius Patellae species. *In cortice arborum Hannoverae.* Ehrhart. (v. ic.)

51. *P. ferruginea*, substipitata, obconica, disco concavo luteo-ferrugineo, extus margineque tumido pallide lutea. — Schum. l. c. p. 429.

h. rubescens. F. lentic. Bull. t. 300. var.

Valde ad *P. lenticularem* accedit, sed habitu & loco distincta. Minor; gregaria, primo turbinata, dein magis dilatata, sed vix lineam lata; stipitis rudimentum exiguum pallidum; margo integerrimus. *Ad truncos vetustos Quercus* &c. Aut. (v. v.)

β. *P. nana*, cinnamomea, inferne in stipitem attenuata.

Octosp. nana. Hedw. l. c. p. 29. t. IX. f. A. Lumbs. Pos. p. 531.

Similes prioris vidi formas, sed e terra pullulare dicitur Oct. (v. ic.)

52. *P. disciformis*, sessilis, carnosoceracea, glabra, planiuscula, margine lacerato, disco brunneo.

Magna, 2-5 lin. lata, subinde spurie stipitata. Subtus in adultis plana, pallida & discus convexulus, margine vix prominente. *Ad ramos putridos Fagi, reperta Novembri.* (v. v.)

53. *P. Mougeotii*, conferta, cupulis tereti-ventricosis cum stipite brevi confluentibus, disco planiusculo aurantiaco, margine tenuissime fimbriato albicante.

Pers. Myc. Eur. p. 289. t. XII. f. 5.

"Species pulchra, minuta, carnosae, hinc vix excavata, margine scarioso lacero." Species minus nota, forsan Biatoreae species. Ex icone carneo-rubra, crusta quadam "pulverulenta" albicante. *In Vogesia in montium summitate prope nives liquescentes "ad terram?"* (v. ic.)

54. *P. cupressina*, cupulis carnosae-ceraceis integerrimis flavorufescentibus, primo claviformibus, dein hemisphaericis, stipite brevi crasso.

Fungoides aureum & omnium minimum turbinatum & vix cavum. *Mich. gen. p. 207. t. 26. f. 20. P. cupress. Batsch. El. p. 119. Pers. Myc. Eur. p. 290.*

Gregaria, pusilla, turbinata, aurea, substantia crassiuscula. Stipes primo villo ejusdem indolis ac in *P. pithyc* obductus. *Ad folia Cupressi & Juniperi Sabinae, hieme.* (v. s.)

55. *P. carnea*, subsessilis, carnosae-ceracea, glabra, convexa, difformis, immarginata, carnea.

Nunc sparsa, nunc gregaria, quoad formam varia, subinde obconica & stipitata, colore carneo opaco. Inter minores, $\frac{1}{2}$ — 1 lin. tantum lata. *P. subcarnea* Schum. Sæll. p. 427 huc pertinere videtur. *Ad lignum vetustum decorticatum Fagi, Carpinis &c. raro. Aut.* (v. v.)

56. *P. Helotioides*, pusilla, pallida, cupula planoconvexa, disco dilute umbrinae, stipite brevissimo basi umbrino-badio.

Helotium subsessile. Schum. Scall. 2. p. 415. Pers.
Eur. p. 345.

Ab affinibus semoveri nequit. Subcæspitosa, stipite sursum dilatato in cupulam abeunte, cupula $\frac{1}{2}$ lin. haud lata. Caro concolor. In ramo dejecto subputrido Aug. (v. ic.)

67. *P. imberbis*, carnososo-ceracea, glabra, alba, cupulis plano-concavis subflexuosis, stipite papilliformi.

P. imberbis. Bull. Champ. p. 245. t. 467. f. 2. Dec.
fr. 2. p. 31.

b. sessilis. *P. nivea*. Batsch. El. p. 117. f. 59. Pers.
Myc. Eur. p. 295.

Habitus *P. lenticularis*, sed tota alba, demum plana, etiam irregularis. b. cum *P. cinerea* majorem habet similitudinem. Decandolle l. c. *P. imberbis* varietatem cineream etiam notat. Ad ligna vetusta ravior. Aut. (v. v.)

58. *P. herbarum*, carnososo-ceracea, glabra, alba, cupulis plano-convexis adpressis, stipite brevissimo.

Pers. syn. p. 664. Myc. Eur. p. 295. disp. p. 72. Fries
Obs. p. 305. A. S. p. 359.

Oppido ad hanc sectionem pertinet, tam substantia, quam forma subsessili, applanata. Stipes tenuis. Cupula lineam lata & ultra, integerrima, demum subinde rufescens, sæpius immarginata. Ad caules *Urticæ dioicæ*, *Solidaginum* &c., ravior ad ramulos *Rubi* frequens. Aut. hieme. (v. v.)

59. *P. faginea*, minuta, cupula planiuscula albida, stipite brevi crasso

Elv. fungif. Scop. ann. IV. p. 150. t. 2. f. 8. non ob-
stat. Pers. disp. p. 34. Myc. Eur. p. 296. A. S. p. 334.

Gregaria, $\frac{1}{2}$ — 1 lin lata, glabra, pallescens.

Ad pericarpia sicca faginea, locis umbrosis dejecta, copiose. Autumno. (v. v.)

60. *P. epiphylla*, subsessilis, glabra, convexo-plana, marginata, ochraceo-pallida.

Pers. disp. p. 72. Syn. p. 669. Myc. Eur. p. 295. A. S. p. 339. Schum. Sæll. p. 428.

Basis papillaris, cum qua adfixa, passim in stipitem e loco plus minus longum elongatur. Cupula carnosoceracea, subtenuis, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, demum rufescit. *Ad folia dejecta putrescentia Fagi, Betulæ &c., etiam in America. Aut. - Vere. (v. v.)*

Ad ultimas species accedunt plures formæ mediæ v. c. *P. minutissima & sigillatoria* Batsch. Cont. I. f. 142, 143, *P. pallida* Schum. Sæll. p. 428, præter varias nondum descriptas; cum vero harum characteres acutos definire non potuerim, species modo Persoonianas, historica auctoritate gaudentes, repetere consultissimum duxi.

Trib. XI. MOLLISIA.

Denudatæ. Nees Syst. p. 258. Uebers. p. 67!

CHAR. Libere evolutæ, glabræ. Cupula turbinato-stipitata l. sæpius sessilis, ceraceo-mollis, aquosa, subintegerrima. Contextus fibroso-cellulosus. Hymenium confluens. Asci tenues l. nulli. (*P. aurea &c.*) — *Epiphytæ, aquose coloratæ.*

Cum præcedente tribu multum convenit, sed multo minus evoluta & substantia potius carnosocerosa, quam gelatinosa, diversa. *P. aquatica* Dec. fr. 2. n. 192. Hall. helv. 2245 & *P. annularis* Batsch. El. f. 139 ex habitu huc pertinerent, illa vero ad Algas, hæc inter Entomogena citanda.

†. CLAVIFORMES. Obconico-stipitatæ, crassiusculæ, carnosotremellosæ, plano-convexæ, absque margine prominente, disco passim rimoso. *Locis udis obviæ.* (Cf. n. 60, 59.)

61. *P. Clavus*, carnosotremellosa, firmula, subobconica, purpurascens, disco convexo-plano pileiformi, stipite crasso. — *A. S. p. 306.*

α. pallens. l. c. t. II. f. 5.

β. violascens. l. c.

Gregaria, subcæspitosa. Stipes firmus, rectus, in a. nunc brevis, bilinearis fere, nunc ad semuncem elongatur, mox teretiusculus, immo basi subincrassatus, mox obconicus, versus discum intumescens inque eum transfluens; vel huic totus concolor vel deorsum sordide ochreus aut subaurantius. Discus 2-6 lin. latus & ultra, e pallido dilute purpurascens aut sublivens; ejus forma initio convexa pileiformis!, demum sæpe planiuscula centro umbilicata ibique nonnumquam subrugosa. Var. b. mollior, magis tremellosa, amœne violacea, disco plano interdum subconcavo. *Foliis variis deciduis putridis madidis, sæpe intra aquam, increscit in silvis umbrosissimis Lusatiae, altero anno abundantissima, altero perquam rara. Vere, parcius autumno. (v. is.)*

62. *P. uliginosa*, ceraceo-aquosa, firmula, livido-pallens, disco convexo pileiformi, stipite cavo basi subincrassato:

Sparsa, solitaria, glabra. Stipes firmus, 2-4 lin. longus, lineam crassus, sursum vix umquam incrassatus, constanter pallidus, filis confervoideis passim obductus & sordidus, exsiccatus rugosus evadit. Capitulum convexum, læviusculum, 2-3 lin. latum, margine reflexo. Color pallide lividus, exsiccatus obscurior testaceus, subferrugineus. Substantia aquose carnosae, sed non gelatinosae, exsiccata durior persistit. In statu vetusto capitulum passim centro pervium. *In uliginosis silvaticis umbrosis ad folia putrida & ramulos deciduos. Majo, Jun. (v. v.)*

63. *P. Phascoides*, ceraceo-aquosa, minuta, testaceo-pallida, cupula turbinata plana, stipite brevi subæquali.

P. dubia, Batsch. Cent. I. f. 145. vix obstat.

Solitaria, glabra, varia. Stipes fæctus, teres lineam longus, ecoloratus. Cupula $\frac{1}{2}$ lin. lata, pallida. *Ad terram humidam stipulis l. Phascis forsan innata, autumno.* (v. v.)

64. *P. abacina*, tremelloso-mollis, minuta, aquose luteola, cupula plano-convexa, stipite brevi crasso.

Gregaria, lineam alta, habitu fere Sclerotii complanati. Stipes firmus, scabriusculus, sursum levissime attenuatus, basi sæpe obscurior. Capitulum pileiforme, pallidius, 1 lin. latum, passim irregulare & subtus excavatum ad *Helotia* fere ablegat hanc speciem. *Ad folia dejecta Pinum. Hieme miti, vere.* (v. v.)

65. *P. conigena*, ceraceo-aquosa, minuta, pallens, cupula planiuscula, immarginata, stipite crasso brevi demum oblitterato.

a. livida. *P. conigena. Pers. syn. p. 634. A. S. p. 507.*

b. incarnata.

Gregaria, tota glabra, lineam alta, subdiaphana. Cupula caroso-mollis, disco primo plano, dein leviter convexo, nunquam cavo, lavi, 1 lin. lato; subtus primo convexa, dein concava, stipitem oblitterans, quare vetusta sessilis & applanata apparet. *Ad conos abiegnos locis valde umbrosis udis, autumno sero, vere.* (v. v.)

66. *P. flavovirens*, ceraceo-mollis, minuta, flavovirens, primo subumbilicata, demum convexo-plana, stipite crasso brevissimo.

P. flavovirens, Pers. Myc. Eur. p. 323.

Historia fere præcedentis. Tota glabra, viz marginata, demum applanata, lineam lata. Color in siccis rufescit. *In ligno putrido locis udis prostrato in Vogesia (Mougeot) & Smolandia cum præced. Vere.* (v. v.)

His speciebus appropriquantur Helot. galeatum Pers. & affinia, sed cum vere gelatinosa sint & ascis destituta ad Tremellinas ableganda.

††. UDÆ. Sessiles, subtremellosæ, crassiusculæ. Duplex observatur series; altera subtremellosa, primo subrotunda, dein centro depressa, margine integerrimo; altera ceraceo-mollis, primo clausa, dein ex urceolato concava, explanata.

67. *P. chrysocoma*, sessilis, subgelatinosa, glabra, luteo-fulva, junior spherica, dein centro depressa.

P. chrysocoma. Bull. Ch. p. 254. t. 376. f. 2. Sowerb. fung. t. 152. (expallens) Dec. fr. 2. p. 78. *P. aurea*. Pers. Obs. 1. p. 41. Myc. Eur. p. 304. *P. subplana*. Schum. l. c. ex icon Auct. Pers. l. c.

Distinctissima, vix ad genus pertinens. Gregaria, junior globosa, spherica, immarginata, magnitudine seminis Viciæ l. Pisi, dein centro collabitur (non ex urceolato-aperta), depressa, demumque explanata; sicca vero valde contrahitur, subcornea, flexuosa, concava, margine involuto. Color in siccis aurantio-fulvus, in vegetis luteus demumque expallens. Adest hymenium tenue discolor, sed ascos non reperi. *Ad ligna pinæ cum Dacrymyce ubique; etiam Americæ, per annum.* (v. v.)

68. *P. lilacina*, sessilis, ceraceo-subviscida, glabra, plano-concava, lilacina, margine elevato tumidiusculo.

Elv. lilacina. Wulf. in. Jacqu. Coll. p. 347.

Scutella lentis magnitudine, cæspitose aggregata, orbicularia, subtus plana, supra concava, margine integerrimo. Substantia crassiuscula, ceracea, subviscida, exsiccata coriacea." *Ad truncos arborum resectarum putrescentes ad Clagenfurt. Oct. Nov.*

β. *P. carnea*, sessilis, carnosotremellosa, hemispherica carneo-rufa, disco subdepresso margine tumido. — Pers. Eur. p. 301.

Majuscula, nunc aggregata, nunc sparsa scutelliformis; juniores subrotundæ. *Ad ligna in Gallia.*

69. *P. vinosa*, minuta, sessilis, subtremellosa, planiuscula, glabra, integerrima, incarnato-rubella.

P. vinosa, *A. S.* p. 308!

Orbicularis, integerrima, subimmarginata, 1 lin. lata, gelatinosa, sicca contrahitur & obscurior evadit, irrigata vero intumescit dilutiusque tum incarnata. "Variat forma subcylindrica, disco depresso concaviusculo;" *A. S. l. c.* *Ad ramos dejectos decorticatos, apprime quercinos. Autumno - vere.* (v. v.)

β . *P. vinosella*, planiuscula immarginata, fulvo-carnea l. subrosea. — *Pers. Myc. Eur.* p. 303.

Tenuis, nitida, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ lin. lata. Videtur a priori diversa. *Ad caules plantarum, Urticæ &c. vere & æstatis fine.*

70. *P. rubella*, sessilis, ceraceo-mollis, planiuscula, glabra, incarnato-rubra, margine sublacinato.

P. rubella. *Pers. syn. p.* 635. *Myc. Eur.* p. 304. *A. S.* p. 308. *Fries Obs. Myc. I.* p. 163.

Gregaria, minuta, semipellucida, 1-2 lin. lata, subtus planiuscula, supra convexa, dein applanata subflexuosa. Margo minute, "veluti pilis," lacinia-tus. *Ad ligna & cortices putridos, autumno.* (v. v.)

71. *P. atrovirens*, sessilis, subtremellosa, junior globosa viridis, adulta hemisphærica, disco plano subcarneo.

Pers. syn. p. 635. *Myc. Eur.* p. 306. *A. S.* p. 308!

Sicca apparet atra, humectata intumescit pel-lucensque virorem suum ostendit. Mox unicolor, mox disco pallente subcarneo instructa. *A. S. l. c.* Forma & magnitudo scutelli Lichenis. *In lignis putribus siccisve carie exesis.* *Mart. - Majo.*

β. *P. seriata*, cupulis subseriatis subconcavis; recentibus dilute viridibus, exsiccatis nigris, disco fusco. — *Pers. Myc. Eur. p. 305.*

Forma regulari grata distincta. *In ramis quercinis, cortice denudatis.*

72. *P. viridi-atra*, sessilis, ceraceo-mollis, glabra, globoso hemisphærica, disco urceolato concolore. — *Fries Obs. I. p. 163.*

Antecedentibus multoties major, subcarnosa, sed mollis, regularis, integerrima, opaca, sicca nigrescens. *Rarissime ad ligna putrida pinca locis paludosis dejecta. Aut. pluvioso. (v. v.)*

73. *P. olivacea*, sessilis, applanata, extus rugulosa olivacea, disco nigrescente, margine prominente tumido.

Batsch. El. f. 51. Pers. Myc. Eur. p. 306.

Majuscula, 2-3 lin. lata, carnosio-ceracea, glabra, demum nigrescens, margine subintescente integerrimo. *Ad truncos dejectos quercinos reperi Sept. (v. v.)*

74. *P. uda*, sessilis, ceraceo-aquosa, applanata, immarginata, lævis, livido-fuscescens.

Hall. helv. n. 2243. Pers. syn. p. 634. A. S. p. 307.

A sequente parum distincta, ad *P. conigenam* etiam accedens. Sparsa, orbicularis, crassiuscula, 1-3 lin. lata, sublivida "l. in olivaceum colorem disco præsertim vergens," subtus demumque fuscescens. *Ad ligna prostrata humida. Aut. - vere. (v. v.)*

75. *P. cinerea*, sessilis, mollis, minuta, scutellata, cinerea, margine integerrimo albidiore.

Hall. helv. 2244. P. cinerea. Batsch. Cont. I. p. 196. f. 137. Willd. Ber. p. 403. Sowerb. t. 64. Dec. fr. 2. p. 77. Pers. Obs. 2. p. 30. Myc. Eur. p. 302. Nees Syst. f. 269. P. callosa. Bull. Champ. p. 252. t. 416. f. 1. Batsch. Cont. II, p. 95. f. 219. (icon

non obstat.) *Flor. Dan.* t. 1490. f. 2. *Schum. Sall.* p. 417. *Pers. l. c. Dec. l. c.* P. plana, P. alba & obconica. *Schum. l. c. p.* 417, 428.

b. subcarneopallens. *A. S. p.* 307.

Sparsa l. gregaria, carnosomollis, sed non vere tremellosa; junior urceolata, dein dilatata omnino plana, regularis, margine integerrimo. Color variat in humidis fuscus & sæpius cinereus, in siccis expallens, albicans. — Legimus extus hirtam, in Sphæriis parasitantem. P. nivea & grisea Batsch *El. f.* 55 & 56 etiam ad hanc prope accedunt. *Ad ligna, ramos & quascumque quisquillas putrescentes in silvis. ubique; etiam in Kamtschatka, America boreali &c. Autumno - vere.* (v. v.)

Bulliard prioris notat varietates sequentes. 1.) *ardosiaca*, primo subcærulea, dein nigra. 2.) *alba*, primo subalbido-cinerea, vetustate plumbeo-cinerea. 3.) *viridis*, primo viridiuscula, dein dilute cærulea aut subnigricans.

76. *P. pusilla*, (Öderi) sessilis, minuta, glabra, subtus albida, disco cærulescente, margine crenato.

Fl. Dan. t. 779. f. 3. P. Öderi. *Pers. syn. p.* 668.

Præcedentis forsitan varietas, sed minor colore & margine quodammodo diversa. *Ad truncos putridos.* (v. ic.)

77. *P. lacustris*, sessilis, applanata, orbicularis, cæraceo-mollis, plano-convexa, e fuligineo-nigricans. *Fries exs. n.* 173.

Junior adnata, plano-convexa, $\frac{3}{8}$ lin. lata, lævis, glabra, atra, habitu omnino Xylomatis; dein dilatata, applanata, tamen subtus libera & unico puncto centrali tantum fixa; extus fuligineo-nigricans, sicca tota atra. Margo primo connivens, dein apertus inflexus, non omnino integer; demum vero omnino regularis, integer, parum prominens. Discus turgidus, mollis, humidus fuligineo-pallidus, siccus

niger planus, tandemque marginem æquans & obliterans. *Ad culmos natantes Scirpi, Arundinis &c. in lacubus silvaticis, præcipue Vere.* (v. v.)

78. *P. Chailletii*, sessilis, cupulis urceolatis carnosulis gilvis, margine denticulato nigrescente. *Pers. Myc. Eur. p. 288.*

"Juniores suburceolatæ fuscæ, adultæ magis depressæ subventricosæ, aqua irrigatæ subturgidæ & margine dentibus subtriangularibus erectis distinctius ornatæ; in statu sicco concavo-delapsæ, margine subinflexo. Color subcervinus aut pallide fuscæ. *Ad caules plantarum Angelicæ silvestris (Chaillet); forsan & Gentianæ luteæ (Mougeot).*

79. *P. Pteridis*, sessilis, minima, ceraceo-mollis, cupularis, intus sordide lutescens, extus subgranulosa olivascens, margine crenato.

P. Pteridis. A. S. p. 338. t. 12. f. 7. Pers. Myc. Eur. p. 300.

Sparsa l. gregaria, punctiformis, basi subappplanata, humida mollis aperta, sicca contrahitur, rugulosa, olivaceo-nigricans. Margo subinde lacunulatus. *Ad stipites Pteridis aquilinæ, vere.* (v. v.)

80. *P. Jungermannia*, sessilis, carnosomollis, glabra, saturate viridis, cupulis planis marginatis.

P. Jungermannia. Fr. Nees in litt. c. ic. P. bryophila. Pers. Myc. Eur. p. 305.

Sparsa, minima, subfragilis, sicca corrugata, nigrescens. *Ad surculos Jungermanniarum v. c. byssæceæ, scalaris &c., nec in muscis frondosis. Hieme.* (v. s.)

81. *P. mycophila*, sessilis, ceraceo-mollis, glabra, pallide viridis, cupulis concavis marginatis. — *Fries Obs. 1. p. 164.*

Conferta, passim confluens, præcedente tenuior, ut potius ad Ceracellas citanda. Dubia species. *Semel visa in Agarico adusto putrido Sept. 1813.* (v. v.)

Pez. diluta. *γ. fungorum A. S. p. 338* ad precedentem accedit, sed cupula substipitata roseo-rubella; hinc propria species.

82. *P. viridans*, sessilis, cupulæformis, glabra, dilute fusca, margine integerrimo viridante, radiculis gelatinosis.

Octosp. viridans. Hedw. Musc. fr. II, p. 12. t. VI. f. B.

Reliquis major (3 lin. circiter lata) &, ut videtur, tenuior, sed substantia gelatinosa, quare Collematibus affinem suspicatur. Siliolæ radiculis alba, tenuissimæ, ex infima basi prodeuntes, gelatinosæ. *In muro argillaceo muscis inascens Sept. (v. ic.)*

83. *P. axillaris*, sessilis, vasculiformis, muscigena, aurantia, basi pallidior, margine obtuso.

Nees Syst. p. 258. f. 267. Pers. Myc. Eur. p. 314.

Substantia firgula. Tota diametro tantum $\frac{1}{4}$ lin., sicca fuscescit, subevanescit. Singularis cu locum natalem in axillis foliorum Muscorum t. c. *Phasei cuspidati, Syntrichie ruralis, etc. (v. s.)*

84. *P. sanguinolenta*, sessilis, glabella, depresso-hemispherica ochroleuca l. dilute ochracea, ad tactum cruentata.

A. S. p. 336. t. VIII, f. 7. Pers. Myc. Eur. p. 300.

Sparsa gregariaque, intacta tota unicolor straminea aut pallide ochracea; at læsa sanguine illico emisso maculis persistentibus rubellis pingitur. Latitudo vix lineæ unius. *Ligna varia humida incolit Sept. sq. (v. ic.)*

85. *P. umbonata*, sessilis, glabra, albido-cæsia, disco subgelatinoso, ut plurimum umbonato.

P. umbon. Pers. ic. & deser. fung. p. 55. t. 9. f. 5. Syn. p. 669. Myc. Eur. p. 315. A. S. p. 339.

b. *epiphylla*, tota cinereo-fuliginosa. *L. S. l. c.*

Initio tota mollis (vix gelatinosa) dilute cæsiâ, exacte doliiformis, dein applanatur firmiorque fit, disco plus minus umbonato molliori deterribili; de- mum sæpe magis cupulæformis. Non vera *Peziza*! *Ad ramos, fructus induratos, amenta, folia &c. locis umbrosis udis. Aestate, aut. (v. v.)*

P. subteres, gregaria, glabra, subcylindrica, ex albi- do — glauca subfuliginosa, disco læte flavo. *L. S. p. 344* prioris congener est — sed ipsis Auctoribus dubia.

+++ CERACELLÆ. Sessiles, subtus liberæ & puncto centrali adfixæ, tenues, aquoso-ceracæ, mol- les, submembranacæ. (*P. hyalina, Tapesice &c.*)

36. *P. xanthostigma*, sessilis, minuta, submembra- nacea, glabra, excavata, orbicularis, aurea. — *Fries Obs. I. p. 166.*

Gregaria, minima, punctiformis, *P. umbonata* cum sequ. subaffinis. Cupulæ membranaceo-molles, tamen sat tenaces. *In ligno abiegnio &c. putrido. Aest. Aut. (v. v.)*

37. *P. leucostigma*, sessilis, minuta, submembra- nacea, glabra, planiuscula, alba, disco subcine- rascente. *Fr. l. c. p. 165.*

Albido-hyalina, cum micore quodam argenteo. Præcedenti affinis & sicca sordide lutescit, non ta- men varietas. Gregaria, vix ultra $\frac{1}{2}$ lin. lata. *In lignis & carie mollissimis, frequens. Aut. Vere. (v. v.)*

38. *P. vulgaris*, sessilis, subcæspitosa, membra- nacea, mollis, glabra, utrinque concolor albido- pallescens.

b. *incarnata*, roseo-expallens, orbicularis,

P. albella. With. arr. IV. p. 350.

Conferta, subcæspitosa, concaviuscula, orbicula- ris, sed ob mutuam pressionem flexuosa & quasi conferta, præcedente major, sed vix lineam supe-

rans. Hymenium discretum nullum. — *P. ceracella* pilis tantum paginæ inferioris differt. *Ad cortices ramorum exsiccatorum v. c. Coryli; b. legi in Rubo, etiam dedit Kunze. Hieme. (v. v.)*

β. *P. diaphana*, sparsa, ex urceolato-applanata, albido-hyalina. — *Sowerb. t. 389. f. 7.*

Media inter *P. vulgarem* & *P. cineream*, sed hæc multo tenuior, subdiaphana. A nonnullis cum *P. cinerea* commutari videtur. *Ad ligna putrida. (v. v.)*

Obs. *P. virens* A. S. p. 358 & *Pers. Myc. Eur. p. 311* ad Biatorem prasinam *Mihi* pertinet, sed icon præcedentibus, crusta viridi excepta, simillima.

89. *P. dentata*, sessilis, minutissima, albido-pallens subfarinacea, margine dentato.

Pers. ic. & descr. p. 5. t. 1. f. 6, 7. Myc. Eur. p. 315a

Ab initio subglobosa, dein hemisphærica, tenera, margine dentato incise. Legi varietatem albo-stramineam. *In ligno cavo, materia virescente sæpius obducto. Aut. hieme. (v. v.)*

90. *P. livido-fusca*, sessilis, membranaceo-mollis, planiuscula, glabra, subtus fusca, supra livido-pallens.

Gregaria, majuscula, absque subiculo; ceterum *P. fuscæ* proxima. Junior concava, dein plana, constanter integra, sed margo demum non prominens repandus & quasi lobatus; etiam discus albidus subrimosus, ut in *P. rimosæ* Sow. *Fung. t. 369. f. 12. Ad cortices arborum; v. c. Betulæ. Aut. vere. (v. v.)*

91. *P. dilutella*, sessilis, ceraceo-mollis, glabra, cinereo-albida, margine integerrimo patulo albidior.

Gregaria, passim 2-3 spec. confluunt, primo concava, dein explanata, margine prominente albidior. Media inter *P. cineream* & *P. atratam*. *Ad*

caules plantarum exsiccatos v. c. *Epilobii angustifolii*, passim, vere. (v. v.)

92. *P. atrata*, sessilis, subglobosa, glabra, nigrescens, ore connivente albicante,

P. atrata, Pers. syn. p. 669. *Myc. Eur.* p. 306. *A. S.* p. 340. *Nees Syst.* p. 258. f. 266.

Gregaria, minuta, concava, extus subrugulosa, glaucescens. *Ad truncos, ramos & cortices deciduos; nec non caules plantarum, frequens; etiam in America &c. Hieme, vere, (v. v.)*

B. Ebuli, concava, cinereo-nigra, margine interno albicante.

Paulo major, ceraceo-tenuis, primo spherica, mox aperta urceolata, dein magis dilatata, semper vero ob marginem inflexum cava. Margo tenuis, demum angulato-flexus, subtriqueter. *Ad caules Ebuli, passim. Aut. (v. v.)*

93. *P. Arenula*, sessilis, minima, subglobosa, glabra, fulginea, intus albida.

A. S. p. 341. (ut dubia) *Fries exs. n.* 140.

Sparsa, perpusilla, semper connivente-clausa, arenæ granulo similis. Omnino libera & superficialis. *In frondibus Pteridis aquilinae putridis, abunde. Vere. (v. v.)*

Ex hac regione adhuc citantur a Persoon in *Myc. Eur.* p. 316—318 sequentes, supra non allatae: *P. urceolata* vide Soleniam, *P. cuticulosa* vide Cyphellam. *P. perpusilla* forsan *P. tenerrima* nostra, *P. scybalorum* non & *P. inconspicua* vix (status nondum evolutus) hujus generis — Neque inter species certas inserere volui *P. hyalinam* (sessilem, subcampanulatum aquose-hyalinam) *Hoffm. Veget. in Herc. subt. p.* 10. t. 6 (quæ *P. diaphana*. Pers. l. c.) vel *Octosp. cryptophilam* (sessilem, obconicam, deliquescentem!, flavescens, ore triquetro) *Humb. fl. Frib. p.* 111. t. 3. f. 13, (quæ *P. triquetra* Pers. l. c.), cum locis subterraneis modo sint reperta.

Trib. XII. PATELLEA.

Noes Syst. p. 257. Uebers. p. 66.

CHAR. Cupula sessilis, passim subinnata, sed vix erumpens, ceraceo-lenta, applanata, aperta, orbicularis, marginata, margine prominente integerrimo, vix involuto, glabra. Contextus siccus, fibrosus. Hymenium sat distinctum, ascis tenuibus, sporidiis parvis. Crusta nulla. Color subopacus.

Mediæ inter hanc & antecedentem tribum sunt Mollisiæ 82—84. Ex altera parte ad Lichenes accedunt, sed crustæ defectu ascisque magis evolutis differunt. Excipulæ dignoscuntur peritheciis minutis, vasculiformibus, clausis, corneis (totis atris), nucleo minuto centrali molliori v. s. p.

* *lignatiles.*

94. *P. Hypnorum*, sessilis, minor, cupulata, sicca, lutea, margine subflexuoso.

Sparsa, parce obvia, $\frac{1}{2}$ lin. lata, glabra, demum convexa & irregularis. Scutella Biatore referuntur nec cum *P. muscorum* commutanda. In silvis ad saxa majora irrigua supra *Hypnum cupressiforme*, raro. Dec. (v. v.)

95. *P. Resinæ*, sessilis, dura, ex urceolato-patellata, aurantiaca, margine evanescente.

Lecidea. *Fries Obs. 1. p. 180.*

Dura, firma, perennans, valde Lichenosa, sed crusta genuina nulla; substantia crassiuscula, pallidiore. Junior urceolata, dein patellata, margine tenui pallidiore, demum convexa immarginata. In resina *F. ni Abietis*, raro *Pini silvestris*. Perennis. (v. v.)

96. *P. Abbotiana*, sessilis, sicca, patellata, extus cæcia, disco luteo.

P. abbot. Sowerb. 1. 337. f. 3. Pers. Syn. p. 311.

Vereor cum Aud. citt., ne planta Lichenosa, ealtim *Lecan. cerinea* similis. Sparsa, glabra, 1 lin. lata, disco plano. *In Anglia ad ligna.* (v. ic.)

97. *P. melaxantha*, sessilis, ceraceo-sicca, patellata, extus nigrescens, margine integerrimo, disco lutescente.

P. xanthomela. *B. epixyla.* *A. S. p. 535.* *P. leucomela.* *B. xanthom.* *Schwein. syn. n. 1247.*

Sparsa l. gregaria, præcedentibus mollior, 1 lin. & ultra lata, passim flexuosa, extus margineque nigrescens. *Ad ligna emortua exsiccata, præprimis vere.* (v. v.)

98. *P. melaleuca*, sessilis, ceraceo-sicca, plano-patellata, extus rugulosa nigrescens, disco albicante.

P. leucomela. *A. S. p. 341. nra Pers.*

Superficialis, nec erumpens, concava, mox explanata, lineam lata, distincte marginata; subtus applanata, rugulosa, atra, vix pulverulenta, disco primo nigricante pallido, mox præcipue centro exalbicante. Margo variat leviter inflexus. *Ad ligna vetusta decorticata duriora, hieme, vere.* (v. v.)

99. *P. melanophoca*, sessilis, sicca, plano-patellata, extus margineque cinnamomea, disco atro.

P. bicolor. *Nees Syst. p. 257. f. 265. (non Bull.)*

Sparsa, vix applanata, sed subtus convexa, $\frac{5}{8}$ lin. lata. Discus opacus, primo concavus, dein planus, marginem æquans. *Ad ligna exsiccata quercina, vere.* (v. s. ab Ill. Neesio commun.)

100. *P. lignyota*, sessilis, sicca, applanata, e concavo plana, nigrescens, margine tumido, disco humectato fuliginæ.

Sparsa l. subgregaria, tenuis, sicca cornea, nigra, magis concava; humida mollior, disco fuliginæo-

nigro — $\frac{1}{2}$ lin. lata. Ad ligna putrescentia molliora abiecta &c. Subperennis. (v. v.)

101. *P. difformis*, sessilis, firma, applanata, irregularis, submarginata, tota atra.

Lecideam refert, sed crusta nulla; magnitudine varia. Discus vix æquabilis, plus minus convexus. In resina Pini Abietis, at raro. Perennis. (v. v.)

102. *P. Viticola*, sessilis, subcoriacea, crassiuscula, cupulis planiusculis sordide nigris, margine tenui cinctis, disco superficiali rufo-carneo.

P. viticola. Pers. Myc. Eur. p. 309.

Subiculum tenue, nigrescens, subpulverulentum. Cupulæ subseriatæ, regulares, P. atro-virentis, præsertim colore, haud absimiles. In rimis ramorum Vitis viniferae.

103. *P. Lecideola*, sessilis, minuta, subcornea, concava, nigra, crusta maculæformi cineracea insidens.

Fries Obs. 1. p. 166. t. 4. f. 1. Pers. Myc. Eur. p. 309.

Admodum gregaria, punctiformis, superficialis, opaca, integerrima, atra, subcornea; humectata vero mollior & discus demum pallescit, fuliginosus obscure olivaceo-viridis. Excipulis valde affinis necum *Patell. atrata* commutanda. P. nigra Sow. t. 369. f. 8.? Est inter vulgatissimas ad ligna &c. perennis. (v. v.)

104. *P. connivens*, sessilis, innata, nigra, disco depresso rufescente, exsiccata compressa.

Eximie gregaria, minuta, basi valde applanata ligno, in nostra virore sæpius maculæformi obducto, innata, humida orbicularis. Margo tenuis, primo subdenticulatus, mox integer. Discus depressus, humectatus rubens. Asci ligno fere insidentes. In ramos arborum decorticatos Fraxini &c. Perennis. (v. v.)

105. *P. compressa*, sessilis, innata, tenuis, nigrescens, disco atro, exsiccata compressa conchiformis.

P. compressa. *A. S.* p. 340. *Pers. Myc. Eur.* p. 507.
sed plures comprehendere videtur species.

Minima, sparsa l. conferta, atra, opaca, humectate ortus sæpe rufescens, subrotunda elliptica l. aneplata, disco homogeneo atro. *In lignis duris siccis, passim, perennis.* (v. v.)

106. *P. inclusa*, innato-erumpens, tenuis, elliptica, nigra, disco urceolato subclauso albido, margine subdentato.

P. inclusa. *Pers. Myc. Eur.* p. 507.

Minuta, subgregaria, Sphæriiformis, irregularis, rimose dehiscens, ligno albicante sæpe cintha. Affinis Sticti hemisphæricæ. *Ad ligna exsiccata durissima Quercus, "Salicis caprea" &c. Perennis, fructificat hieme.* (v. v.)

107. *F. flexella*, immersa, compressa, minima, concava varie flexuosa, nigra.

Limboria flexella, *Ach.* valde affinis.

b. *P. salicaria*, e spadiceo-rufescens. *Pers. Myc. Eur.* p. 308.

Subiculum nullum, sed lignum passim canescit. Cupula minime, subcoriaceæ, a ligno sat discretæ; indeque a Stictibus differt. *Ad ligna molliora cariosa Pini &c. b. in Salice alba. Perennis.* (v. v. a.)

Abeunt ultima species contigua serie ad Stictes & Excipules!

** *herbicolæ.*

108. *P. juncina*, sessilis, subceracea, applanata, obscure rufa, margine subprominente.

P. juncina. *Pers. Myc. Eur.* p. 514.

Sparsa, adpressa, linearis; etiam immarginata, reliquis mollior. *In uliginosis ad culmos siccos Jun-
ci conglomerati & effusi, æstate.* (v. v.)

109. *P. Cerastiorum*, innato-sessilis, subceracea, concaviuscula, marginata, testaceo-pallens.

P. Cerastiorum. Wallr. *ined.*!

Gregaria, minuta, glabra, orbicularis, leviter excavata, humida diluitor. *In caulibus & foliis Ce-
rastiorum adhuc vivis.* (v. s.)

110. *P. Gentianæ*, erumpens, ceracea, concava, umbrino-nigricans, disco submolli griseo-albido, margine sublacero. — *Pers. Myc. Eur. p. 310.*

Solitaria l. aggregata; etiam disco planiusculo lutescente. Sub epidermide caulis crusta quadam nigrescens observatur, in qua residet hæc species, affinitatis adhuc dubiæ. *Ad caules emortuos Gentianæ luteæ in Vogesia.*

111. *P. lavigata*, innata, orbicularis, tenuis, lævis, atra margine tenui.

Sparsa l. gregaria, pusilla, cauli adpressa, junior Sphæricæformis, dein applanata subdifformis, integerrima. Non cum *P. obtrita* Pers., quam ad *P. Phacidioidem* pertinere suspicor, commutanda. *Ad caules plantarum majorum, at raro, vere.* (v. s.)

Pez. Ligustici *Dec. fr. 6. p. 21* aliasque vide sub *Pyrenomycetibus*.

112. *P. nervisquia*, seriata, nigra, cupulis in subiculo indurato lineari insidentibus. — *Pers. Myc. Eur. p. 308.*

In nervis foliorum observantur lineæ pariter nigre, super quas positæ sunt cupulæ parvæ subcompresso-flexuosæ. *In foliis emortuis Plantaginis lanceolatae.* Mougeot.

Restant adhuc præcipue apud veteres Auctores nonnullæ Pezizæ species, quarum maxima pars ad alia genera pertinet & suis locis citatur. Paucas sane ob descriptiones vagas, in plures species quadrantes, omisimus. Restat adhuc una alterave quoad tribum dubia, ulterius inquirenda, v. c.

1. *Fungoides* &c. *Mich. gen. p. 205. t. 86. f. 6.* (*P. fulva, Pers.*)

2. *P. carnosa, crassa, sessilis, cinerea, subtus tomentoso-lanuginosa, carne rosea, cratera cupulari tomentosa.* *Bull. Ch. p. 258. t. 396. f. 1.*

Ad ligna putrida. (v. ic.)

3. *P. spadicea, subsessilis, inæqualis, spadicea, supra nitens, inferne scabra, margine crenulato.* *Batsch, Cons. 2. f. 217.*

Ad ligna putrida. (v. ic.)

4. *P. immersa, immersa, subglobosa, urceolata, nigra.* *Sowerb. t. 359. f. 9. 389. f. 2. — (vix vera Peziza). (v. ic.)*

5. *P. papillosa, sessilis, subglobosa, dilute fusca, externe papillis atrofuscis obsita, margine crenato.* *Reich. — Fl. Wetter. 3. p. 374.*

Ad terram, aut,

6. *P. lasera, sessilis, campanulata, albicans, margine lacero.* ($\frac{1}{2}$ unc. lata) *Willd. Ber. p. 401. t. 7. f. 16. (v. ic.)*

7. *P. rufa. Pers, syn. p. 669. Cf. P. rubriceram.*

8. *P. leucomoma, subsessilis, ore lato aperta albida, basi virescens, villis densis.* *Pers. Mys. Eur. p. 253. (Ad ligna).*

Aliæ bene multæ in eodem libro ad alia genera I. nimis dubiæ sunt.

9. *P. acuum, gregaria, minutissima, sessilis, subfarinaceo-grisea, cupulis tenerrimis vasculosis, ore latiusculo.* *l. c. p. 317.*

In foliis viridibus Pini.

Etiam *P. l. c. Schumach, Sæll. patula & P. lutea.*

Varie Pezizæ etiam ad Lichenes pertinent v.

c. *P. jencensis Batsch, P. marmorca e. s. p.*

VII. B. HELOTIUM.

Fungoidastri spec. *Mich. gen. p. 201.* Leotiæ *Pers. Obs. 1. p. 20.* Helvellæ spec. *Auct. Helotii spec. es. Pers. syn. p. 677.*

CHAR. Fructificatio omnino Pezizæ, sed hymenium semper apertum nudum plano-convexum, receptaculum subtus demum excavatum, a stipite æquali sat discretum. Substantia ceracea.

Obs. Ad Pezizas, quamvis omnes auctores separant, tam prope accedunt Helotia, ut pro tribu vix haberi possint. Interea species quasdam a Pezizis habitu deflectentes huc servavi; reliquas vero & novas suis locis inserui.

‡. LACHNIDEA. Crassiusculæ, extus villo fugaci testæ. Stipes brevis. *A Lachneis cupulis apertis, disco nudo & habitu bene differunt.*

x. P. HEL. *pithya*, cupula planiuscula extus stipiteque brevi villosis rubellis, disco aurantiorubro.

Pez. pithya. Pers. ic. & deser. 2. p. 43. t. 11. f. 2. Myc. Eur. p. 259. Nees Syst. f. 287. Dse. fr. 6. p. 23. Moug. & Nest. exs. n. 298!

b. *epiphylla. A. S. p. 323.*

Gregaria, majuscula, firma, ceraceo-crassiuscula, 2-5 lin. lata & ultra, margine obtuso non prominente; subtus pallidior, demum fere glabra. b. stipite brevior, disco demum dilute flavo subumbilicato &c. recedit. — Analogæ sunt *P. coccinea, calycina*; sed ceterum longe diversæ. *In caudicibus, ramis acubusque languidis emortuisve Pini piceæ, nec alibi. Hieme primoque vere. (v. s.)*

3. P. HEL. *fibuliformis*, firma, capitulo convexo flavo subtus stipiteque brevi crasso subvillosa nigrofusca.

Helv. fibuliformia, Bolt. fung. 2. 176. With. arr. 18.

p. 340. *Pez. fibula*, *Pers. syn. p. 660*. *Hel. Mss. Eur. p. 345*.

Media quasi inter priorem & Ditiolas, quorsum potissimum pertineat dijudicent Autoptæ. Capitulum semper apertum lentiforme, 2 lin fere latum. *Prope Halifax in truncis ulmeis ad latera fossarum.* (v. ic.)

††. Tenuiores, glaberrimæ, capitulo hemisphærico, demum deflexo, stipite gracili. *Ceterum PEZ. Phial. Hymenoscyphis similes.* (Helotia vera).

3. *P. H. aurea*, obscure flava, capitulo lenticulari glabro, stipite tenui basi tomentoso.

Hel. aureum. Pers. syn. p. 678, A. S. p. 350.

Gregaria, tenuis, sequenti affinis, sed minor. Stipes teres, æqualis, subinde ramosus, basi tomentulo delicato niveo cinctus. Capitulum læve, 1 lin. latum. Non *Peziza convexa* Holmsk., quam video sub *P. fructigena*. *Ad ligna decorticata pinea putrida in silvis, hieme, vere.* (v. v.)

4. *P. H. acicularis*, candida, glabra, capitulo convexo, stipite elongato æquali.

Fungus minimus candidus &c. *Raji syn. p. 12. Hist. III. p. 24. Helv. acicularis Bull. Ch. p. 296. t. 475. f. 1.* (Persoonio ob habitum tenuiorem dubie) *Helv. Agariciformis Bolt. fung. t. 98. f. 1. Sowerb. fung. t. 57. Leotia acicularis. Pers. Obs. Myc. s. p. 20. t. 5. f. 1. t. 6. f. 1, 2. Helotium. Syn. p. 677. Myc. Eur. p. 343. A. S. p. 349. II. agariciforme. Dec. fr. 2. p. 75.*

b. roseum. Cf. Fr. Obs. 2!

Gregaria, tenax, diu persistens, colore candido, dein pallido, demum cinerascens l. rufescente. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. longus, tenuis, firmus, passim curvatus & ramosus. Capitulum primo utrinque planum l. centro leviter excavatum, demum vero convexum, subtus concavum. 1-2 lin. latum. *In truncis cavis putrescentibus Quercus, passim. In Carolina ad ramos dejectos Robinie. Aug. - Dec.* (v. v.)

B. abietinum, minus, capitulo hemispharico pallescente. *A. S. l. c.*

H. elongatum, Schum. *Sall. 2. p. 412.*

Ad ligna cariosa abiegna, raro. (v. v.)

6. *P. H. fimetaria*, parva, amœne rubra, glabra, capitulo e conico explanato subangulato, stipite æquali.

Leotia fimetaria, Pers. *Obs. Myc. 2. p. 21. t. 5. f. 4, 5.* *Helot. Pers. syn. p. 678. A. S. p. 350. Des. fr. 2. p. 75.*

b. americanum, majus, Schwein. *l. c. n. 1273.*

Gregaria, perpusilla, sed sat persistens. A reliquis differt forma non juniore, sed aetate planiuscula. — Persoon in *Myc. Eur. p. 545* memorat varietatem minorem, capitulo subgloboso, quæ vero forsitan potius *Stilbi* spec. *Ad finum vaccinum pluvis maceratum sero autumnis, b. in fino Catorum. (v. v. a.)*

6. *P. H. subtilis*, candida, minuta, firmula, capitulo plano-convexo, stipite tenui brevi.

Hel. subtile, Fries *Obs. 2. p. 310.*

Non cum *P. chionea* commutanda. Stipes lineam haud longus, subattenuatus. Capitulum 1 lin. latum, demum leviter convexum, subtus plano-concavum. *In foliis dejectis variis, præcipue Pini. Art. serotino. (v. v.)*

Fungoidaster minimus, discoides, albus &c. *Mich. gen. p. 201. t. 82. f. 3*, qui *H. album* Pers. *Myc. Eur. p. 347*, a nostro haud essentialiter differt. Altera vero species *Fungoidastri l. c. t. 82. f. 4. (H. incarnatum* Pers. *l. c.)* ad hoc genus non pertinet. — Reliquas Persoonii species videas inter *Pezizas*,

7. *P. H. alba*, alba, minuta, tenuis, capitulo plano-convexo, stipite brevi crassiusculo,

Hel. album, Schum. *Sall. 2. p. 412.*

A *P. culmigena* certe distinguitur forma & substantia firmiore alba. Gregaria, 1 lin. alta. Stipes deorsum angastatus. Capitulum primo planum, dein umbonatum, demum subhemisphæricum (ex icone obtuse conicum) margine acuto subrepando. *In foliis subputridis graminum. Oct. (v. ic.)*

†††. PLANCINA. Ceraceo-cornea, glabra. capitulo complanato. *Olim proprium genus, medium inter Helotia, Patellarias & Calicia, sed fructificatio adhuc dubia.*

8. *P. H. complanata*, atrum, capitulo convexo compresso, stipite inferne dilatato.

Hel. compressum. Wormsk. Mscr.

Totum atrum, habitu Calicii, sed crusta nulla & discus solidus. Stipes 2 lin. circiter longus, sursum attenuatus. Capitulum subtus plano-convexum, adeo complanatum, ut a latere inspectum stipite paulo modo crassius. Primo obtusa facile crederes cupulam esse complicato-complanatam, sed discus omnino lævigatus absque rimæ vestigio. *Wormsk. Mscr. In ramulis Alni cordatæ in Kamtschatka, primo vere. (v. ic.)*

VIII. PATELLARIA. Fries.

Pez. spec. Auct. Lichenis spec. Hedw. l. 6. Nov. genus. Fries Obs. 2. p. 313. Nees! Syst. p. 258. Cf. Syn. gen. p. CIV.

CHAR. Receptaculum marginatum, patellæforme, semper apertum, epidermide contigua. Hymenium læve, subpersistens; sed ex ascorum dissolutione pulverulentum. Asci connati absque paraphysibus. — Cupula centro affixa, passim stipitata, libere evoluta, (non erumpens) planiuscula. Velum nullum. Substantia lenta, subcoriacea, raro subgelatinosa.

HIST. Genus memorabile & quoad species satis bene notum. Nonnullæ Pezizæ ad hoc genus olim forsan migrabunt. Nomen e receptaculi forma. Subdivisiones e substantia & loco natali sequentes:

- I. Subcoriaceæ (1-4).
 II. Subgelatinosæ (5-6).

Trib. I. SUBCORIACEÆ.

* *fimicolæ.*

1. *P. coriacea*, subcoriacea, glabra, cupula planiuscula, deorsum in stipitem attenuata, disco sublateralitio pulverulento

a. cinerea. *P. coriacea*. *Bull. Ch. p. 259. t. 438. f. 1. Dec. fr. 2. p. 75.*

b. alba. *Swartz in V. A. H. 1812. p. 205.*

Gregariis l. sparsa, firma, 2-4 lin. alta, 2 lin. lata, habitu *Sphær. punctatæ*, sed minor, glabra & testibus Bulliard & Swartz neutiquam junior ætas, quod mihi verosimile visum. *In stercore cervino, equino, asinino Ec. Aut. (v. ic.)*

2. *P. testacea*, subcoriacea, patelliformis, sessilis, testacea, disco pulverulento.

Sparsa l. 2-3 specimina simul nascuntur, sicca, firma, crassiuscula, plano-concava, obtuse marginata, 2 lin. lata, disco pulvere copioso oblecto. *In fimo equino reperi, at rarissime, sero aut. (v. v. ad Flâdie, .)*

** *lignatiles.*

3. *P. olivaceo-virens*, subcoriacea, olivacea, cupula plana umbilicata in stipitem brevem rugo-um producta, disco demum ruginoso-pulverulento.

Peziza olivaceo-virens. Schwein. l. c. n. 1334.

C. pitosa l. sparsa, indurescens, $\frac{2}{3}$ — $\frac{1}{2}$ unc. lata, eleganter olivacea. Stipes incrassatus, obverse

conicus, plicis rugosis venosis, olivaceo-badius. Siccæ fere nigra. *In truncis Betulæ in Carolina, rarior.* (v. s.)

4. *P. atrata*, subcoriacea, patellæformis, sessilis, appanata, nigra, margine tumido, disco subpruinato.

Lichen atratus. *Hedw. Musc. fr. 2. p. 61. t. 21. f. A.*
Pez. patellaria, Pers. syn. p. 670. Myc. Eur. p. 306.
Dec. fr. 2. p. 76. A. S. p. 341. Nees Syst. p. 257^d
f. 265. Pez. atrata. Wahl. Ups. p. 466.

Scutelia Lecidæe exacte refert, plus minus gregaria, major & minor, extus nitens, sed discus opacus; sicca etiam rugosa, compressa & difformis. Ad Lichenes & Pezizas ex habitu prope accedit, sed analysis eximia NEESI affinitatem cum Ascobolis indicat, ascii nempe sub aqua erumpentes, annulati, pellucidi. Cf. l. c.! *Ad ligna & cortices arborum, frequens. Perennis.* (v. v.)

Trib. II. SUBGELATINOSÆ.

5. *P. pulla*, subgelatinosa, sessilis, glabra, junior plana integerrima olivaceo-atra, dein convexa aterrima, disco pruinoso-pulverulento.

Fungus admodum memorabilis, Bulgaris analogus, sed distinctissimus. Gregaria, carnosogelatinosa, sublentæ, crassiuscula, etiam intus atra. Junior $\frac{1}{2}$ — 1 lin. lata, marginata, dein 3-4 lin. usque & sæpe in series bianciales confluit, e mutua præssione irregularis & undulata. Ascii tenues. Sporidia nigro-ærogenosa. Subiculum nullum. *Ad lignum dejectum fabrefactum mucidum Pini silvestris, non frequens, quot annis tamen magnam habui copiam.* *Aut.* (v. v.)

β. *P. nigro-olivacea*, sessilis, cupula planissima, margine subcrenulato, subiculo e filis radiatis nigris insidens.

P. nigro-olivac. Schwein. l. c. n. 1120.

Maxime affinis priori, sicca vix distinguenda. In lignis fila observantur nigra, radiatim diffusa, centro cupularum affixa. Cupula 3-5 lin. lata, orbicularis l. lobato-rotundata, margine involuto elevato subcrenulato, extus ceterum glabra. Intus cinereo-nigra, demum tota nigrescit. *Ad asseres putridos & ligna Carolinae.* (v. s.)

6. *P. Alismatis*, carnosio-tremellosa, sessilis, minuta, glabra, ex cinereo-purpurascens, cupulis depressis, margine subcomplanatis.

P. Alismatis. Pers. *Myc. Eur.* p. 301.

Cupulae discus passim pulvere rubello tectus, hinc ad hoc genus pertinere videtur. *In caulibus siccis Alismatis Plantaginis emortuis, in aqua adhuc persistentibus, vere.*

Pez. *Verrucaria A. S.* p. 540 ad *Myrothecium* pertinet.

Genus inquirendum, disco villosio:

PEZIZA flava, globoso-campanulata obliqua, intus pubescens, extus glaberrima, utrinque flava, margine integro. *Swartz Fl. Ind. Oec. III.* p. 1953.

Coriacea, diametro saepe pellicari, intus a papillis minutis erectis subulatis sub lente visis pubescens. Nisi *Stereis* affinis, saltem analogus. *Ad terram in silvis Jamaicae.*

IX. ASCOBOLUS. Pers.

Pezizae spec. Auct. Veter. Ascobolus. Pers. *disp. meth.* p. 35. *Syn.* p. 676. *Ascoboli spec.* Link *diss.* I. p. 41. *Nees Syst.* p. 263.

CHAR. Receptaculum orbiculatum, submarginatum, disco patellaeformi. Hymenium discoides-

um, persistens. Asci amplii, clavati, maturescentes emersi discreti, demum elastice dissilientes, paraphysibus evanescentibus. Sporidia latice innata, uniseriata, ovata. — Cupula e forma conica in explanatam variat, primo subconnivens, mox aperta, marginata, sessilis l. brevissime stipitata. Substantia carnosa. *Asci albi, in aëre mox nigrescunt, ut puncta nigra nudo oculo apparent. Sporidia nigrescentia.*

ABERRANT. Una alterave species immarginata. Ultima species distincte paraphysophera, ascis albis.

HISTOR. Fungi minuti, gregarii, molles, arborizi, sat persistentes, fimicoli, tempestate pluvia totius anni obvii, præcipue vero autumnæ. Sporidiis nigris (rarissimis inter perfectiores fungos) & ascis deliquescentibus accedunt quadam analogia ad species Coprinos, Pilobolos &c. Genus servavi ad mentem Persoonii, primi determinatoris, nomen ab *ascis efficiendis sumentis*, excluso genere *Bulgariz*.

* *substipitati, lignatiles.*

1. *A. lignatilis*, sordide luteus, extus albido-furfuraceus, stipite brevi crassiusculo in cupulam planam marginatam dilatato.

Asc. lignatilis. A. S. p. 347. t. 6. f. 6.

Reliquis major, gregarius, furfure cum *Ascob. furfuraceo* congruens. Stipes $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. fere longus & crassus, obconicus, sursum sensim dilatatus in cupulam planam l. concaviusculam, 4-6 lin. latam, thecis oreberrimis nigro-punctatam. Color constans, e sordide luteosubviridis, (virore fere obsolete). *Repertus Niskiz ad ligna pinca fabrefacta subterranea (aqua cloacina aliquando male inquinata). Novembri. (v. ic.)*

2. *A. denudatus*, luteo-viridis, glaber, cupula turbinate substipitata, disco plano.

A præcedente differt pulcherrima hæc species ut *A. glaber* ab *A. furfuraceo*. Gregarius, multo minor. Stipes brevis, sursum dilatatus in cupulam planam, marginatam, luteo-viridem, extus nudam & glabram, 1 lin. latam nec ultra. Variat stipite æquali. Thecæ copiosissimæ, nigræ, primo discum adeo obtegunt, ut omnino niger; dein uno momento dissiliunt, discum pallidum relinquentes. *Ad asseres vetustos pinos in latere ad terram vergente, raro. Oct. Nov. (v. v. Almás quarn).*

** sessiles, fimicicola.

3. *A. furfuraceus*, sessilis, subconcauus, fuscus l. virescens, externe furfuraceus.

Elvella fimetaria. Scop. Fung. Hung. in Ann. Hist. Nat. IV. p. 149. t. 1. f. 6. *Peziza atra*. Huds. Angl. II. p. 637. *Pez. stercoraria*. Bull. Champ. p. 256. t. 376. *Sowerb. fung.* t. 18, 389. f. 5-6. *Decand. fr.* 2. p. 79. *Pez. fusca*. Bolt. fung. t. 109. f. 2. *Asc. furfuraceus*. Pers. Obs. 2. p. 33. t. 4. f. 3-6. *Syn.* p. 676. *Myc. Eur.* p. 540. *A. S.* p. 348. *Schum. Sall.* 2. p. 436. *Rebent. Neem.* p. 388. *Bernhard. manip.* IV. t. 6. f. 5.

Gregarius, 1-2 lin. latus, colore varius, sequentibus major. Cupula primo clausa, distincte marginata, subtus dilutior. Sporidia nigra. *Species in fimo vaccino omni anni tempore frequentissima; "ra-rior in merdâ humana."* (v. v.)

4. *A. porphyrosporus*, sessilis, subcylindricus, luride viridis, externe hirtulus.

Otospora porphyrospora. Hedw. Musc. frond. II. p. 25. t. 7. f. A.

Gregarius, minor; junior nunc conoideus, nunc globosus; ille æqualiter in formam cylindricam, hic superne in cupulam rotundatam abit; sub lente extus hirtulus, deorsum vero glaber dilutior. Sporidia ovata, e fusco rutilantia, luci obversa purpurea. Quare a recentioribus neglectus sit, non video. *In straminibus fimi veteris equini. Autumno, æstatq. (v. ic.)*

5. *A. ciliatus*, sessilis, subhemisphaericus, glaber, aurantiacus, disco plano, margine tumido ciliato albo.

Schmidt in *Myc. Håft. I. p. 90. Pers. Eur. p. 340.*

Gregarius. Cupulae minutæ, margine albo-pulverulento ciliatoque. Asci pauci, pro ratione ampli. *Locus umbosis, humidis in fimo vaccino &c., autumnno.* (v. v.)

6. *A. pilosus*, minimus, granuliformis, fulvo-testaceus, disco plano, inferne pilis sparsis albidis.

Minimus in genere, primo obtuta Sphær. Pezizæ sat similis; sed triplo minor. Gregarius, sessilis, absque margine distincto, sed asci 4-6 reliquorum more eximie prominent; ipse glaber est, sed prope basin pili longi constantè præsentès. *In fimo caprino, Aug. Sept. frequens.* (v. v.)

7. *A. glaber*, sessilis, minutus, glaber, nitens, subconvexus, marginatus, spadiceus.

A. glaber. Pers. Obs. Myc. I. p. 34. t. 4. f. 5. b, f. 7. a, b. c. Syn. p. 677. Myc. Eur. p. 340. Nees Syst. f. 297. A. S. p. 348.

b. Schum. Scall. 2. p. 436.

a. ? Bernh. manip. IF. p. 87. t. 6. f. 4.

Species conferta, superficialis, valde varia; quoad diversum maturitatis stadium forma tereti, conica, convexa, depressa &c. gaudet. Etiam colore varius, mihi primo rubens, dein spadiceus, demum niger; secundum Bernardi aurantius l. albus. *In fimo vaccino vulgaris, autumnno &c.* (v. v.)

8. *A. immersus*, immersus, irregularis, subconicus, marginatus, externe subfurfuraceus.

A. immersus. Pers. Obs. 1. p. 35. t. 4. f. 7. d. e. Syn. p. 677. Myc. p. 341. Nees Syst. f. 297. f. †††.

Præcedenti videtur proximus, sed totus fere immersus, solummodo nudo oculo thecis longiori-

bus & ob sporidia iis inclusa nigrescentia sese manifestans; etiam paulo major & situ solitario dignoscitur. Asci 3-4 tantum, sporidia ut videtur angulata continentia. *In fimo vaccino, rarior.* (v. ic.)

9. *A. cerugineus*, sessilis, planiusculus, marginatus, glaber, viridis. *Fries Obs. 2. p. 310.*

A. marginatus. *Schum. Scall. 1. p. 437* eandem speciem decrepitam sistere videtur.

Gregarius, mediæ magnitudinis, habitu ad *A. furfuraceum* viridem accedens. Cupula planiuscula l. subconvexa, theciis plurimis tecta, margine irregulari integerrimo. Cel. Schumacher suum fungum in fimo vulpino; nostrum in equino legimus Augusto. (v. v.)

10. *A. carneus*, sessilis, planus, immarginatus, glaber, carneus.

A. carneus. *Pers. syn. p. 676. A. S. p. 343.*

Gregarius, superficialis. minutus, $\frac{1}{2}$ lin. tantum latus, lævis, raro convexo-planus, carneus, subtus paulo dilutior nudus. Asci copiosi, prominentes, demum nulli. *In fimo vaccino eximiam hanc speciem frequentem legimus, autumnno.* (v. v.)

*** *epiphyllus, paraphysophorus.*

11. *A. Trifolii*, sessilis, epiphyllus, minutus, planiusculus, glaber, dilute flavus.

A. Trifolii. *Beruh. l. c. p. 27. t. 6. f. 3.*

Tubercula epiphylla, raro hypophylla, uredini-formia, subhemisphærico-convexa, $\frac{1}{4}$ lin. lata, gregaria, numerosa, distincta, epidermide demum rupta aperta, ore circulari plerumque denticulato interdum nigrescente, disco subdepresso, tandem punctis nigris notato. Asci albi, paraphysibus intersectati, sporidiis subovatis. *In foliis languescentibus Trifolii hybridi, stercore vaccino semiobductis. Martio.* (v. ic.)

X. BULGARIA. Fries.

Lycoperdi spec. Linn. Polymorphus. Numb. diss. Erf. 1782. p. 28. *Burcardia* Schmied. Anal. Pl. III. p. 261. Tremellæ, Pezizæ & Octosp. spec. Auctora. Ascoboli species. Link diss. 1809. p. 41. Nees Syst. p. 263.

CHAR. Receptaculum orbiculatum, marginatum, ventricosum-turbinatum, primo clausum, mox apertum planiusculum, intus glutinosum, extus subrugosum. Hymenium discoideum, læve, persistens, nudum, glabrum. Asci aciculi, distincti, immersi, denum cum sporidiis elasticè erumpentes, paraphysibus persistentibus immixtis. Velum tenuissimum, fugax. Substantia tremellosa-gelatinosa, elastica, crassa. *Sporidia* nigra, pallida &c.

HIST. Medium genus inter Pezizas & Exidias; ab illis vero receptaculo, ab his ascis satis differt, quare, moneante jam oculatissimo EHRHART (Bot. Beitr. I. p. 145), merito proprium genus. Nomen deest ab forma saccata, cum *Burcardia* plantæ plerogamæ jam impositum. Fungi inodori, insipidi, mucidi, arrhizi, molles, sed sat persistentes, e corticibus plerumque erumpentes, gregarii, sero autumno & hieme miti obvi.

* *Subglobosa, terrestris.*

1. *B. globosa.* globosa, ventricosa, umbrina, subtus rugosa, disco plano.

Lycoperdon truncatum. Linn. Syst. Veg. p. 824. Hall. in Vet. Ac. Handl. 1812. p. 1-9. t. 1! *Burcardia globosa.* Schmied. l. c. p. 261. t. 69. *Pez. Burcardia.* Pers. Myc. Eur. p. 632. Wahl. Ups. p. 467.

Fungus varie magnitudinis, a Pruni ad pugni, globosus, subinde ovatus, arrhizus, sed fibrillis raris hinc inde affixus; extus longitudinaliter plicatus, transverse rugosus, sericeo-mollis; oculo armato granulosus l. minutissime papulosus, superficie villo implicato quasi contexta. Intus humore limpido

gelatinoso distentus & subcellulosus. Discus primo connivens, concavus, dein magis explanatus planiusculus. In pinetis humidis locis argillaceis in Suscia media & prope Erlangam. Aut. serotino-verre. (v. v.)

** subturbinatæ, lignatiles.

2. *B. inquinans*, turbinata, firma, extus rugulose furfuracea umbrina, disco planiusculo nigricante.

Peziza sessilis, infundibuliformis, extus hirsuta umbrina, intus nigerrima. Hell. helv. III. p. 128. f. 43. f. 3. P. polymorpha. Fl. Dan. t. 464. Lightf. Scot. 2. p. 1005. Tremella Agaricoid. Retz. Scop. p. 255. Tr. turbinata. Hud. Riv. pulla. Schæff. fung. t. 158. P. brunnea. Watsch. El. f. 59. P. tremelloides. Naum. l. c. Bore turbinata. Schmitt l. c. t. 70. Octosp. elastica. Hedw. Musc. frond. 2. t. 6. f. 5. Pez. nigra. Bull. Champ. p. 38. t. 4. f. 1. Sowerb. fung. t. 428. Moug. & Nest. exs. n. 197. P. inquinans. Pers. syn. p. 631. Slys. Eur. p. 318. Schum. Sæll. p. 413. Kchert. Neom. p. 585. Ascobol. Nees Syst. p. 268. f. 296. optime! Pez. infundibul. Hoffm. Veg. Cr. II. t. 6. f. 2.

Junior obovata, clausa, firma; dein discus dilatatus, planconvexus; marginem obliterans, etiam cavernosus observatur. Substantia gelatinosa, sed firma, transverse dissecta venoso-marmorata, eximie elastica, paulo dilutior. Subinde plura specimen confluent. Ab hac specie collam præparari. junior Müller (Of. Linsvamp in Vet. Ac. Handl. 1679. p. 105. t. 3.); sed alii frustra conati sunt. Ad truncos emortuos *Quercus* & *Fagi*; frequens. Autumno, hiberna. (v. v.)

3. *B. pellucens*, turbinata, substipitata, mollis, extus scabra nigrofuliginea, disco planiusculo nigricante.

Pez. pellucens. Schum. Sæll. II. p. 413.

Gregaria, vix unciam alta & lata, præcedente mollior, non tamen subfluxilis ut sequens, ciliata 1-2 lin. longo, ascendente. Margo elevatus tumi-

us. Substantia aquose gelatinosa, dilute fuliginosa.
Ad truncos vetustos Betulae. Sept. (v. ic.; etiam v.)

Ocospora Tremelloides *Hedw. fil. Obs. p. 12.*
t. 8. f. A. ad hanc, nisi præcedentis varietas, proxime accedit.

4. *B. pura*, turbinata, mollissima, lævis, carneo-pallida

Pez. pura. Pers. Obs. 1. p. 40. Myc. Eur. 320. Fries Nov. fl. Suec. 1. p. 21.

Junior obconica, disco concaviusculo lævi omnino pezizoidea; dein vero magis expansa, tenuior, repando-irregularis, margine revoluto. In hoc statu ascis destituta pro Tremella facile sumitur. Utrunque læviuscula, subius admodum pallida, nulla membranula tecta. *Ad truncos "abiernos in Hercynia;" ad fagineos in Suecia, autumnio, hieme. (v. v.)*

5. *B. sarcoides*, cæspitosa, polymorpha, firmula, incarnato-rubra, extus subvenosa disco excavato.

Peziza gelatinosa, coccinea &c. Hall. helv. n. 2221. Elv. purpurea. Schæff. fung. t. 323, 324. Ocosp. carnea. Hedw. Musc. fr. 2. p. 26. t. 7. f. B. Pez. porphyria. Batsch. El. f. 53. Lich. sarcoides. Jacq. Misc. 1. t. 22. P. tremelloidea. Bull. Ch. p. 240. t. 410. f. 1. Helv. sarcoides. Bolt. fung. t. 101. f. 2. P. sarcoides. Pers. syn. p. 633. Myc. Eur. p. 320. A. S. p. 305.

b. *P. carnosa. Fl. Dan. t. 1017. f. 1.*

c. *P. turbinata. Fl. Dan. t. 1017. f. 2. Pers. syn. p. 634.*

d. *cellaris*, parva, obconica, substipitata. *Pers. l. c.*

Forma & magnitudine maxime variat, sed colore plus minus rubro & substantia dignoscitur. Specimina maxima uncialia, plus minus repanda & difformia, extus subtomentosa, demum & intus rugosa, minora turbinata, substipitata, 2-3 lin. lata, læviuscula, margine nunc integro, nunc denticulato. Non cum Tremella sarcoide, quam conferas, commutanda. *Ad truncos dejectos vetustos Quercas,*

Betulae *Ec.*, apud nos frequens; rara in America. Aut.
hieme. (v. v.)

Species inquirenda:

6. *Pez. fuscohadia*, carnosotremellosa, fuscohadia, caespitosa, disco varie impresso. *Rebent. Neom. p. 333.*

Junior fusca, e lin. lata, $\frac{1}{2}$ crassa. Ad semiputres *Fagorum ramos, vers.* (Aut prioris varietas aut vera *Peziza*).

XI. DITIOLA. Fries.

Tubercularia, *Toda fung. v. p. 18.* *Peziza*, *Helvella*,
Tremella, *Leotia*, *Helotium*. *Recentiorum.*

CHAR. Receptaculum orbiculatum, marginatum patellatum, numquam clausum, sed velo universalifloccoso fugaci tectum. Hymenium discoideum; primo laeve, velatum, cum receptaculo concretum, dein nudum tumens gelatinosum corrugato-plicatum deliquescens. Asci tenerissimi, fixi, deliquescentes, sporidiis ovatis — Cupula primo tuberculiformis, mox velo secedente disco aperta, plano-concava, margine demum ex hymenio turgido reflexo-obliterato. Supes firmus, farctus, subinde cum cupula confluens. Substantia ceracea-suberosa, contextu floccosa. *Sporidia minuta, albida.*

OBS. Fungi gregarii, firmi, diu persistentes, inodori, ab autumno in ver usque optime vigentes, radicati, e lignis exsiccatis erumpentes. Hac de causa inter fungos noxios numerandi, praecipue prima species ligna fabrefacta horizontalia & aëri exposita cito & peculiari modo destruit. Radices nempe mucedinæ inter fibras ligni late serpendo has disjungunt & emolliendo destruunt; tubercula autem erumpentia lignum rimosum, aquæ imbibens, reddit, quare paucos post annos friabile.

HIST. Genus originarium, optimum, *Tuberculariis* eximie analogum, *Nematelie* revera affine,

ut prius genus Exidiis. Fructificationem ab omnibus prætervisam valde miror. Nomen, ad fungos ramosos ab J. Brown adaptatum, huc retuli, utpote aptissimum, si velum respexeris flocculosum (*dis* & *ωλος*, pubes.)

1. *D. radicata*, disco planiusculo aureo, stipite crasso villosulo albo radicato.

Fungoides purpureum, pediculo ramoso. *Buzb. in Comm. Petrop. IV. p. 283. f. 5.* *Peziza. Hall. hist. n. 2241.* *Elvella lentiformis. Scop. Carn. II. p. 481.* (non bene sub *P. lenticulari* a Persoonio citata) *Tubercularia Pini. Schum. Scell. 2. p. 183. f. T. flavescens. Rehbent. Fl. Neom. p. 362. t. 3. f. 15.* *Pez. fibulæ var. ex Angl. Helotium radicum. A. S. p. 548. t. 3. f. 6.* *Nees Syst. f. 161.* *Leotia tuberculata. Fl. Dan. t. 1378. f. 2.* *Pez. Turbo. Pers. Myc. Eur. p. 321.*

b. cupula hemisphærica, subsessili, *Tremella* *Peziza, Ehrh. — Pers. syn. p. 623.*

Gregaria, junior tuberculiformis, subsessilis, pallida, velo furfuraceo-floccoso albido tecta; adulta *Peziz. pitulijam* referens, sed multo firmior, compacta, suberoso-coriacea. Stipes brevis, crassus, ex individuis pluribus (2-4) connatis sæpe ramosus, adpresse tomentosus, sordide albus, sursum dilatatus in receptaculum patellæforme; ceterum e situ & ætate maxime varius rectus l. incurvus, teres l. compressus, lævis l. rugosus, plerumque 2-3 lin. longus, subinde obliterated nullus, raro ad 4-5 lin. elongatus; semper vero basi radicibus longis fibrosis lignum intrantibus. Capitulum primo depressum, margine crasso tumido, dein planum & convexum, demum lentiforme & subtus depressum, 1-4 lin. latum, forma varium. Hymenium per diversos gradus tot subit mutationes ut vel a peritissimo, qui totam evolutionis historiam non sequatur, non cognoscatur; primo valde tenue, cum receptaculo omnino conereturum velo albido tectum; dein nudum, firmum, rubrum, læve; mox tumens, mollius, aurantiacum; porro plicato-rugosum, tubercu-

latum, gelatinosum viscosum; tandem deliquescens & a receptaculo (deudato persistente) secedens. In ultimis statibus *Dicorya stülato* adeo similis, ut vix distinguas: etiam humidum aureum, siccum aurantiacum. Radices certe perennes, diversis annis nova protrudentes individua, sed & ipse fungus ferme perennans, optime vixens tempestate pluviosa, hiemali; *perpulgatus e lignis decorticatis fabrefactis l. silvestribus Phil silvestris erumpens; fructificans Apr. — Junio. (v. v.)*

Clavaria coccinea Sowrb. *fung. t. 294*, cuius iconem non vidimus, e descriptione Persoonii (*Helot. coccineum* Myc. Eur. p. 346) præcedentis aut synonymon aut affinis species. Fig. sinistra in a.; dextra in b. quadrare videtur. Differt stipite flavescente.

2. *D. paradoxæ*, "lateritia, tuberculato-rimosa, e divisione in plures acervulos fructiferos digesta."

Otospora paradoxa. Hedw. fil. Obs. Bot. 1. t. 9.

En descriptionem Auctoris, mihi non satis perspicuam? "Truncus appressus quidem videtur in hac specie singulari modo loco natali; nihilo minus ex angusta basi mox quaque versum dilatatus quasi in umbonem, colore fusco tinctus, perpendiculariter sectus striis vasculosis lentibus multum argentibus conspicuis. Prona superficies dilute lateritia microscopio lustrata quasi tuberculis rimosa apparet." Asci, ut in priori. *Autumno in frustulis corticis Fagi. (v. ic)*

3. *D. volvata*, disco convexo repando fusco, stipite conico subtomentoso candido, basi volvato.

Tubercul. volvata. Todæ fung. Mycol. 1. p. 20. t. 4. f. 33. a-h.

E sequente Auctoris descriptione distinctam speciem hujus esse generis facile patet. Sparsa. "Primum prodit volva nigra, copularis, massa nivea molli repleta, quæ intumescendo formam hemi-

sphæricam sensim nacta, postea in conicam abit, quo factò pilei leviter convexi & tunc æqualis, coloris pallidissimi fuscì mox murini, primordia in ejus apice apparent. Sed mox pileus fit pulvinatus, margine appresso & revolutò, stipite vero paulatim in attenuatam, quin denique in cylindricam, formam transfigurato. Circa fructescentiæ tempus prior *colliculis crispari* incipit, margine detorso undulato repando-lobato; colore vero in fuscum, postremo spadiceum verso. Polline (velo) minutissimo cano ubique conspergitur. Caro subsucculenta, mollis, fusco-ferruginea, a cute inseparabilis. *Stipes* crassissimus, nonnumquam bifidus, volvæ non firmiter inhærens. Fungus $\frac{1}{2}$ lin. vix altus & primum admodum tener, naturam postea satis firmam prodit. Volva cyathiformis, persistens." *In alburno pluviis macerato ramorum quercorum arentium cætervatim reperta Aug.* (v. ic.)

4. *D. sulcata*, sessilis, crucibuliformis, sulcata, subvillosa radicata, disco depresso fulvo.

Fungus Astroites. Scop. Pl. subterr. p. 117. n. 71. t. 45. f. 2. ex Tode fung. Mechl. I. p. 21. t. 4. f. 34. (Tuberc. sulcata).

Affinis *D. radicatæ*, tamen superficie sulcata & loco natali certe distincta. Historia fere eadem; junior nempe tuberculiformis, velo tenui villosò albo fugaci tecta; mox vero hymenium apice nudatum nudum, tenue, sed firmum & cum receptaculo concretum. Receptaculum cum stipite plane confluens, subrotundum, cum uno alterove confini connascens, basi fibrillis albis radicum; sensim magis magisque dilatatum, 3-5 lin. latum; longitudinaliter sulcis profundis exaratum, unde margo undulato-lobatus & fungus superne spectatus stellatus l. floriformis apparet. Hymenium fulvum, demum plicatum gelatinosum. "Effœtum & tunc temporis haud raro umbilicato-excavatum dentibus humanis molaribus corruptis & cariosis non inepte assimilaveris" *Ad truncos vetustos cariosos salignos per vias erumpens. Hieme.* (v. v.)

Species inquirenda:

1. *Tubercularia fasciculata* cœspitosa, aurea, margine obsolete compresso. *Tod. fung. Meckl. 1. p. 20. 3. 4. f. 52. P. carpin. γ. Pers. Myc. Eur. p. 312.*
-

Genus inquirendum:

VOLUTELLA. *Tod. fung. Meckl. 1. p. 28.*

CHAR. Receptaculum hypocrateriforme, stipitatum, margine revolutum, apertum, sed velo partiali tectum. Hymenii "repletura unguinosa, in resinam coagulanda, comminuenda." Substantia coriacea. — *Medium inter Ditiolam & Tympanim, sed huic videtur propior. Altera species, Volutella nuda Tod. l. c., ad Pezizas Volutelleas pertinet.*

1. *V. nuda. Tode l. c. t. 5. f. 43.*

Sparsa, colore albo, fulvescente, demum flavo-fusco. Cupula linea minor, formam hypocrateris cum patellæ demum permutat. Velum candidum, dissiliens. Hymenium cerati primo consistentia, obdurescit; dein facie placentæ resinosæ, coloris ex saturate fusco-nigrescentis; excutitur palam e cupula & comminuitur (modo ignoto) demumque plane disparet. *In ramulis exsuccis Fruni spinosæ post dies humidus Sept. (v. ic.)*

XII. TYMPANIS. *Tod.*

Tod. fung. Meckl. I. p. 22. Pezizæ spec. Pers. Myc. Eur. p. 324.

CHAR. Receptaculum marginatum, cyathiforme, epidermide cornea. Hymenium læve l. rugulosum, primo velo partiali tectum, demum una cum ascis tenuibus fixis fatiscens. Sporidia forma & numero varia, secedentia. — Cupula liberata, centro adfixa, subturbinata, etiam in stipitem producta, extus nuda & glabra, disco aperto planiusculo. Velum membranula tenuis fugacissima, discum corneum concolorem primum obtegens. Substantia duplex, corneo-coriacea.

HIST. Fungi minores, gregarii, primo innati, dein per epidermidem ramorum laceratam erumpentes, arrhizi, diu persistentes, nigricantes. Habitus Tuberculariæ & Sphæriæ; cum Caliciis non commutandi. Genus jam determinavit oculatissimus Tode, nomenque e forma sumpsit; sed huc usque neglectum & commutatum. Species inter se maxime affines. Velum in quibusdam obsoletum.

* *Disco magis aperto.*

1. *T. Frangulæ*, sessilis, turbinato-truncata, orbicularis, opaca, nigricans, disco umbrino marginem subobliterante.

Sphærica verriformis var. *Rhamni*. *A. S. p. 32. Fr. Scler, ex. n. 102.*

Gregaria, passim caespitosa, absque stipite distincto, cortici innata, Niveam haud attingens, applanata; humectata mollior ex olivaceo-fusca, opaca. Disco sensim secedente concaviuscula evadit & distincte marginata. Velum distinctum in hac specie non vidimus. *P. frangulae* Pers. *Myc. Eur. p. 324* stipite modo differt. *Ad ramos exsiccatos Rhamni Frangulæ, copiose. Vere. (v. v.)*

2. *T. alnea*, substipitata, opaca, umbrino-nigrescens, cupula subflexuosa obsolete marginata.

Pez. alnea, Pers. *syn. p. 673. Myc. Eur. p. 325.* (A. S. l. c. cum *Tymp. conspersa* confundere videntur).

Mera videtur prioris varietas, sed a me non reperta, & Persoon distinxit. Parva, exsiccata disco excavata l. potius margine magis prominente distincta, non vero clausa. *Ad ramos alneos siccos, raro; vere.*

3. *T. Fraxini*, sessilis, turbinato-truncata, nitida, atra, disco plano rugoso marginato.

Pez. Fraxini, Schwein. *apud Schwægr. l. c. n. 1262, fide specim. ab Cel. Schwægr. communita.*

Specimina pauca fasciculatim erumpunt, e basi sursum ampliata, nitida; margine prominente obtuso flexuoso; disco opaco, solidiusculo, atro, punctato-rugoso. *Ad ramos exsiccatos fraxincos; etiam in Carolina; hieme & vere.* (v. v.)

4. *T. plicato-crenata*, substipitata, opaca, atra, margine obtuso profunde crenato plicatoque, disco-concaviusculo.

P. plicato-crenata. Schwein. l. c. n. 1257.

Sparsim e cortice erumpunt greges minores, in siccis iterumque humectatis aterrimi, sed in vivis "discus cinerascens." Stipes in cortice omnino delitescit, quare sessilem potius dicerem. Optime dignoscitur margine eleganter crenato & plicato-sulcato, discoque compacto, sed fatiscente nec polito. *In cortice Pruni in Carolina superiori.* (v. s. a Cel. Schwægrich. com.m.)

5. *T. Arizæ*, sessilis, tota nigra, cupulis orbicularibus applanatis margine subelevato cinctis.

P. Arizæ. Pers. Myc. Eur. p. 325.

Ab initio subrotunda & indurata sparsaque crescit; cupulæ demum dilatatæ denseque congestæ, non excavatæ, satis magnæ. An vera Tympanis species, ut crescendi modus suadet, dijudicent aut optæ. *In cortice Sorbi Arizæ.*

** *Disco primo clauso, mox aperto. Cenangiidea.*

6. *T. conspersa*, cæspitosa, primo clausa sphaeriæformis nuda atra, mox aperta, e velo fatiscente albo-pulverulenta.

Lichen-Agaricus. *Mich. nov. gen. p. 105. Ord. 3. n. 5. Pez. Sphaeroides. Roth! in Ust. Ann. Bot. I. p. 11, t. 1. f. 6. Nees Syst. f. 231. P. pyri. Pers. syn. p. 671. P. Sphaeriæformis. Reb! Neom. p. 387. Peziza populnea. A. S! p. 303. Pez. conglomerata. Wahl! Lopp. p. 534. Sph. conspersa. Fries! in Vet. Ac. Handl. 1817. p. 112. Exs. n. 12, 171. P. Pyri. Auctupariæ & Sphaeroides. Pers. Myc. Eur. p. 327, 328.*

Cæspites subrotundi, stipati, e corticibus erumpentes, magnitudine eximie varii, nunc fere sessiles, nunc stipitibus sat longis, inferne in tuberculum connatis. Receptacula juniora subovata, glabra, lævia, atra, Sphæriam cæspitosam omnino referentia; adulta multo majora, rugulosa, obovata, disco magis magisque dilatato, margine tenui subirregulari, farina albida conspersa; disco concavo atro subfatiscente. — Fungus maxime memorabilis, medius inter hoc & sequens genus. *Inter vulgarissimos ad ramulos præcipue Sorbi Aucupariæ; sed etiam in Pyris, Betula, Alno, Ceraso, Populo &c. Perennis.* (v. v.)

7. *T. saligna*, sessilis, subelongata, nitidula, atra, disco concavo marginato.

T. saligna. Tod. Meekl. I. p. 24. z. 4. f. 37.

Gregaria, subcæpitosa, unde passim connata, quasi bifida l. digitata. Junior globularis, dein sæpe elongata, apice semper obtuso truncato. Velum bombacinum candidum in junioribus observatur. *Ad ramos & "ligna sicca" Salicum, rarior. Vere.* (v. s.)

8. *T. viticola*, minuta, sessilis, hemisphærica, rugulosa, opaca, fuscescenti-nigra, disco marginato.

P. viticola. Schwein. l. c. n. 1263.

Species distinctissima, habitu fere Sphæria herbarum, substantia molliori ("tremelloso-coriacea") ad primam speciem deflectens. Sparsa, solitaria, innata, disco primo impresso punctiformi obtuse marginato; dein dilatato subelapso. *Ad ramos exsiccatos Vitis.* (v. s.)

Species inquirendæ:

1. *Tubercularia nigra.* Schum. Scell. p. 184. &c.
2. *P. farinacea*, erumpens, sessilis, depressa, solitaria, nigro-subrufescens, disco farinacea, margine prominulo dilatato. Pers. Myc. Eur. p. 326. (excl. syno. Cf. *P. pinicolam*). In ramis exsiccatis pineis.

P. truncatula. *Pers. syn.* p. 673, lecta in Fago, ægre ab antecedentibus distinguitur, nunc & ipsi dubia; sed *P. truncatula Rehent.* una cum *P. pinastri P.*, *P. Viburni Schwein.* &c. ad Triblidia pertinent.

XIII. CENANGIUM. Fries.

Pezizæ, Sphæriæ & Hysterii spec. Auth. Novum genus, Pers. disp. p. 73. Pez Sclerod & Triblidii spec. Pers. Myc. Eur. p. 326, 331 Cenangium. Fries Scler. exs. Dec. XII.

CHAR. Receptaculum arcte clausum, demum plus minus apertum, marginatum, epidermide crassa discolori. Hymenium læve, persistens. Asci fissi, plus minus evoluti, paraphysibus immixtis; sæpe connati, sporidiis secedentibus. — Cupula centro adfixa; sæpe stipitata, innato-erumpens, liberata, disco discolori. Substantia duplex, exterior coriacea l. membranacea, interior subgrumosa. *Forma varia.*

DIFFER. Genus inter ordinem Cupulatorum & Pyrenomycetum intermedium, a neutro acutis limitibus separandum, nisi in plura genera divisum, quod e fructificatione varia, ascis nempe plus minus evolutis, utique fieri posset, sed habitus, substantia & crescendi modus omnibus communis dissuadet. A Pezizis præcipue differt cupulis coriaceis, substantia duplici!, crescendi modum ut reticeam. Tympanis, magis affinis, cupulis apertis & hymenio duro fatiscente recedit. Sed versus Pyrenomycetes omnis fere differentia collabitur; tamen Phacidiaceæ magis innatæ, nucleo discreto & peritheci substantia simplici recedunt & Sphæriaceæ hymenio aperto distincto nunquam gaudent. Maxime memorabile, hymenium in cryptis l. ob alias differentias locales non explicatum Sphæriarum in ore deliquescere. Inde facile patet ratio differentiarum

inter Pezizæ & Sphæriæ fructificationem; cum nempe hæ semper clausæ maneant, necesse est, ut nucleus fructificans deliquescat.

HIST. Nomen a *κενος* & *αγγιον*, ob receptaculum cavum, sæpe clausum & inane. Ad diversa genera hujus species apud Auctores referuntur; vereor quoque, ut omnes huc pertinentes species seligere mihi contigit, saltem variæ Pezizæ olim huc referenda. Cf. *Encœliam*, *Fibrinam* e. s. p. Ut *Dadalea* ab Agarico & Polyporo, ita *Cenangium* ab Peziza & Pyrenomycetibus exacte recedit! Species numerosæ, in diverso loco variæ, sed a recentioribus primum notatæ. Fungi minores, subdifformes, gregarii l. cæspitiosi, in cortice arborum primo innati, dein epidermide rupta erumpentes, arrhizi, diu persistentes, fere perennes, hieme potissimum fructificantes. Ad Pyrenomycetes potius pertinent. Status immaturi a me olim *Dothideæ* dicti.

DIVISIO e diverso dehiscendi modo in tribus sequentes l. potius forsan ut subgenera considerandas, quarum singula a Pezizis ad Pyrenomycetes magis magisque descendit:

- I. SCLERODERRIS. Erumpentes, substipitatæ, primo Sphæræformes, dein ore orbiculari integro apertæ. *Majores* (1-10).
- II. TRIBLIDIUM. Pezizoidea, demum rimis a centro hiantibus aperta (11-17).
- III. CLITHRIS. Hysteriiformes, rima longitudinali dehiscentes (18-24).
- IV. EXCIPULA. Innato-sessiles, subcorneæ, vasculiformes, disco minuto molli subdeliquescente (25-30).

Trib. I. SCLERODERRIS.

Cenangium. Fries in *Vet. Ac. Handl.* 1818. p. 560.

CHAR. Erumpentes, liberatæ, substipitatæ. Receptaculum primo sphæræforme, dein apertum, ore orbiculari integro. Substantia exterior subco-

riacea; interior, cui asci innati, grumosa. Velum universale pulverulentum, sæpe cum epidermide concretum; adest quoque parziale floccosum in prima specie, quæ inde Persoonio novi videtur generis typus: *Hylostoma*. Myc. Eur. p. 331. — *Ex altera parte* Pez. *Encoeliæ*, *ex altera Sphæriæ Dothideæ affines.*

1. *C. Ribis*, cæspitosum, subnudum, fusco-nigrescens, cupula subturbinata, margine fimbriato connivente, disco pallido, stipitibus in tuberculum connatis.

P. Ribesia. Pers. syn. p. 672. Myc. Eur. p. 331. Reberent. Neom. p. 387. Dec. fr. 6. p. 19. Schmidt & Kunz. exs. n. 73. Fries exs. n. 131.

b. major, velo tomentoso badio. A. S. p. 344.

Dense cæspitosa, stipitibus ramosis, in basin subrotundam inæqualem nigricantem, intus vero carnosam pallentem connatis, apicibus inflatis, demum in cupulas abeuntibus. Cupulæ rugulosæ, primo globosæ, dein turbinatæ, sed ob marginem conniventem collapsio-cupulatæ, nec nisi jove pluvio apertæ, interna substantia albida. *Ubique in ramis exsiccatis Ribis rubri, b. nigri. Perennis.* (v. v.)

2. *C. clavatum*, cæspitosum, subnudum, fusco-nigricans, cupula subclavata connivente, disco nigrescente.

Pez. *Cerasorum*. Schwain. l. c. n. 2176.

Cæspites e paucis individuis componuntur, sed cupulæ sessiles, reliquorum majores & magis evolutæ. "Caro flava," in siccis vero fusca. A sequente distinguendum sec. spec. minus perfectum, ab Ill. SCHWÆGRICHEN liberalissime datum. *In ramis mortuis Pruni serotinae in Carolina, rarissima.* (v. s.)

3. *C. Cerasi*, subcæspitosum, difforme, primo tuberculatum rugosum argillaceo-rufescens, dein cupulas superne planas nigrescentes explicans.

- a. junior. Sphæria dubia. *Pers. ic. pict. p. 43. t. 20. f. 1.* Spn. achroa. *Dec. fr. 6. p. 125.*
 b. adulta. *Pez. Cerasi. Pers. syn. p. 673. Myc. Eur. p. 329. Dec. fr. 6. p. 19. Moug. & Nestl. exs. n. 494.*

Species vulgaris, fallacissima. Cæspites inæquales, transversim erumpentes; juniores sistunt tubercula pallida, quæ interdum sterilia, l. fructificantia rugulosa, dissecta intus ostendunt cellulas obscuriores lineares fardas flexuoso-diformes, in stromate quasi corticali nidulantes, in quo statu Sphærie decoloranti haud absimiles. Demum protruduntur cupulæ crassæ, lineam & ultra latæ, plano-convexæ, nigricantes, obtuse marginatæ, subtus pallescentes. Substantia pallida, demum olivaceo-fusca. Valde variat! *Ad ramos exsiccatos Cerasi, frequens. Perennis. (v. v.)*

γ. *Padi*, subsolitarium, subtus ferrugineum, disco nigrescente.

- β. *Cerasi. B. A. S. p. 345. Sphæria fallax. Wahl. Lapp. p. 522. Cenang. Fr. l. c. p. 361.*

Primordiale Sphæriam conicam umbilicatam ferrugineam simulat, dein in *Pezizæ ferrugineæ marginatæ* formam explanatur. *In Pruno Pado. (v. s.)*

4. *C. Prunastri*, subcæspitosum, subcorneum, nudum, nigricans, cupulis primo subulaformibus, dein apertis concavis substipitatis

- a. tota atra. *Pers. syn. p. 673. Myc. Eur. p. 330. Dec. fr. 6. p. 20.*
 b. subtus e luteo-olivascens. *A. S. p. 345.*

Etiam transversim erumpens, subcæspitosum & junius Sphæriæforme, sed ceterum bene a priori diversum. Primo rostellæ Sphæriæ pustulatæ refert, adultum profunde excavatum, priori minus, vix lineam latum. *In ramis siccis Pruni domesticæ. Aut. vere. (v. v.)*

β. *rigidum*, atrum, primo attenuato-rostellatum pertusum, demum in cupulam stipitam dilatatum.

Sph. Prunastri. *Pers.!* in herb. *Achar.* *Sph. rigida.*
Dec. fr. 6. p. 132. *Sph. l. Ceratostoma spurium.*
Fries Obs. 2. p. 338.

E cortice erumpunt subulæ rudes, teretes, sursum leviter attenuatæ, sæpe curvatæ, quæ rarissime in Genangium explicantur. *In ramis Pruni spinosæ Perennis.* (v. v.)

5. *C. Aucupariæ*, cæspitosum, nigrum, albedo-pulverulentum, cupulis primo elongato-subcylindricis clausis, demum apice apertis.

Sph. Aucupariæ. *Pers. syn.* p. 51. *A. S.* p. 25. *Dotlid.*
cæspitosa. *Fries Obs.* 2. p. 348.

Analogum cum Tympani conspersa, habitu & crescendi modo cum Sphæris cæspitosis convenit, sed perithecia nulla distincta adsunt demumque apice cupulas minutas explicat. Stipites bini l. terni, deorsum sæpe connati. Variat compressa & nuda. *In ramis Sorbi Aucupariæ, autumnum - vere.* (v. v.)

Sphæria cæspitosa *Tod. fung. Meckl. I.* p. 41. t. 14. f. 113 loco natali cum priori, ceterum melius cum sequenti convenit.

6. *C. laminare*, cæspitosum, plicato-lobatum, lobis planiusculis nigricantibus albedo-pruinosis apice cavis subclausis

Fries V. A. II. l. c. p. 360. *Kunz. Myc. Hest.* 2. p. 58.

Substantia fere membranacea *C. Abietis*, cum quo etiam superficie convenit pulverulenta & forma compressa. Specimina plura basi conrescunt, inde subramosum l. in plicas quasi divisum, quæ hætenus clausas modo reperi, sed apice cavis & circum circa hymenio vestitas. *Ad ramos dejectos putrescentes (Robinia?) autumnum.* (v. v.)

7. *C. pulveraceum*, gregarium, nigricans, pulvere cinereo dense obtectum, cum stipite simplici turbinatum, cupula subglobosa.

Pez. pulveracea. *A. S.* p. 342. t. 8. f. 2. *Pers. Myc. Eur.* p. 317. (etiam p. 267).

b. stipite ramoso. *P. ramosa*. *Ehrenb.* sec. specimen a *Cel. Nees* missum.

Greges sistit latices difformes, sed non vere caespitosa, antecedentibus minor, (lineam alta) & durior. Stipes validus, sursum incrassatus, deorsum niger. Cupula dense pulverulenta, humida semipatula, regularis, sicca clausa flexuosa. In cortice betuligno ravior, sed etiam Carolinae. Autumno - vere. (v. s.)

8. *C. Andromedæ*, solitarium, minutum, nudum, nitens, nigerrimum, cupula subglobosa, stipite longiusculo.

P. Andromedæ. *Schwein.* l. c. n. 1261.

Sparsum, interdum etiam fasciculatum, magnitudine capitis acicularum minimarum. Substantia fere cornea. Cupula sphaeriformis, margine valde involuto, disco urceolato. Tympani affine. E cortice *Andromedæ arboreæ Carolinae*. (v. s.)

9. *C. Urceolus*, solitarium, subglobosum, ventricosum, nudum, rugulosum, fusco-atrum, ore connivente.

Sphaeria Urceolus. *Schmidt! Mscr.*

Magnitudo seminis cannabini. Stipes brevissimus, crassus, in cortice delitescens. Cupula opaca, rugulosa, clausa, centro depresso, demum leviter aperta; intus cava, albida. Accedit ad Sphaerias. In ramis betulignis *Lusatiae*. (v. s.)

Obs. Vix *Pez. globularis* *Pers. Myc. Eur.* p. 326. cum cupulae minutissimae, atrae, margine tumido describuntur; ceterum forma & loco convenit.

10. *C. triangulare*, solitarium, in triangulum complicatum, subnudum, fuscum, ore connivente, disco pallido.

Pez. triangularis. *Schwein.* l. c. p. 1255.

Gregarium, omnino sessile, elliptico triangulare. angulo laterali magis obtuso, junior Sphæriam erumpentem plane referens, etiam ostiolo papillæ-formi instructum, dein apertum, margine inflexo, numquam explanato; demum nigrescit. *Frequens in ramis junioribus Quercus Carolinæ.* (v. 3.)

Trib. II. TRIBLIDIUM.

Triblidium. *Reb. ind. p. 40. Kunz. Myc. Heft. 1. p. 103. Ehrenb. Fung. Cham. p. 25. Tribl. spec. Pers. Eur. p. 331.*

CHAR. Erumpentia, liberata, substipitata. Receptaculum orbiculare, primo Pezizoideum, ob discum in clausis subcollapsum, dein rimis tribus l. pluribus e communi centro hiantibus; extus subrugosum. Asci majusculi. Velum parziale nullum. — *Ex altera parte Pez. Fibrinæ, ex altera Sphæriæ & Phacidiis maxime affine. Omnes colore nigro gaudent.* (Derivatur a voce $\tau\rho\upsilon\beta\lambda\iota\upsilon\nu$, vasculum).

11. C. Caliciiforme, solitarium, subsessile, globoso-depressum, e rimis minutis rugoso-verrucosum, opacum, atrum, laciniato-dehiscens, disco pallido.

Peziz. Hysterium. *Pers. ! syn. p. 671. Obs. Myc. 2. p. 82. Triblid. Caliciiforme. Rehbent. l. c. Ehrenb. ! Fung Chamis. — Pers. Myc. Eur. p. 333. t. 2. f. 3, 4. (non bona). Fries Scler. exs. n. 99. Cyphelium scabrosum. Ach. ! in Vet. Ac. Handl. 1815. p. 266. t. 6. f. 10.*

Sparsum l. gregarium, e rimis corticis crassioris Quercus erumpens, sed adustum omnino superficiale apparet, stipite brevissimo instructum, subhemisphæricum, supra planiusculum, lineam latum; humidum laciniis pluribus sæpius apertum, passim etiam forma triquetra gaudet. Discus pallidus. demum griseo-niger. *Ad truncos Quercinos, nec alios, frequens. Perennis.* (v. v.)

Obs. Varii (Flörke, A. S. &c.) *Limboriam corrugatam* Ach. pro hac plantula vendunt, inde apud Persoon l. c. etiam in truncis salicinis & tiliaceis crescere dicitur.

12. *C. pinastri*, erumpens, substipitatum, difforme, rugosum, atro-nitens, demum in lacinias plures obtusas dehiscens, disco albido

P. pinastri. Pers. syn. p. 672. Obs. Myc. 2. p. 83. Myc. Eur. p. 326. A. S. p. 344. Schleich exs. Cent. IV. n. 90. Triblidium. Fr. exs. n. 55. Moug. & Nestl. exs. n. 587.

b. monst. o um. *Sphæronæma bullosum*. Fries V. A. Handl. 8:8. p. 359. Scler. exs. n. 28. Cf. A. S. l. c. γ.

Prolea species, an oculis fidem habere sæpe dubitavi; variat nempe forma, magnitudine, situ solitario & crispato, stipitata & sessilis, immo in tuberculum difforme innatum contorta, e. s. p. Stipes brevis, crassus. Cupula clausa etiam depressa & acutè marginata, sæpe flexuosa, dissecta intus alba, demum locis humidis rupta, disco nunc firmulo, nunc mollissimo. Quo tenuior cortex, cui innascitur, eo minus, distinctius stipitatum & regulare. Varietates seorsim enumerare opere pretium non duxi; sed maxime paradoxa est b., in pagina interiori corticis dejecti frequenter obvia, ubi cupula ob locum natalem explicari nequit indeque in perithecium abit, hymeniumque deliquescit & globuli forma, *Sphæronæmatum* instar, erumpit. Stipes distinctus & sæpe ramosus. *In cortice abiegnō mortuo nil vulgatius. Perennis, fructificat hieme & vere.* (v. γ)

β. *Piceæ*, arcte fasciculatum, turgidum, subiculo insidens. A. S. l. c.

In ramis Pini piceæ siccis. (v. s.)

13. *C. pithyūm*, minus, sessile, difforme, læve, oïacum, atrum, ore rimoso, disco nigro.

Dothidea pithya. Fries Obs. 2. p. 350. Scler. exs. n. 172.

b. clausa, nucleo globuli gelatinosi forma erumpente. *Exs. n. 14.*

Priori affine, easdem subit mutationes, sed revera diversum. Sparsum, confertum, cæspitosum; erumpens, sed epidermide exteriori tenui secedente superficiale apparet; plerumque globosum, sed variat ovatum, reniforme & conglomeratum; atrum, interdum micore cæsi nitens. Stipitis rudimentum obsoletum. Hymenium in vegetis admodum molle, in siccis induratum, margine in illis inæquali, minute denticulato. Receptaculi substantia interior crassiuscula, ex albido-nigrescens, b. in pagina interiori corticis subinde villosa albido obductam reperi!! Cum *Sph. pithya* non confundendum. *Ubique in cortice Pini silvestris, perennis. Fructificat autumno - vere. (v. v.)*

14. *C. Viburni*, subcæspitosum, stipitatum, rugosum, opacum, atrum, margine crasso rimoso-dehiscente.

Pez. Viburni. Schwein. l. c. n. 1264.

C. pinastri simile, tamen certe distinctum. Stipes lineam usque longus, subinde ramosus, crassus. Cupula non patellato-collapsa, "cinereo-pulverulenta" dicitur, sed nostra specimina omnino nuda, in lacinias 4-5 subæquales dehiscens. disco intusque etiam atra. *Ad cortices Viburni, Tadhin, Carolinae. (v. s.)*

15. *C. seriatum*, gregarium, globoso-depressum, rugosum, nudum, atrum, in lacinias obtusas laciarum. disco fuligineo-atro.

Tribl. seriatum. Fries exs. n. 161. Pez. truncatula. Rebert. Neom. p. 388. non Pers.

Per rimas corticis transversales erumpit, series $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ unc. longas lineares plus minus confertas sistens. Stipes brevis, inter corticem nidulat. Cupulae opacæ; clausæ centro depressæ, obtuse marginatæ; demum apertæ, in lacinias 4-6 fragiles hian-

tes. — Affinis species in Corylo. *Copiose in cortice betuligno autumnno, hieme.* (v. v.)

16. *C. turgidum*, aggregatum, obovatum, subrugosum, nigro-fuscescens, ore connivente stellatim inflexo, subiculo corticali tumido.

Pez. querneæ. *Schwein. l. c. n. 1265.*

Abnorme, præcedenti tamen subaffine Subiculum coriaceum rugosum l. c. dicitur, sed in meo specimine corticale & tumidum, cui insident cupule "furfuraceæ," primo clausæ, dein apertæ "2-3 lin. latæ, disco lateri, intus olivaceo, ore connivente, ore & latum inflexo" *Ingenti copia ramos & ramulos querneos eorumque excrescentias occupat.* (v. s. ab illi Schwagr. com.)

17. *C. arcticum*, solitarium, minimum, nigrum, suborbiculare, cupula in lacinias tres obtusas dehiscente demum trigonum, disco albido.

Tribl. arcticum, *Ehrenb. Fung. Cham. n. XXXIII. t. 20. f. 17.*

Primo clausum, oblongum, glabrum; dein suborbiculare & subhemisphæricum, subpedicellatum, granulatum. Maturum tribus laciniis obtusis dehiscenti formam trigonam acquirit. Discus griseo-albus. *In caulibus Andromedæ tetragonæ, non solum ad sinum S. Laurentii, sed & in Lapponia &c.* (v. s.)

Hæc & nonnullæ affines species ad *Phacidia* v. c. *Ledi*, nimis accedunt, tamen ab hoc genere separari nequeunt. Conferas velim totum receptaculum, hymenium & ascos hujus & extimi *C. Ribis* — & veram differentiam nullam invenies.

Trib. III. CLITHRIS.

Hysterii spec. *Auct.*, Triblidii spec. *Pers. l. c.* Hypodermatis spec. *Des. fr. 2.*

CHAR. Erumpentia, liberata, primo compressa clausa, dein rima longitudinali dehiscentia, subses-

silia, extus subpruinosa, quod in Hysteriis veris non observatur. *Ex altera parte ad præcedentes tribus accedunt; ex altera vix ab Hysteriis distinguenda.*

18. *C. ferruginosum*, gregarium, coriaceo-membranaceum, sessile, rugosum, subpruinatum, cervino-nigrescens, ore compresso inflexo, humido patulo, disco lutescente.

Pez. *Abietis*. *Pers. syn.* p. 671. *Dec. fr.* 6. p. 20. *Moug. & Nestl. exs.* n. 399. *P. cervina*. *Pers. syn.* p. 647! (non *Cyphella digitalis*). *Gen. ferruginosum*. *Fries in V. A. H.* 1818. p. 361. *Scler. exs.* n. 292. *Tribl. pineum*. *Pers. Myc. Eur.* p. 332.

b. junior tota viridis. *A. S.* p. 342.

Species memorabilis, versiformis. Prima ætate simillima Sphæræ cuidam cæsitosæ peritheciis subrotundis reniformibusque, pulvere ferruginoso tectis; dein magis explicata, 1-2 lin. lata, subnuda, stipite brevissimo & affinium more in cortice latente, sicca compressa connivente — clausa, *sed sæpe etiam* angulata; humida aperta subrotunda, in lacinias plures divisa (Triblidium), disco olivaceo-lutescente, habitu omnino *C. quercini*. Color exterior opacus, varius. Omnino jungit Clithres cum *Scleroderri* & *Triblidio*. *Ad ramos exsiccatos Pini silvestris copiosissime, rarius in Abiete, "maritima;" in Quercu Carolinæ Schwein., fructificans autumno - vere.* (v. v.)

β. *strobilina*. sparsa, e badio nigricans. *A. S.* p. 342. *Dec. fr.* 6. p. 21.

In strobilis Pini Abietis.

19. *C. Betulæ*, cæsitoso-connatum, sessile, coriaceo-membranaceum, nudum, atrum, disco concavo subcompresso atro-sanguineo.

Cæsrites majusculæ, subrotundæ, siccæ compresso-conniventes, humidæ apertæ subrotundæ. Præcedente firmius. *Erumpit e cortice Betulæ albæ in Kamtschatka. Wormsk.* (v. s.)

20. *C. Erica*, solitarium, sessile, coriaceo-membranaceum, nigrum, extus rugulosum, ore compresso connivente.

Memorabilem speciem in statu vetustissimo modo legimus. Ellipticum, 1 lin. fere longum, fere liberum; siccum corrugatum, nudum & difforme. Forsan & hoc & antecedens in statu juniori pruinosum. *Ad ramulos & folia Erica locis paludosis primo vere.* (v. v.)

21. *C. Cephalanthi*, simplex, sessile, compressum, subpulverulentum, nigrofuscum, margine lace-ro involuto.

Pez. Cephalanthi. Schwein. l. c. n. 1256.

Optima hujus tribus species, *C. quercino minor* & obscurior; disco in humidis subrotundo cinerascens. Non ita prominet, ut antecedentes. *Plerumque transversim crumpens in cortice Cephalanthi emortuo, Carolinae frequens.* (v. s.)

22. *C. striatum*, simplex, sessile, compressum, naviculare, atrum, extus transversim sulcato-striatum.

Pez. striata. Bertier apud Spreng. ! in Vet. Ac. Handl. 1820. p. 50.

Hysterio simile & quoad substantiam reliquis firmiter, sed omnibus hujus tribus characteribus gaudet. Capula 2 lin. longa, subnuda, extus striis confertis parallelis exarata; quando plura specimina aggregata passim angulata; margine involuto. Discus concavus nigrescens. *In cortice Guilandinae Bonduccellæ, Guadelupæ.* (v. s.)

23. *C. acutum*, simplex, elliptico-oblongum, naviculare, læve, nigrofuscum, disco umbrino-fusco.

Hyster. acutum. Schum. Sæll. p. 151.

Sporium, vix prominens, ut videtur nudum. *In cortice Sambuci nigrae.* (v. ic.)

24. *C. quercinum*, simplex, gregarium, elongatum, flexuosum, primo clausum pruinosum nigricans, demum disco lato pallido apertum.

Variolaria corrugata, Bull. Ch. p. 117. t. 432. f. 4.
Hyster nigrum, Tode Fung. Meckl. 2 p. 5 t. 3. f. 64. *Sphæria colapsa*, Sowerb. t. 373 f. 3. *Hyst. quercinum*, Pers. syn. p. 100. Reb. neom. p. 289. Schum. Sæll. p. 151. Fr. V A. H. 1819 p. 99. Exs. n. 130. Nees Syst. f. 300. Schmidt & Kunz exs. n. 63. Triblid. *quercinum*, Pers. Myc. Eur. p. 333.

Majus aliquot lineas longum, primo vermiculi instar sub epidermide serpens, albidum; dein prominens, sed arcte clausum, cinereo-pruinosum; demum extus nudum, rugosum, nigrescens. Cupula aperta, lata, subovularis, substantia tenui submembranacea. *Ad ramos demortuos l. semivivos Quercus, ubique; in America boreali, sat rarum. Perennis.*
 (v v)

β. corylicum, ovato-oblongum, labiis prominentibus lævibus. Schum. l. c.

In ramis coryleis. (v. it.)

Reliquas species videas sub *Hysterio* (*H. rufescens, elatinum, graphicum, degenerans, Ledi*; lunata ut reticeum).

Trib. IV. EXCIPULA.

Excipula. Fries Scler. Exs. Dec. VIII.

CHAR. Lunata, sub-rumpente, sessiles, nudæ, vasculiformes. Perithecia cornea, subclausa, demum aperta, ore orbiculari integerrimo, disco minuto molli subdeliquescente. — *Peziz. Patellas cum Sphæriis jungit. Perpusillæ, simplices, atræ.* (Pezizulæ variet.)

25. *E. turgida*, erumpens, cupulis subcoriatis rugulosis nigris, disco concavo albido, humectato molli turgido.

P. leucomela? *Pers. syn. p. 670. Mys. Eur. p. 310.*

Sparsa, albida, margine erecto. Junior Sphæriam; aperta disco turgido instructa Sphæronama refert. Bene quadrat descriptio Persoonii, sed masculata dicitur. *Ad ramos exsiccatos Coryli, autumn.* (v. v.)

26. **E. Rubi**, innato-erumpens, cupulis subcorneis lævibus planiusculis atris, demum disco aperto pillescente. — *Fries Exs. n. 101.*

b. major, concaviuscula (disco delapso?)

Innascitur corticis epidermidis, & per extimam ejus membranam tenerrimam tantum erumpit, qua secedente innato-superficialis apparet. Demum perfectissima specimina rupta discum excavatum tenuem (aer turgidum) ostendunt. *Frequens in Rubi idæi Sc. ramis, b. Lipsiæ legit Kunze. Perennis.* (v. v.)

27. **E. melanophæa**, innato-erumpens, atra, primo clausa convexa, dein aperta, disco dilatato concavo rufofuseo.

P. melanophæa, *Kunze in litt. — etiam Cel. Ficinus misit.*

Diagnosin e siccis speciminibus sumsi. Margo obtusus. *Ad conos dejectos abiegnos.* (v. s.)

28. **E. Strobi**, erumpens, minuta, opaca, nigra, cupulis profunde excavatis.

P. Pini Strobi. *Pers. Mys. Eur. p. 326.*

Cupulæ hemisphæricæ, apertæ, dimidio minores, quam in C. pinastri. *In Pino strobo.*

29. **E. Empetri**, erumpenti-superficialis, epiphylla, punctiformis, opaca, atra, demum disco atro aperta.

P. Empetri. *Kunz. in litt.*

Primo convexo-conica, dein cylindrica, demum obovato-cylindrica; lævis, hieme aperta, margine

inflexo. Similis in *Junipero*. *Ad folia Empetri, frequens*. Perennis. (v. v.)

30. *E. Sphæroides*, innato-superficialis, hypophylla, punctiformis, atra, margine inflexo, disco pallido.

Xyloma Sphæroides. *Pers. syn. p. 106. A. S. p. 66.*
Excipula. *Fries Exs. n. 138.*

Sphæriam punctiformem refert, sed optime diversa disco aperto margine tenui crispulo cincto. *In foliis deciduis Salicis Capreae, vere.* (v. v.)

Numerosæ, quæ passim occurrunt Excipulæ species, firmis characteribus difficile circumscribuntur, quare paucas modo exempli gratia attuli.

Species Cenangii inquirendæ:

1. *P. pulvis*, gregaria, minutissima, substipitata, cupulis subglobosis inapertis olivaceis, dein nigris. *Reb. Neom. p. 388.*

In ramis putrescentibus.

2. *P. hypodermia*. *Dec. fr. 6. p. 19.* Cupulæ sessiles, subpulverulentæ, adultæ cylindricæ breves truncatæ crassæ &c. *sub epidermide Cerasi* — An a *C. cerasi* diversa?

P. Coryli *Schleich. sec. Dec. fr. 6. p. 27.* *P. furfuracæ* propior videtur.

3. *P. globularis*, sparsa minuta nigra, cupulis globosoventricosis, ore connivente. *Pers. Myc. Eur. p. 326.* — *Autumno in ramis Betulæ albæ.*

XIV. STICTIS. Pers.

Stictis spec. *Pers. Obs. 2. p. 73. Myc. Eur. p. 335.*
Link diss. p. 41. Nees Syn gen. p. CIV. P. 2. spec.
Pers. syn. p. 674. Nees Syst. p. 356. Hysterii spec.
ll. cc.

CHAR. Receptaculum oblitteratum, proprie nullum; sed hymenium laeve, determinatum, orbi-

culatum l. ellipticum, matrice totum immersum & ab eadem marginatum, primoque velatum. Asci tenues, absque paraphysibus, matriæ l. stromati affixi. Sporidia minuta, globosa, secedentia. — Cupula tota undique adnata, sed margine heterogeneo sæpe limbata, concava, disco glabro. Substantia ceraceo-membranacea, raro gelatinosa.

HISTOR. Fungi simplicissimi, minuti, gregarii, omnino innati, diu persistentes, hinc & defectu excipuli a præcedentibus generibus facile distinguuntur. Cum Pyrenomycetibus major revera affinitas, de qua infra disseram. Nunc P zizæ, nunc Hysterii, nunc Phacidii more dehiscit; nunc nullo, nunc varie effigurato cingitur limbo, inde species oblique tribus facile distinguuntur; color autem varius! Cum NOSOPHLÆA, fungo maxime elementari, non commutandum. Nomen a forma plerisque punctiformi.

DIVISIONEM primariam e fructificatione valde diversa sumsi; unde subgenera sequentia:

STICTIS (proprie sic dicta) Hymenium innatum, ceraceum, persistens.

A. CORTICIA. Hymenium subliberum, erumpens, gelatinosum persistens.

B. XYLOGRAPHA. Hymenium ellipticum, deliquescentis.

C. PROPOLIS. Hymenium variæ figuræ, in pulverem fatiscens.

A. STICTIS (strictiori sensu).

CHAR. Suberumpentes, sæpius limbo cinctæ. Hymenium læve, persistens.

‡ **CORTICIÆ.** Ceraceo-molles, subtremellose, in ambitu sæpe liberæ, ab epidermide rupta cinctæ. Hymenium discum undique vestit. Substantia duplex. *Majusculæ, subpezizoideæ, corticolæ, brevius durant.*

1. *S. Betuli*, carnosio-ceracea, mollis, erumpens, planiuscula, difformis, subimmarginata, alba, demum pallens.

Pez. *Betuli*. *A. S.* p. 309.

Gregaria, majuscula, 3 lin. lata, subrotunda l. oblonga, angulato-lobata, convexo-plana, subinde margine proprio accessorio cincta. Substantia mollis, sed vix tremellosa. Stroma sub disco albidum. Abnormis in naturali genere. *In ramis siccis Carpini; varietas nigrescens in Tilia. Nov. - Jan. (v. v.)*

2. *S. ocellata*, erumpens, orbicularis, depressa, rufescens, subtus pallidior, margine prominente subinvoluta.

Pez. *ocellata*. *Pers. syn.* p. 667. *Myc. Eur.* p. 313.

Sparsa. Cupulæ majusculæ, glabræ, applanatae, subnitidæ. *Rarissime in corticibus ramorum Populi, cui immersa, margine tantum prominente.*

3. *S. Lecanora*, erumpens, carnosio-tremellosa, patellæformis, fulva, margine sublacero furfuraceo-albido.

Pez. *Lecanora*. *Schmidt & Kunz. exs. n.* 174?

Sparsa, parva, *S. ocellatæ* valde affinis. Epidermide stellatim lacera cingitur, extus sublibera, pallidior, pruinosa. *In ramis exsiccatis salicinis. (v. s.)*

4. *S. Pupula*, erumpens, ceraceo-submollis, patellæformis, disco concavo atro, margine crasso tumido farinoso albicante.

Species valde singularis, sequenti similis; sed ab omnibus differt receptaculo regulari crasso pezizoideo innato nigricante, intus albo, ad marginem obtusum albido-farinosum. Hymenium atrum, tenue, interiorem cupulæ paginam undique tegens. *In cortice ramorum. (v. s. ab illustr. Sprengelio communic.)*

††. STICTES (sensu strictissimo). Ceraceo-coriaceæ l. submembranaceæ, parte omnino innata tantum hymenio tectâ, limbo sterili accessorio, sæpe oblitterato, cinctæ. *Diu persistentes, regulares.*

* *Limbatae.* Orbiculares, regulares, limbo cinctæ.

5. *S. sphaeralis*, erumpens, hemisphaerica, fuscoatra, urceolata, ore contracto integro, disco plano nigro.

Habitus Sphaeræ pertusæ, sed quoad magnitudinem colorem & oris formationem cum Gen. Urceolo potissimum comparanda. Gregaria, erumpenti-superficialis, limbo crasso persistente in urceoli formam contracto, ore regulari inflexo punctiformi-pertuso. Hymenium humectatum tamen, basin innatam modo tegit, unde patet limbum cupulæ l. perithecii forma gaudentem esse accessorium. Transversim dissecta intus livido-nigra, demum elabens foveolam nigram in ligno relinquit. *Ad ramos exciccatos decorticatos Fraxini peculiarem speciem sæpius reperi hieme. (v. v.)*

6. *S. chrysophaea*, erumpens, orbicularis, disco excavato rubro, limbo crassiusculo aureo.

Pez. chrys. *Pers. syn. p. 674. Ic. pict. p. 17. t. 8. f. 1, 2. Stictis. Myc. Eur. p. 335.*

Habitus Sphæroboli, cujus vesicula ejecta est. Sparsa, minor præcedente, urceolata, sed limbus erectus subrepandus, etiam pallide ligueus. *Ad ramos siccos decorticatos abiegnos, passim. Aut. - vere. (v. v.)*

7. *S. radiata*, immersa, orbicularis, limbo niveo sublacero pulverulento.

Lycoperdon radiatum. Linn. *spec. Pl. II. p. Novum genus. Ehrh. Beytr. III. p. 162. n. 44. Sphærobolus rosaceus. Tode fung. Meckl. I. p. 44. t. 7. f. 53. Lichen excavatus. Hoffm. En. Lich. p. 47. z. 7. f. 4. Pez. marginata. Relh. - Sowerb. fung. t. 16. Stictis radiata. Pers. Obs. 2. p. 73. Syn. p. 674.*

Myc. Eur. p. 336. *Pez. æcidioides. Nees Syst. f.*
294. bene! (ex Auct. specim.)

Fungillus valde varius, ut in plures species disponi posset: a.) major, urceolata, limbo lato libero in radios plures obtusos radiatim patentis fissis, ore primum clauso punctiformi, hymenio plano in fundo locato testaceo l. aurantio, demum secedente, tum discus albus. (Hinc explicantur dubia, quæ Persoon de Neesio fungo movet). b.) præcedente paulo minor, limbo angustiore integro subfarinaceo. c.) multo minor, totus albus e. n. p. — Hymenium primo, ut in priori, molle in glebam subcoagulatum, dein subcallosum apertum, tandemque secedens — “alia specimina eandem gelatinam evomuerunt juxta ora eorum jacentem jam exalbidam, mox subglobosam, mox difformem crasse cirrhosam.” *A. S.* p. 346! An monstrositas cum *Cen. pinastri* b analogâ *Ad ligna & cortices arborum Abietis, Salicis, Viburni, Rhamni & non rara; “etiam in culmis exsiccatis.” Aut. - vere. (v. v.)*

8. *S. arundinacea*, immersa, orbicularis, margine prominente integerrimo, disco cœrulescente. — *Pers. Myc. Eur.* p. 336.

Primo obtutu antecedenti non absimilis, sed minor, margine non inciso, supra culmum elevato coloreque interne cœruleo. *In culmis vetustis arundinaceis. (v. s.)*

9. *S. tenuis*, immersa, minima, plana, albida, margine corticali spurio cincta.

Species admodum tenuis, sub lente punctiformis, orbicularis, albida l. pallescens, margine corticali tumido cincta; non vero erumpens. Admodum variat. *Ad epidermidem ramorum duriorum, passim; etiam e Carolina inter Cen. turgidum. (v. v.)*

S. bullata, orbicularis convexa lævis albida. *Pers. Myc. p.* 339. forsân status magis evolutus.

** *Alomea*, limbo nullo, forma elliptica l. varia.

10. *S. pelvicula*, orbicularis, majuscula, profunde excavata, lævis, rufescenti-pallida. — *Pers. Myc. Eur. p. 557.*

Lin. 1-2 lata, exacte orbicularis, subnitida, margine corticis subprominente cincta in cupula formam. *Rarius in ramis siccis Salicis prope Neufchatel.*

11. *S. pallida*, gregaria, immersa, punctiformis, pallida, ore connivente subelliptico dehiscente.

S. pallida. Pers. Obs. 2. p. 74. t. 6. f. 7. Myc. Eur. p. 338. Fries exs. n. 275. Pez. punctif. Pers. syn. p. 674.

In ligno passim determinate expallente sparsa observantur puncta pallida, macula oblonga albidiore cincta. Sub lente observatur hymenium urceolatum gilvo-pallidum, ore elliptico l. rotundo hians absque proprio receptaculo, sed ligno parum prominente cincto. Discus urceolatus, variat albidus, incarnatus, luteolus. *In lignis arborum, tam frondosarum quam acerosarum, vetustis, ubique. Perennans. (v. v.)*

12. *S. hemisphærica*, prominens, hemisphærica, punctiformis, nigra, ore subconnivente rotundo, intus pallida.

Facies a genere valde diversa, fere Sphæriæ. Ut lignum supra singulum individuum in priori albicant, in hac nigrescit (perithecium spurium), primo clausa, dein hiat, ore rotundo, disco tenuissimo pallido, demum subrufescit. — Interdum hymenium deliquescit, & globulum album refert, in quo statu a Sphæronemate vix distinguendum. *In Pino &c. Perennis. (v. v.)*

13. *S. nivea*, elliptica, tenerrima, alba. — *Pers. Eur. p. 339.*

In foliis sat profunde observantur foveolæ, a fungillo nostro evolvente-excavatæ, ubi membrana-

læ albæ cernuntur; ab initio pustillas efficiunt sub-orbiculares, quæ deinde plerumque delabuntur & foveas relinquunt. *In acubus Fini maritimæ.*

B. XYLOGRAPHIA.

Hysterii spec. Pers. Opegraphæ Ach. Lichenogr.

CHAR. Erumpentes, ellipticæ l. elongatæ; margine tenui cinctæ, humidæ molles, siccæ contrahuntur subcorneæ, inde tremellosa indoles patet. Hymenium minute punctulatum, demum deliquescens. *Gregaria, v. g. 1818.*

14. *S. X. parviflora*, erumpens, striiforme, primo clausum, dein apertum. disco marginem oblitterante rufescente, in siccis nigro.

Lichen. parallelus, Ach. *Prod. Lich. p. 25.* Opegrapha *Lich. univ. Hyst. parall. Wahl. Lapp. 513.* Fries *ess. n. 95. Vet. Ac. Handl. 1819. p. 91. H. abietinum, Pers. Obs. 1. p. 51. Syn. p. 102.*

Strias sistit longitudinales, in statu sicco nigrae subparallelas; humectatas vero tumentes rufescentes l. incarnato-pallidas. Excipulum tenuissimum, membranaceum, nigricans, primo clausum mox apertum, demum totum oblitteratum; inferne, ubi fungus innatus, omnino deficiens. Discus apertus subrotundus l. ellipticus l. uno apice attenuatus, altero obtusus, demum confluens. *In omni ligno decorticato vetusto, perennis. (v. v.)*

15. *S. X. stictica*, immersum, punctiforme, oblongum, nigrum, disco tenuissimo humectato fusciscente.

Hyst. sticticum. Fries *V. A. H. l. c. Obs. Myc. I. p. 194.*

Priori affinis, sed multo minor, labiis subdistinctis convexis. *In ligno vetusto canescente. Perennis. (v. v.)*

C. PROPOLIS.

CHAR. Ceraceæ, firmæ, rotundæ l. subdiffor-
mes. Hymenium læve, in pulverem fatiscens.

16. *S. P. farinosa*, orbicularis, ellipticave, conve-
xo-plana, disco farinaceo subrimoso, margine
subprominente nigro. *Pers. Eur. p. 339.*

“In ipso ligno vegetat cortice forsitan postea
delapso, hinc non immersum. Disciformis, lineam
lata, extus nigrescens.” *In ligno Populi nigrae. Du-
four.*

17. *S. P. versicolor*, immersa, suboblunga, plana,
margine accessorio fatiscente, disco demum fa-
rinaceo. *Fries exs. n. 276.*

a. disco lacteo, albo, demum nigrescente. *Hyster-
fagineum. Schrad. Journ. Bot. II. p. 68. Pers. syn.
p. XXVIII. Tremella saligna. A. S. p. 303. t. 9.
f. 7. Stictis. Pers. Myc. Eur. p. 337.*

b. disco luteolo, demum obscure gilvo l. rufo sub-
nudo.

c. disco æruginoso pulveraceo! *Hyst. viride. Fries
Obs. I. p. 195. Peziza. Dufour. Stictis. Pers. Myc.
Eur. p. 338.*

d. disco fusco, demum nigro rimoso. *Hyst. Pezizoi-
des. Wahl. Lapp. p. 523. Stictis Hippocastani?
Pers. Myc. Eur. p. 337.*

Gregaria, 1-2 lin. longa, angulato-subrotunda l.
oblunga, plana, tota immersa; primo limbo accesso-
rio varie figurato cincta, dein nuda. Species utpo-
te vulgarissima, ita & maxime varia. *Ad ligna ex-
siccata duriora, ubique; a. præcipue in Fago, Betula,
Tilia; b. c. in Quercu d. in Pyris, Salice &c. Peren-
nis. (v. v.)*

18. *S. P. Phacidiioides*, hypophylla, epidermide in
laciniis 5 æquales acutas rupta erumpens, disco
convexo lacteo pruinoso. *Fries exs. n. 297.*

Primo in foliis observantur maculæ expallentes,
in quibus epidermide bullata prominet discus, mox

erumpens, epidermide in lacinias 5 l. plures patentes rupta, convexo-planus, humidus albido-cæsius. *In foliis Arbuti uvae ursi in ericetis apricis, hieme.* (v. v.)

19. *S. P. atrocyanea*, oblonga, immersa, atro-cyanea, rima lineari dehiscens. *Fr. l. c.*

Admodum pusilla, gregaria, ramis virore tinctis sæpius innata. Ligno prominente non cingitur, sed margine proprio tenuissimo; demum totum dehiscens absque margine. Junius & humectatum virescit, ceterum nigrum. *In ramis dejectis putrescentibus in consortio Pezizæ conniventis, Agyrii atrovirentis &c. Hieme.* (v. v.)

20. *S. hysterina*, disco lanceolato nigro leviter concavo, ligno colliculoso-prominente cincto.

In ligno duro exsiccato observantur macule elongatæ albæ, in quibus leviter prominent colliculi oblongi a ligno formati, sed sæpe nigricantes. Discus oblongus, plus minus angustatus, utrinque acutus, in omni ætate ater, in ligno profunde penetrans. *In Quercu, Fago &c. varior. Perennis.* (v. v.)

Hysterium Taxi *Pers. syn. p. 99.* non multum obstat, forsan mera varietas.

Species inquirendæ:

1. *Lycoperdon Carpoboloides.* *Scop. Ann. Hist. Nat. IV. p. 150.* (Fungus ruber, exiguus, fovens vesiculam albam).
2. *P. lurida.* *Rutstr. diss. p. 19.* (Globosa, ligno immersa, extus villosa grisea nigrescens, extus villosa, ore albido).
3. *St. mollis.* *Pers. Eur. p. 337.* albida, canescens, extus subtomentosa, ore parvo cinereo-nigro subprominente).

Reliquæ species l. c. partim ad alia genera (*St. rufa, cinerascens*), partim ut varietates supra allatæ.

XV. SOLENIA. Pers.

Pers. disp. p. 36, 73. Myc. Eur. p. 334.

CHAR. Receptaculum elongatum, tubuliforme, simplex, membranaceum, erectum, ore contracto integro; absque hymenio distincto. Asci nulli. Sporidia elastice secedunt?, vix discernibilia. — *Libere evolutæ, superficiales.*

HIST. Forma tubulosa, a qua (σαλινη, canaliculus) nomen sumtum, facile dignoscuntur fungilli molles, mucedinei, lignatiles elementare hoc genus constituentes. Medii quasi inter Pezizas & Polyporos, prima species vix aliter a Polyporis, quam Hydn. fasciculare a reliquis Hydnis, differt, Species caute distinguendæ, ne Pezizæ immaturæ huc referantur.

1. *S. fasciculata*, gregaria, subfasciculata, clavato-cylindrica, glabriuscula, alba.

S. incanæ varr. *A. S. p. 346. Pez. Solenia. Desc. fr. 2. p. 80. Solen. candida. Moug. & Nestl. exs. 96. S. fascic. Pers. Myc. Eur. p. 335. t. 12. f. 8, 9.*

b. albido-subferruginea. *Sol. incana. Pers. syn. p. 675.*

Conferta, subfasciculata, 1-3 lin. longa, junior granuliformis, mox annuliformis, demum in formam cylindricam sursum incrassatam elongata, ore connivente; extus pilis adpressis subsericea, nec glabra. Primo candida, dein expallens, etiam deorsum lutescens. *Ad ligna dejecta putrescentia pinæ, betuligna &c. Aut. - vere. (v. v.)*

2. *S. candida*, sparsa, cylindrica, glabra, candida.

Pers. disp. p. 36. Hoffm. Germ. Cr. t. 8. f. 1.

Tubuli tenuissimi, exacte cylindrici, inter se distantes. *In ligno fagineo putrido. (v. v.)*

3. *S. villosa*, gregaria, cylindrica, villosa, albida.

Præcedenti affinis, sed paulo major, distincte villosa, junior suburceolata. *Ad ligna dejecta molliora. Aut. (v. v.)*

4. *S. ochracea*, sparsa, clavato-cylindrica, subtomentosa, ochracea.

S. ochracea. Hoffm. l. c. t. 8. f. 1. Pers. Eur. p. 334.
Pez. Syn. p. 675. A. S. p. 347. var. *laevis*.

Habitus primæ speciei, sed minor, distincte villosa, ad basin cava, intus alba. *Ad truncos putrescentes* (v. s. a. Cel. Kunze missa).

Species inquirenda:

Pez. urceolata, sessilis, urceolata, cinerica, extus pilosiuscula. Fl. Dan. 1. 1077. f. 3.

XVI. CYPHELLA. Fries.

Pezizæ spec. Auctor.

CHAR. Receptaculum submembranaceum, concavum, obliquum, cernuum, inde *subtus* quodammodo fructificat, absque hymenio discreto. Asci nulli. Sporidia globosa, majuscula, pulveris instar secedentia. — Cupula libere evoluta, subexcentrice adfixa, in stipitem sæpius producta, demum lacera.

ABERRAT. Substantia dura, subsuberosa, cupula semper integerrima & habitu fere Ditiolæ a reliquis recedit *C. pendula*.

HIST. Genus, a forma τὸ κυδελίον dictum, a *Pezizis* veris certe diversissimum & ad *Pileatos*, speciatim *Cantharellus*, accedit. Præcipue singulare cupula cernua, unde in hymenio semi-infero mox sporidia *Pileatorum* more secedunt. Fungi minores, solitarii l. gregarii, arrhizi, extus subfibrillosi, disco glabriusculo, inodori & insipidi.

* 1. *C. Digitalis*, submembranacea, cupula pendula digitaliformi, basi obliquo-gibba, intus ex albido cæsia, extus cum stipite brevi umbrina.

F. Digitalis. A. S. p. 315. t. 5. f. 1. Meug. & Nestl. exs. n. 585. Pers. Myc. Eur. p. 280.

Substantia sicca, subpapyracea, parum carnesa. Stipes 1-2 lin. longus, incurvus, cum cupula contiguus. Cupula primo clausa tuberculiformis, mox aperta, subventricosa, extus fibrillis longitudinalibus innatis rugulosa, spadicea, versus marginem rectum dilutior, 3-5 lin. lata. Discus quasi e farina compacta conflatus, albidus, demum obscurior, sporidiis albis farinaceis secedentibus; basi in nonnullis rugosa. *In Pino picea sat frequens videtur.* *Aut.* (v. s.)

2. *C. lacera*, membranacea, minor, cupula erectiuscula campanulata, intus rugoso-venosa, demum multifido-lacera.

P. membranacea. *A. S.* p. 316. t. 1. f. 5. *P. lacera.* *Pers. Myc. Eur.* p. 280. Cf. *Fries Syst. Myc.* 1. p. 324.

A *Canth.* fissili forsan distinguenda & huic generi propior? Statura 2-3 linearum in perfectis. a) intus albida, extus cum stipite tenui brevi cinereo-nigricans, fibrillis subtilissimis densis appressis nigris striatula. b.) lævis, stipite crassiore subobconica minus lacera albo-glaucescens. c.) dilute amœneque flava. *Ad stipites virgultave semiputria humentia, præsertim Vitem.* Jun. - Nov. (v. 1c.)

3. *C. muscicola*, membranacea, sessilis, albido-pallens, cupula cernua excavata demum repanda sublacera, intus lævis.

Gregaria, admodum tenuis, fragilis, 2 lin. fere lata; junior urceolata, alba; dein magis dilatata pallens; extus glabriuscula, lævis, fibroso-striatula, margine subpubescens, primo integra repanda, demum in lacinias latas fissa. Intus e sporidiis brunneis, leviter pruinosa. *Nascitur ad muscos vivos supra arborum truncos vetustos.* Oct. - Jan. (v. v.)

β. inæquilatera, intus albida, extus cinerea. *Pez. inæq. Schum. Sell.* p. 421.

Paulo major. *Ad radices muscorum &c. Oct.*
(v. ic.)

γ *lutescens*, lutescens, externe albicans.

Theleph. lutescens, *Pers. Myc. Eur. p. 116.* (v. v.)

δ. *Neckeræ*, minor, candida, disco urceolato integerrimo, stipite distincto æquali.

Cum vulgari confluit. Cupula $\frac{1}{2}$ — 1 lin. tantum lata. *Frequens in Neckera curtispindula, aut. seniore.* (v. v.)

** 4. *C. pendula*, subsuberosa, minor, cupula pendula digitaliformi rugosa cinereofusca, margine obtuso discoque pruinosis.

Pez. Digitalis. *Schwain. Syn. Car. n. 1183.* P. pendula. *Schwægr. in litt.*

A *Cyphella Digitalis* longe distat & multo minor (1 — 1 $\frac{1}{2}$ lineas), substantia firmiore, &c., sed forma eadem. Extus sublente eximie rugosa, pubescenti-pruinosa. Margo obtusissimus, integerrimus, discum profunde excavatum lævem pallentem cingens. Similis *Ditiolæ* radicatæ, locis verticalibus crescenti; sed illa semper adscendit, hæc deflexa pendula. *Erumpit e cortice Juglandum, Carolinæ.* (v. s.)

5. *C. eruciformis*, minor, cupula pendula oblonga hirsuta nivea, ore subconstricto truncato.

Fungoides minimum, vasi fusorii forma, - - pendulum. *Mich. gen. p. 208.* Pez. eruciform. *Batsch. El. p. 126.*

Præcedenti adeo similis, uti nullum dubium de genere. Decumbens quasi, cum stipite confluentis, 1 lin. longa. *Ad ramos in Hetruria detexit Micheli. Januario.* (v. ic.)

REVISIO ORDINIS:

I. Elvellacearum familia ab Hymenomycetibus hymeninis ad Gasteromycetes² abit. Cum illis fructificatione, cum his receptaculo potissimum convenit. Perfectissimi tandem (Mitrati = *HUH*) receptaculo Pileatis (*HH*) similes; alii innato-erumpentes fructificatione fere Pyrenomycetum gaudent.

II. Vacillant nempe limites inter Cupulatos & Pyrenomycetes. Servavi assuetos, magis habitu, quam certo quodam charactere nixos. Stricti vero ponuntur, si — aut omnes cupulatos innato-erumpentes, perithecii primo clausi substantia duplici (exterior sit perithecium, interior receptac.) (Tympanum, Cenangium) ad Pyrenomycetes — aut Pyrenomycetes omnes demum apertos, ascisque adeo fixis ad Cupulatos retuleris. Quænam dispositio Mycologis potissimum placeat, prius quam unam alteramve assumo, experiri opto. Illa respectu vegetationis, hæc respectu fructificationis præstat. Vegetatio Hymenomycetum proprie superficialis; plus minus innati I, innato-erumpentes semper recedunt.

III. Ex idea receptaculi *uterini* omnis differentia Elvellacearum (*HU*) a Pileatis (*HH*) pendet. Sic v. c. sporidia vi quædam interna ejicienda, nam in receptaculo cavo secedendo dispargi nequeunt. Ut vero hoc fieret, necessaria fuit paraphysium ascorumque descripta formatio & vis elastica. Eadem ratione vidimus inter Angiogastres receptaculum vi elastica sæpe protrusum.

IV. Ex idea hujus receptaculi *uterini aperti* omnis differentia a Gasteromycetibus, ad Hymenomycetes accedentibus, explicari potest. Plura jam supra attulimus exempla Cupulatos in statu clauso veros esse Pyrenomycetes; quid? quod, ubi hymenium rite aperiri nequit, illud Sphæriarum more

deliquescere. Idem observatur inter Angiogastres, ceterum varios. Sic ex. gr. quando receptaculi substantia exterior ab interiori secedit, oritur ille uterus discretus. In Thelebolo, Pezizis affini, nucleus est hymenium ob uterum clausum conglobatum e. s. p.

V. In Elvellacearum familia hymenium essenziale & uterus accidentalis l. secundarius, quod locus in Systemate jam indicat. Inde sequitur quare velum tam accidentale, cum receptaculo concretum (pruinatum, villosum &c.) l. nullum. In erumpentibus, v. c. Cenangio & Encælia, velum illud furfuraceum ex atomis corticis solutis ortum videtur.

VI. Elvellaceas, generatim sumtas, Pyrenomycetibus esse perfectiores, mihi extra omne dubium positum videtur. 1.) Elvellaceæ proprie libere evolutæ, Pyrenomycetes innati l. erumpentes, quæ vegetatio semper valde imperfecta. 2.) Fructificatio Elvellacearum multo melius evoluta, licet aliter hæcenus statuerunt Mycologi. 3.) Pyrenomycetes inferiores pro Cupulatis nondum rite evolutis sumendi & versa vice. Facile tamen largior, Sphærias perfectissimas (v. c. Cordyceps) & Thelebolo & Pezizulis perfectiores videri; sed non cum infimis Angiogastribus l. Elvellaceis comparandæ, sed cum summis Morchellis & Phallis. — Phallus est quasi Sphæria capitata rite evoluta, peritheciis apertis in cellulas abeuntibus e. s. p. (Cf. Revisionem Angiogast.)

VII. Hoc modo per *Cenangium* & *Tympanum* a Pyrenomycetibus; eodemque per *Cypheliam* (Ditiolam) a Coniomycetibus, per *Soleniam* ab Hyphomycetibus s. byssaceis adscendunt. Natura enim formatrix per plures vias *) ad eundem scopum tendit. Allatæ omnes accidentales l. ut ita dicam præternaturales. Centrum enim (PEZIZEAE) im-

*) Quæ sæpe sese invicem tangunt v. c. in Ditiola.

mediate per *Sclerotia* cupulata & præcipue *Tremellinas*, quæ omnes libere evolutæ, assurgit. Sic *Agyrium* ad *Stictem*, *Dacrymyces* ad *Peziz. mollisias*, & *Ditiolam*, *Exidia* ad *Bulgariam* evidentissime abeunt!!

VIII. In *Sclerotiaceis* omnes partes confusæ; in *Tremellinis* sporidia discreta, floccis immixta; tandem apud *Elvellaceas* flocci plures fœcundati entospori (*asci!*) evadunt. Quæ steriles manent dicuntur paraphyses; sed in *Pileatis* hymenii flocci omnes fertiles indeque desiderantur paraphyses. Aliter in *Patellaria*, ubi *Lichenum* more connati.

IX. In hoc ordine, utpote radio, genere plura & bene distincta oriuntur. Plura undique radiantia prius distinguenda, quam absoluta ordinis erit cognitio. Genera primaria, primæ dignitatis sunt:

MITRATI (*HUH*) Cf. p. 34.

PEZIZA (*HUU*) —

DITIOLA + SOLENIA (*HUM*).

STICTIS + CYPHELLA (*HUE*).

Obs. 1. *Solenia* & *Cyphella* ad alias classes divergunt; *Ditiola* & *Stictis* ad hanc spectant.

2. *Patellea* medium genus inter *Pezizeas* & *Dermes*. ASCOBOLUS est generis centralis altera series, BULGARIA *Pezizam* cum *Ditiola* jungit e. s. p.

X. E forma receptaculi orbiculari, compressa, angulata genera vix distingui possunt, multo minus e receptaculo concavo, plano, convexulo l. e margine integro, denticulato, lacero e. s. p. — Neque ad hanc familiam referendum unumquodque genus cupulatum l. capitatum, neglecta fructificatione; sed potius removenda heteroclita, ut *Solenia*, *Cyphella*. Cf. Ceterum, quæ egregie disseruit *Illustr. Nees Syst. p. 242—248*; sed ejus Fungos Uterinos *Pistillares* excludere, eorumque loco *Mitratos* addere, non dubitantes ausi sumus.

ORDO V.

TREMELLINÆ.

Agarici spec. *Mich. gen. p. 124. Hall. helv. III. p. 134.* Tremellæ species. *Dill. Musc. 41. Linn. Gen. Pl. ed Schreb. p. 763.* Elvellæ spec. *Schæff. Helvelloideor. genus. Pers. syn. p. 622.* Gasteromyc. Sporomesti. *Link. diss. I. p. 34.* Sarcoceph. & Sarcoidis gen. *Nees Syst. p. 87, 155.* Mucedines Tremelloid. A.) *Link. diss. II. Tremellinæ. Fries Syst. I. p. 2, LIV!* Tremelloidei ad part. *Pers. Myc. Eur. p. 95.*

CHAR. Receptaculum expansum, humidum tumens & gelatinosum, siccum contrahitur indurascens, undique l. superne tantum fructificans; numquam clausum. Hymenium glabrum, politum, raro læve, cum receptaculo confluens. Asci nulli. Sporidia minuta, globosa, simplicia, in ambitu sub hymenio nidulantia. Contextus "vesiculosus, vesiculis subconnatis," l. plus minus floccosus, uniformis. — Forma indeterminata, vaga, irregularis. Velum plane nullum. *Suberumpentes, sed libere evolutæ, siccæ membranacæ l. ceracæ, sed humectatæ pristinam formam & substantiam assumunt.*

ABERRAT. In NÆMATELIA adest nucleus carnosus, compactus, heterogeneus. Ambigunt inter hunc & sequentem ordinem genera heteroclita PHYLLOPTA & HYMENELLA.

AFFINES Pileatis & Clavatis, præcipue Thelephoris (Cf. *Nees Syst. p. 238*) & Caloceris (Cf. *Fries Syst. I. p. 485*); nec non *Elvellaceis*, speciatim *Hygromiæ*, *Pez. Mollisiæ*, *Bulgariæ* & *Ditiolæ*, sed characteribus datis facile distinguuntur. A Sclerotiaceis substantia & contextu, quamvis dentur status intermedii, facile separantur. Reliqua genera, quæ ex Systematis constructione huc accedere pa-

tet, *Myrothecium* inter Gasteromycetes, *Isaria* inter Hyphomycetes & *Gymnosporangium* inter Coniomyces facillime dignoscuntur & tantum analoga. *Gymnosporangium* Tremellinis adnumerare, variis adhuc placet, sed hi in statu naturali & vegeto, in quo Pucciniis & habitu & characteribus simile, vix observarunt, sed in statu vetusto, post pluvias, e succo arboris magis quam aliis, tumens & deliquesens. Interea & in hoc statu tam fructificatione, (massam sistit fluxilem, *nulla membrana cinctam*) quam crescendi modo in ramis vivis, rupta arboris epidermide, longissime removetur.

HISTOR. Ordo præclare distinctus, sub uno genere cum diversissimis plantis olim confusus. Linné aliique non solum Tuberculariam, *Gymnosporangium* e. s. p.; sed & Lichenes & Algas huc traxerunt *) Primi Cell. Roth & Persoon Tremellas aquaticas, utpote ad Algarum ordinem pertinentes, separarunt; hic sub Tremellæ genere in Synopsi 25 species descripsit. Interea tantum differunt, ut sub eodem genere militare nequeant. Nees *Dacrymycis* genus distinxit, & Persoon in *Mycologia Europæa* 3 genera, quorum vero alterum vix ad vegetabilia pertinet (*MYCODERMA*, ad quod referuntur crustæ illæ mucedineæ coriiformes supra extracta & succos vegetabilium in lagenis frequentes), alterum hybridum (*Auricularia*) sub tertio 37 spec., inter quas multæ dubiæ, enumerat. Link variarum specierum analysis dedit. De speciebus consulendi Bulliard, Persoon, Engl. Botany, Schumacher, &c. Majores jam Clusio, Vailantio &c. innotuerunt. Nos genera 6, species ultra 50 proponimus.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Species hæcenus cognitæ, in Europa, Asia & America boreali lectæ, e patria diversa nil essentialiter differunt.

*) Illi ad Collemata, hæc ad Tremellinarum l. melius Nestocinarum tribum pertinent.

Unicuique vero e citatis regionibus una alterave species priva. Quomodo vero intra tropicos luxuriant, plane ignoramus. Species omnes, unica minus nota excepta, epiphytæ; perfectiores per corticem erumpentes lignatiles; inferiores ad ligna decorticata, caules herbarum &c. occurrunt. Quo magis lignum exsiccatum-induratum, eo magis ad Lichenes; quo magis udum, eo magis ad Algas accedunt. Locis cryptis undique villosæ, saltim tales status sub arborum corticibus haud raro nidulant; in cellis l. fodinis nullam speciem hæcenus lectam accepi. Optime vigent autumno serotino, hieme primoque vere, vix ullam speciem vere æstivalem habemus. Aliæ per mensem, & parum quod excurrit, vegetant, aliæ vere perennes. Exsiccatae contractæ, vix cognoscibiles, sed conservabiles & humectatæ pristinam induunt faciem. Omnes in statu uvido & tumido examinandæ.

VIRES refrigerantes, sed minus notæ. Odor & sapor nullus, quare & ob substantiam mucilaginosam vix ulla species edulis. Nomine *Auriculæ Judæ* olim varix majores species in ophthalmia frequenti in usu erant. Etiam "in gutturis tumoribus acetum, in quo maceratus sit fungus, exhibere solent ad gargarizandum & guttur eluendum." Clus. *Tremella fimbriata*, teste Bulliard, tincturæ inservire potest, etiam sporidia T. mesentericæ colore flavo tingunt. — *Dacrymyces* ligna destruit.

SYNOPSIS generum e fructificatione & substantia distinctorum:

1. TREMELLA. Receptaculum gelatinosum, homogœneum, undique fructificans, absque papillis. Sporidia subemergentia.
 - B. *Coryne*. Carnoso-gelatinosa, subclavata.
 - C. *Phyllopta*. Subcartilaginea, expansa, foliacea.

2. EXIDIA. Receptaculum gelatinosum, homogœneum, supra tantum hymenio papilloso tectum. Sporidia elastice ejicienda.
3. NÆMATELIA. Receptaculum gelatinosum, nucleum compactum heterogeneum cingens. Sporidia emergentia.
4. DACRYMYCES. Receptaculum gelatinosum, homogœneum, floccis assurgentibus sporidiisque instratis intersecus refertum. *Junius compactum, demum subdeliquescens.*
5. AGYRIUM. Receptaculum sphericum, læve, compactum, ceraceum, humidum gelatinosum, demum in sporidia fatiscens.
6. HYMENELLA. Receptaculum applanatum, adnatum, læve, coriaceo-molle, tenuissimum, persistens.

CRITICA. Hygromitram ad Mitratos transtuli. Næmateliæ genus nimis artificiale videtur, nam e stipitis præsentia l. e forma, plicis &c. genera non distinguenda. Phyllopta potius ut distinctum genus consideranda; Sclerotiaceis nimis affinis. De Mycodermate & Gymnosporangio supra, de Auricularia infra disserui. Species hujus ordinis nimis neglectæ, & ob characteres e colore modo l. forma sumtos difficile ad sua genera referuntur.

I. TREMELLA. Dill.

Fung. penic. gen. XXIV. *Clus. hist.* 287. *Nostoc. Paill. par.* p. 144. *Tremellæ spec. Auct. Link l. c.* *Nees Syst.* p. 156. *Pers. Myc. Eur.* p. 98. — Reliqua synonym. supra.

CHAR. Receptaculum gelatinosum, molle, homogœneum, subpellucidum, multiforme, lobatum l. plicatum; undique simile, glabrum, fructificans l. hymenii membrana tenui tectum. Contextus fibroso-cellulosus. Sporidia in ambitu utrinque di-

spersa, nullis tubulis inclusa, subemergentia. Forma quam maxime varia, erecta l. explanata, subinde clavæformis. Papillæ in hymenio nullæ.

HISTOR. Fungi majores l. medii, libere evoluti, sed basi, sæpius compactiore, cum nucleo Næmateliæ analogo, intra corticem & ligna radicales. Ob substantiam mollem, tenacem, tremulam nomen imposuit Dillenius, sed sensu latiore sumsit. Subdivisiones a forma parum valent. Aberrantem Phylloptam appendicis loco subjunxi.

DIVISIO e substantia & fructificatione in tribus sequentes:

- I. HYGROMITROIDEÆ. Stipitata, in capitulum expansæ. *Terrestres*. (1).
 - II. MESENERIFORMES. Cæspitosæ, foliaceo-expansæ, flaccidæ, nudæ (2-6).
 - III. CEREBRINÆ. Pulposo-gelatinosæ, turgidæ, primo subcompactæ, e sporidiis pruinosa (7-12).
- B. CORYNE. Carnoso-gelatinosæ, subclavata.
- C. PHYLLOPTA. Subcartilagineæ, foliaceæ.

Trib. I. HYGROMITROIDEÆ. †.

CHAR. Gelatinosæ, tremulæ, firmulæ, stipitata, erectæ, in capitulum sinuosum expansæ. *Magnæ, terrestres, minus notæ.*

- I. *T. Helvelloides*, gelatinoso-tremula, erecta, roseo-aurantiaca, stipite sulcato frondescente, marginibus sinuosis. *Dcc. fr. 2. p. 93.*

Centim. 6 alta. Stipes compressus, mox expansus in capitulum erectum l. nutans, in formam infundibuli incompleti torto. *Ad terram humidam fagetorum in monte Jura Oct.*

Trib. II. MESENERIFORMES.

- Tr. mesenteriformis. *Bull. Ch. p.* 230. *Des. fr. 2. p.* 92. plures comprehendit species.

CHAR. Cartilagineo-gelatinosæ, molles, cæspitosæ, in plures lobos tenues flexuosos flaccidos partitæ. Superficies nuda. *Majores, flaccidæ, truncicolæ.*

2. *T. fimbriata*, cæspitosa, erecta, corrugata, nigrescens, lobis flaccidis, margine incisus undulato-fimbriatis.

Tremella verticalis. *Bull. Champ. t.* 272. optime.
Tr. mesenteriformis. 4. *Bull. l. c. Des. fr. l. c.*
T. fimbriata. *Pers. Obs. Myc. I. p.* 97. *Syn. p.* 626.
Myc. Eur. p. 103. Tr. tinctoria. *Ib. p.* 101.

- b. Tr. undulata. *Hoffm. Veg. Crypt. J. t.* 7. f. 1. *Pers. syn. p.* 626. *Schwein. Carol. n.* 1140.

Magna. Color nigrescens. luci obversus olivaceus l. fuliginus, in b. purpurascens. Cæspites 2-3 unc. alti, & adhuc latiores, e lobis plurimis basi connatis compositi; lobi erectiusculi, tenaces, flaccidi, inferne præcipue quam maxime corrugati, margine inciso & undulato eximie fimbriati. Exsiccata in aqua iterum humectata, hanc colore obscure fulvo tingit. *Ad truncos & ramos, præcipue alneos, locis humidis passim. Autumno. (v. v.)*

3. *T. frondosa*, cæspitosa, maxima, lævis, satis firma, luteo-pallescens, lobis gyroso-undulatis.

Bull. l. c. t. 499. f. T. & Tr. quercina. *Pellin. plant. nov. p.* 34. non obstant.

Sequenti proxima, sed triplo major, magis gyrosa, etiam loco & colore constanter diversa. E situ variat erecta l. horizontalis. *Ad truncos vetustos quercinos, hieme. (v. v.)*

4. *T. foliacea*, cæspitosa, lævis, diaphana, undulata, cinnamomeo-carnea, basi plicata.

Fung. nov. g. XXIV. spec. I. *Clus. l. c. Bauh. hist. XL. c. 50. Bull. l. c. t. 406. f. A, a. Tr. foliacea. Pers. Obs. 2. p. 98. Syn. p. 626. Myc. Eur. p. 101.*

Substantia mollis, tenuis, interne ferme fluxilis. Color constanter obscure rufus. Junior sub cortice nidulat, applanata, rugosa, e basi plana protrudit cæspitem 1-2 uncialem; e lobis undulatis (ceterum lævibus) integerrimis, basi connatis sulcatis compositum. *Ad truncos vetustos abiegnos, pineos, betulinos, &c.; etiam Americæ, sero autumnno. (v. v.)*

β. violascens, minor, purpureo-violascens. A. S. p. 303.

Etiam sub *Tr. mesenterica* a Bulliardo comprehensa; *P. succina Pers. Myc. Eur. p. 101* huc citanda. *Ad truncos, rarior.*

5. *T. lutescens, cæspitosa, minor, mollissima, undulato-gyrosa, lobis nudis.*

a. *albida. Bull. t. 406. f. C. Dec. fr. l. c.*

b. *lutescens. Tr. mesenter. Bull. t. 406. f. B, D. 499. f. 6. U. T. Web. Gótt. p. 278. aliorumque. P. lutescens. Pers. syn. p. 622. Ic. & descr. p. 33. t. 8. f. 9. (in Mycologia Eur. pro Tr. mesentericæ variet.) A. S. p. 301. Reb. Neom. p. 252.*

Substantia præcedentium, sed mollior, subfluxilis, junior præcipue albida. Cæspites e lobis confertis flexuosis integris compositi, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. lati, nec ultra. A præcedentibus constanter diversam puto. *Ad ramos dejectos arborum frondosarum, passim. Aut. - vere. (v. v.)*

6. *T. aurantia, subcæspitosa, gyroso-lobata, compressa, aurantia, plicis paucis.*

T. aurantia. Schwein. l. c. n. 1131.

Ad 2 uncias magna dicitur, sed nostrum specimen multo minus, foliaceum quidem, sed gyroso-plicatum omnino ut in sequente specie, a qua tamen substantia diversum. *E corticibus & lignis pro-pullulat in Carolina, h. n. c. (v. s.)*

Trib. III. CEREBRINE.

Tr. cerebrina. Bull. Champ. l. c. Dec. fr. 2. p. 92.
ad priores saltim spectat.

CHAR. Substantia pulposo-gelatinosa, junior subcompacta. Forma maxime varia. Superficies e sporidiis emersis demum pulveracea l. pruinosa. *Ad Dacrymycem magis quam priores accedunt.*

7. *T. mesenterica*, expansa, adscendens, subtenax, plicato-undulata, aurantiaca.

Fung. pern. gen. XXIV. spec. 3. Clus. l. c. Sterb. t. 26. E. Nostoc luteum, mesentrii forma. Vaill. Bot. par. t. 14. f. 4. Raji syn. 3. p. 21. n. 3. Mich. gen. p. 124. n. 3, 4. Gled. meth. 51. X. Hall. helv. 2261. Fl. Dan. t. 885. f. 3. Elv. mesent. Schaff. fung. t. 168. Trem. juniperina. Huds. &c. Tr. mesenterica. Retz. in V. A. H. 1769. p. 249. Jacqu. Misc. 1. p. 142. t. 13. Engl. Bot. t. 709. cum syn. Britt. Pers. syn. 622. Schum. Scall. p. 438. Nees Syst. p. 157. f. 142. Tr. chrysocoma. Bull. Ch. t. 174. Tr. auriformis. Hoffm. Veg. Cr. I. p. 51. t. 6. f. 4.

Valde variat, sed colore aureo, superficie valde sulcato-plicata, gyrosa, utrinque sporidiis copiosis flavis inquinantibus in statu adulto conspersa, facile distinguitur. Basis sub cortice, si præsens sit, ad lignum applanato-effusa, albida. Forma nunc auriculæ, nunc folioli, nunc conii longitudinaliter sulcati, nunc clavæ e s. p., in genere nulla constans. *Ad ramos arborum frondosarum deciduos vulgatissima, etiam Americæ, hieme, vere, &c. (v. v.)*

β. *disciformis*, glabra, lutea, disco plano lævi.

In series elongatas ut plurimum nascitur, junior margine undulata, dein discum Pezizoideum offert. Subtus pallida, extus compacta, intus mollis aquosa. Vix rite evoluta. *Ad ramos fagi, autumno. (v. v.)*

8. *T. elegans*, effusa, adpressa, tenuis, intense aurantiaca, marginibus subhyssoidis albicantibus.

a. lævis.

b. subplicato-gyrosa.

Forma irregularis, ad 1-5 unc. usque effusa, superficie lævi. Color aurantiacus, vetustæ in roseum abit, substantiæ albidus. Superficies e sporidiis pruinosa. — b. minor, magis tumida, gyroso-subplicata, erectiuscula, margine tumidulo concolori. Hæc sane a *T. mesentericæ* levitèr modo distat. In *Kamtschatka ramulis Betule defectos obvestiens; ad Avatscha frequentissima, primo vere.* (v. 2. a Nobil. Wormsk. commun.)

9. *T. albida*, expansa, tenax, undulata, subgyrosa, albida.

a. ascendens, l. rotundata. *Tr. albida*, *Huds. Angl.* II. 565. *With. arr. IV. p. 77. Engl. Bot. t. 2117.*
Tr. cerebrina alba, *Bull. t. 386. f. A. Dec. fr. 2.*
 l. c. *Tr. candida*, *Pers. syn. p. 624. Myc. Eur. 100.*

b. effusa, applanata. *A. S. l. c. p. 502.*

Affinis *T. mesentericæ*; sed minor, tamen a. sæpe uncialem, & b. 3-4 unc. longam reperit. Forma nulla constans; sed superficies demum pruinosa, substantia fere callosa. Color albidus, hyalinus, demum fuscescens & nigrescens. (*Bull. l. c. f. c.*) "lutescens" *Sowerb. l. c.* Ne cum varietatibus glaucis *Exidie glandulosæ* commutes. cavendum est. *Ad ramos varios, sed præcipue fraxineos, passim. Hieme, vere.* (v. v.)

10. *T. intumescens*, sessilis, conglomerata, tumida, plicata, nitens, brunnea.

T. intumescens. *Engl. Bot. t. 1870.*

Tr. mesentericæ similis dicitur, quare ad hanc tribum relata. Jove valde humido rite tantum explicata, sistens numerosos rotundatos molles pulposos lobos, tortos & tumidos, intestina animalium quorundam referentes, colore obscure brunneo, sed superficie nitida obsolete punctata. Intus diluiter, subalbida, exceptis striis fuscis verticalibus. na

fungo longitudinaliter secō observabilibus. Sicca tenuis, membranacea. *In Anglia ad truncos.* (v. ic.)

11. *T. virens*, subrotunda, gyrosa, aruginosa, demum exalbicans, siccitate nigrescens. *Schwein. l. c. n. 11134.*

Subcartilaginea. *Ad cautes Corni floridae in Carolina, vere.*

12. *T. disciformis*, erumpens, plana, subrotunda, lævis, albida, demum nigrescens.

Substantia subcompacta & fructificatione cum reliquis satis convenit, sed forma longe recedit. Epidermidem laceratam cingentem non superat, 2 lin. lata, $\frac{1}{2}$ lin. crassa, omnino lævis & glabra, albida, subincarnata; demum vero pruinosa, nigrescens, subrugosa. *Ad ramos tenuiores tiliaceos, hieme.* (v. v.)

I. B. CORYNE.

Acrospermi spec. Tod. Meckl. I. p. 8. Pers. Comm. Clav. p. 88. Trem. Acrosp. Pers. syn. p. 629. Myc. Eur. p. 108. Helotii spec. Pers. syn. p. 678. Coryne. Nees Syst. p. 157. Syn. gen. p. LXXV. Pers. Myc. Eur. p. 106.

CHAR. Erectæ, subclavatæ, nunc compresso-lobatæ, nunc cylindricæ. Sporidia apicem versus, subinde capituliformem discretum, in ambitu conferta.

OBS. Forma maxime varia, inconstans; sæpe etiam adest stipes discretus, ut in aliis Tremellinis observare licet. Qua de causa genera & species nimis multiplicatæ; sic ex. gr. *Trem. dubiam* & *Helotium galeatum* meras esse ejusdem speciei monstrositates certe novimus. Ex numerosissimis speciebus, quas Persoon, Schumacher &c. notarunt, vix 2 genuinæ, reliquæ non teruncii pretii l. ad alia

genera pertinent. Analogæ præcipue sunt Calocera & Crinula inter Clavatos; sed Corynas a veris Tremellis genere separari nequeunt; nam hæ passim clavata v. c. *Trem. mesenterica* (*Trem. subclavata* Schum. Sæll. p. 442), & *C. sarcoides* passim gyroso-contorta (*Tr. amethyst. Bull.*).

1. *T. C. pinnatifida* Spreng, cæspitosa, ramosa, compressa, mollis, albido-pallida, stipite subgranuloso, apice verticali plicato.

Erumpens, radicata, tota gelatinosa, diaphana, $\frac{1}{2}$ unc. longa, e stipitibus connatis quasi pinnata. Clava Spathulariæ minoris. *E Portorico.* (v. s.)

2. *T. C. Sarcoides*, cæspitosa, mollis, viscosa, carneo-pallida, primo clavæformis, dein compressa lobata plicataque.

Elvell. purpurea. *Schæff. fung. t. 525. f. 1, 3—6.* colore obscuro *Tr. amethystea. Bull. Champ. p. 229. t. 499. f. 5. Dec. fr. 2. p. 91.* *Helv. Sarcoid. Dicks. Crypt. I. p. 21. Bolt. t. 101. f. 2.* *Tr. Sarcoides. With. Arr. IV. p. 78. Engl. Bot. n. 2450.* *Trem. viscaria. Neck. Acrospermum dubium. Pers. Clavaf. p. 92.* *Tr. dubia. Syn. p. 630.* *Coryne Acrosperm. Nees Syst. p. 137. f. 143. Mart. Erl. p. 395.* *Tr. Cerasi. Schum. Sæll. p. 458.*

Cæspitosa, adulta *Trem. mesenteriformibus* similis; sed minor, diaphana, erecta, $\frac{1}{2}$ unc. circiter alta. Junior subsimplex, lævis, clavæformis; dein aggregata, compressa, quare e lobis fastigiatis obtusis flexuosis mollibus composita. Color carneus, vinosus, lilacinus, purpurascens, albicans; basis vero, quæ attenuata, rugosa & firmior, obscurior, sæpe atro-purpurea. — Species certe diversa, sed a plerisque cum *Bulgaria Sarcoides* confusa; hinc *Schæfferi*, *Boltonii* synonyma ad utramque citavimus. *P. metamorpha* Schum. Sæll. p. 414. quæ utramque jungeret. ad *Bulgariam* potissimum spectat. *Merulius violaceus* Fl. Dan. t. 655. f. 3. procul dubio *Bulg. sarcoides.* *Ad truncos & ramos de-*

ciduos frequens, etiam in America. Autumno serotino, nieme. (v. v.)

β. galeata, minor, capitulo subrotundo albicante, stipite distincto firme e fuligineo-purpurascente.

Acrosperm. unguinosum. Tode in Schrif. Berl. Naturf. fr. 4. p. 265. t. 12. Fl. Dan. t. 1076. f. 3. Clav. galeata. Holmsk. Ot. I. p. 25. c. ic. Acrosp. galeatum. Pers. Comm. p. 91. Helot. galeatum. Pers. syn. p. 678. A. S. p. 350! Tr. cylindrica. Schum. Sæll. p. 441. (Fl. Dan. t. 1076. f. 4. ad vulgarem in statu juniore referrem). Eadem & cylindrica, cum var. Pers. Myc. Eur. p. 108.

Est lævis præcedentis monstrositas, in qua basis supra descripta locis udis & suffocatis, v. c. sub arborum cortice, in stipitem elongatum, simplicem l. ramosum, protrudit. Ceterum & hæc vario modo luxuriat. *Ad ramulos dejectos, frequens. Aut. (v. v.)*

γ. fluxilis, minor, tota mollis, capitulo globooso carneo-livido, stipite viscoso fuligineo. In pagina inferiori corticis abiigni. (v. v.)

Tr. cornuta (gregaria, subcompressa, ramoso-cornuta obscure carnea) Pers. syn. p. 6330. Acrospermum. Comm. p. 88 — exacte quadrat in hujus speciei specimen, a me lectum. — Vix differt sequens.

3. *T. C. clavata, solitaria, simplex, incrassata, carneo-rubra, basi nigricante,*

Tr. stipitata. Willd. Ber. p. 420. Acr. clav. Pers. comm. p. 90. Trem. Pers. Ic. pict. 24. t. X. f. 1. Myc. Eur. p. 106.

Unc. 1 $\frac{1}{2}$ longa, 1-2 lin. crassa, teres, obtusa, obscure carnea, æmum parum albicans. Caulis basi subnigricans, parum crispus. Clavula subfulcata. Mihi dubia. In ramis putridis, sero autumno. (v. ic.)

4. *T. C. unicolor, carnosogelatinosa, sicca, simplex, obscure carnea, capitulo subrotundo obscuriori.*

b. T. turbinata. Schum. Sæll. p. 441.

Gregaria, sed non cæspitosa, reliquis firmior & minor, lineam parum excedens; capitulo immarginato; supra parum depresso, cum stipite æquali, paulo dilutius confluyente. — b. fusco-carnea, clavato-tubinata, disco tuberculata. *Reperta in hymenio Thel. rubiginosæ. b. ad caudicem Fagi. Oct. (v. v. a. v. ic. b.)*

Obs. Tr. ferruginea Pers. & Schum. *ll. cc.* est Clavaria contorta; Tr. aculeiformis, Glossoides, palmata *l. c.* ad Caloceras; Tr. ligulata *ll. cc.* ad Pistill. quisquiliarem, Tr. subclavata *ll. cc.* ad Trem. mesentericam pertinent. Tr. subsquamosa Schum. *l. c.* ad Gasteromycetes referenda.

I. C. PHYLLOPTA.

CHAR. Foliaceo-expansæ, cartilagineæ, undulata, humectatæ molliores. Sporidia nondum reperta. — *Minores, Sclerotiiis affines. In fungis vivis parasiticæ.*

1. *T. P. biparasitica*, cartilaginea, lobata, subrugosa, nigra.

Sclerot. foliaceum. *Fries Obs. i. p. 205.*

Utrinque plana, difformis, varie repanda, rugosa *l. lævis*, 3 lin. lata. *In stipite Agarici parasitici, in Agar. adusto parasitante, reperta Sept. (v. v.)*

2. *T. P. parasitica*, expansa gyroso-costata spadicea, areolis confertis.

T. parasitica. Schwein. l. c. n. 1143.

Tenuis, priori magis gelatinosa, siccitate nigrescit. *Frequens in Carolina in Clavaria gigantea Schwein., apicibus clavarum insidens, non a Clavaria separabilis. (v. s.)*

An ad hoc genus: *Tremella persistens*, subcoriaceo-cartilaginea, tenuis, glabra, undulata, vinoso-violacea. *Bull. Ch. p. 227. t. 304. — Super truncos & ramos Juniperi Sabinæ.*

II. EXIDIA. Fries.

Fung. nox. gen. I. *Clus. Hist.* 276. Tremellæ & Pezizæ spec. *Auctt. Auriculariæ sp. Recent.* — *Pers. Eur. p.* 97. — reliqua supra.

CHAR. Receptaculum molle, gelatinosum, homogenum, horizontale, submarginatum, supra tantum fructificans, politum & glabrum, subtus villosum l. rugosum. Hymenium persistens, papillis duris prominentibus tectum, demum costato-plicatum undulatumve. Sporidia primo in tubulis plus minus obsolete inclusa, dein elastice exsudantia. — Forma irregulariter rotundata, concava l. planiuscula, subtus libera l. matrici applanata.

OBS. Omnes, quas vivas, in statu perfectissimo, quamvis plus minus evidenter in diversis speciebus, papilliferas vidi. Quem peculiarem characterem, in exoticis quibusdam non notatum, omittere nolui, cum ab inventoribus prætervisus videatur. In junioribus & exsiccatis sæpius desunt. Analogæ videntur cum corpusculis peregrinis in lamellis Coprini, Hyporhod. Plutei &c.; sed vera earum natura, & functiones nondum innotuerunt.

DIFFERT a Tremella, cui habitu similis: 1) Receptaculo horizontali subpezizoideo submarginato &c. 2) Hymenio tantum supero, unde pagina inferior dissimularis villosa l. rugosa evadit, eodemque peculiari modo costato. 3) Papillis in disco subconicis. 4) Tubulis, ascorum rudimentis, sporidia continentibus, unde 5) Sporidia elastice exsudant, ut varias notas habituales & e substantia reticeam. — Auricularia (Cf. *Fries Suppl. Syst. Myc. mox editurum*), genus inter Pileatos, hymenio infero diversissima.

HISTORIA. Fungi simplices, raro cæspitosi, majores l. medii, lignatiles, libere evoluti, (quamvis in ligno cortice tecto erumpant); serotini, minus persistentes; exsiccati membranacei, iterum

humectati pristinam formam minus perfecte quam Tremellæ assumunt. Genus a Tremella diversissimum, jam Clusius primam speciem seposuit. Recentiores quoque fere omnes in eadem distinguenda sudarunt; sed nescio, quo fatali casu factum sit, ut, reliquis maxime affinibus sub Tremella relictis, cum *Auricularia mesenterica* Link in eodem genere colligere maluerint. Sunt sane diversissimæ; & Auriculariæ & *idea* & *nomen*, a Bulliardo ad Thelephoras jam relatam, ad mentem primam primi determinatoris (Cf. LINK in *Schrad. Neu. Jour. Bot. III. p. 14*) servandum. Hoc sane in præsens genus non quadrat; quare novum, e receptaculo e ligno l. potius sporidiis e receptaculo *exsudantibus* desumptum, imposui.

DIVISIO e forma, superficie & fructificatione in tribus vere naturales:

- I. AURICULÆ. Pezizoideæ, plicatæ, subtus villosæ l. punctato-scabræ. Tubuli seminiferi sat distincti. (1-6).
- II. GLANDULOSÆ. Subapplanatæ, undulatæ, subtus rugosæ. Tubuli seminiferi obsoleti (7-12).

Trib. I AURICULÆ.

Pezizæ spec. Bull. Ch. p. 71.

CHAR. Receptaculum concavum, subauriforme, subtus villosum l. punctato-rugosum. Tubuli in pagina superne (interiori) positi, recti, contigui, connati; sporidia tubulis inclusa. — *Ad Bulgarias prope accedunt.*

*) *Magis expansæ, tenuiores, subtus villosæ.* Gregariæ.

Auriculariæ spec. Link. in *Berl. Mag. Naturf.* 1809. p. 42. *Ehrenb. Fung. Cham. n. XVII.* (optime!) nec Bull.

1. *E. Auricula Judæ*, sessilis, concava, flexuosa, nigrescens, utrinque venoso-plicata, subtus subtomentosa olivaceo-cinerea.

Clus. l. c. cum icone. Bauh. hist. XL. c. 49. cum syn.!
Sterb. t. 27. H. Raji hist. II. p. 106. c. 1. Blackv.
herb. t. 334. Mich. gen. t. 66. f. 1. Patter. t. 3. f.
F. Gled. meth. p. 39. T. Auricula Judæ. Linn. spec.
Pl. 1625. & Auct. Pers. syn. p. 624. Pez. Auricul.
Linn. — Berg. Mat. Med. II. p. 370. Bolt. fung.
t. 107. Hall. helv. n. 2220. Merul. Auricula. Roth.
Aur. sambuc. Mart. Erl. p. 459. Pers. Myc. Eur.
p. 97.

b. *rubescenti-fusca. Bull. Ch. p. 241. t. 427. f. 2. Engl.*
Bot. t. 2447.

Subcæspitosa, sessilis, 2-3 unc. usque lata, sat tenuis, subtus plicato-venosa, sed etiam discus corrugato-costatus evadit. In disco nitido quoque observantur papillæ minutissimæ sparse. — Varia de hujus usu disserunt veteres. Cf. *Rajum Esc. II. cc. Ad truncos Sambucinos, vix alios; sed apud nos rarior. Etiam in America boreali. Autumno, hieme. (v. v.)*

2. *E. Auricula Canis*, sessilis, concava, auriformis, intus nigrescens, extus subplicata tomentosa canescente-brunnea.

Tremella. *Mey. Essequ. p. 306.*

“Priori proxima, sed diversa. Tomentum fungum externe vestiens non striceum olivaceo-griseum, sed nitore expers fibrillosum canescente-brunneum. Ab æthiopicis comeditur & *Dottehoor* dicitur, quia *Canis* anglici aurem exacte refert.” *Ad ligna putrida, Augusto.*

3. *E. cornea*, sessilis, concava, flexuosa, intus venoso-lacunosa pallida, extus lacunosa hirsuta albida.

Aur. cornea. Ehrenb. l. c. t. XIX. f. 9.

Gregaria; majora specimina 2 unc. longa, 2 lata, 1 alta, lineam dimidiam crassa; subgelatinosa, sicca cornea; intus venosa, extus lacunosa, venis lacunisque in basi crebrioribus. Tomentum pagine exterioris e verrucis tenuibus cylindricis densis pellucidis obtusis constat. *Ehrenb. In insula O-Wa-*

In inter insulas Sandwich. sed & alibi, verosimile Amer. meridionali. (v. s. in herb. Agardh &c.)

4. *E. auriformis*, stipitata, glauco-fusca, cupula semi-orbiculari venosa, subtus stipiteque laterali brevi torto sulcato-lacunosa subpubescens.

Pez. auriformis. Schwein. apud Schwægr. ! l. c. n. 1156.

Præcedentibus maxime affinis, sed forma & stipite ad sequentes accedit. Cupula auri humanæ similis, 2 unc. lata, unicolor, fusca, extus canescens. Pagina inferior nudo oculo glabriuscula, sed ad vitra optime argentia pilis pellucidis obsita; superior minutissime papillosa. *Frequens & gregaria ad ligna Carolinæ. Vere. (v. s.)*

** *Minores, orbiculatæ, tumidæ, subtus punctato-scabræ. Simples. (Bulgaria pura).*

5. *E. recisa*, mollissima, truncato-plana, subrepanda, fusco-succina, subtus punctato-scabra, stipite brevissimo excentrico obliquo.

Fungus collyrius in putrescente salice natus. Pluken. Analth. p. 102. Lichen arboreus, membranaceus nigricans Buxb. Comm. Petrop. III. p. 273. t. 14. f. 3. Trem. Sagarum. Retz. ! V. A. H. 1769. p. 249. optime. Pez. gelatinosa. Bull. Ch. p. 240. t. 460. Pers. syn. p. 653. Dec. fr. 2. p. 89 P. succinea. Pers. Camm. Schæff. p. 33. Tr. Boletiformis. Engl. Bot. 1819. ex descr. Tr. recisa. Dittm. apud Sturm. t. 13. Nees Syst. f. 141. Pers. Myc. Eur. p. 105. P. Salicum. Pers. l. c. p. 102.

Gregaria, sessilis, excentrica, auriformis, flaccida, $\frac{7}{8}$ — 1 unc. lata; humida valde turgida, sicca contrahitur, membranacea, nigrescens. Pagina inferior glabra, obsolete costata, rugosa, umbri-na, opaca, punctis minutis confertissimis scabra. Discus planus, nitens, repandus, primo lævis, dein inter costas elevatas scrobiculatus, margine striatulus, raro papillosus. Color primo fusco-rufescens, demum niger. *Ad ramos putrescentes Salicum. ap-prime Capræ. Etiam in Andromeda arborea Carolinæ. Hieme. (v. v.)*

6. *E. truncata*, mollis, truncato-plana, aterrima, disco plano papillis obtusis glanduloso, subtus punctato-scabra, stipite brevissimo.

Forma omnino prioris, color & papillæ *E. glandulosæ*. Mollissima, elastica, unciam altitudine & latitudine vix attingens, basi in stipitem brevissimum producta: subinde duo individua concre-sunt. Discus politus, nitens, demum cavernosus, margine crenulato. Substantia luci obversa cinerea. *Erumpit e ramis exsiccatis Tiliæ, hieme. (v. v)*

Tr. flaccida, tenuis, flaccida, aterrima, externe opaca, interne corrugata. *Engl. Bot. t. 452* media videtur inter hanc & sequentes. *In ramis Quercus.*

Trib. II. GLANDULOSÆ.

Tremellæ spec. *Bull. Ch. p. 220.*

CHAR. Receptaculum crassum, irregulare, sub-applanatum, plano-convexum, demum margineve undulatum, subius rugosum subradicatum, indefinite villosum l. nudum. Tubuli seminiferi obsoleti, quare sporidia jove humido calido elastice exsudent; in siccis modo secedunt. Papillæ hymenii glandulæformis. — *Media inter Exidias & Tremellas, sed affinitate naturali cum illis junctæ, quare separare nolui.*

7. *E. glandulosa*, effusa, subadplanata, crassa, undulata, nigricans, papillis conicis spiculosa, subtus cinerea subtomentosa.

Fungus membranaceus expansus. *Raji Hist. III. p. 22.* Trem. arborea, nigricans, minus pinguis & fugax. *Dill. Musc. 54. t. 10. f. 15.* Tr. atra. *Fl. Dan. t. 834.* Tr. arborea. *Huds. Angl. II. p. 563.* *Hoffm.! Veg. Crypt. I. p. 37. t. 8. f. 1.* Tr. glandulosa. *Bull. Ch. p. 220. t. 420. f. 1.* Dec. fr. 2. p. 90. Tr. spiculosa. *Pers. syn. p. 624.* *Moug. & Nestl. exs. n. 395.* *Schmidt & Kunz, n. 148.* Tr. glauca. *Pers. disp. 31. junior.*

b. *Tr. papillata*. Kunz. ! *Myc. Hefst. I. p. 86.*

Magnitudine & forma maxime varia; junior orbicularis, adpressa, plicata, maculæformis; dein late effusa (2-3 unc.) l. e ramis longitudinaliter erumpens, turgida, undulata; interdum pezizoidea, in aliis stipitata e. s. p., exsiccata membranulam nigram sistens. Color primo albido-glaucus, mox nigrescit. Substantia luci obversa cinerea. Papillæ in statu perfecto tantum adsunt conicæ, asperæ, globulis albis sæpe coronatæ. Cf. Engl. Bot. l. c. Subtus nunc glabriuscula, nunc villosa-rugosa, nunc in b. papillis densis tomentosis obsita. *Ad truncos & ramos, vulgatissima per plurimas orbis plagas. Autumno, hieme &c. (v. v.)*

E diversa magnitudine & evolutionis statu in plurimas species, sed vagas, distingui posset. Hujus loci *Tr. glandulosa, atrovirens, umbrina, glauca*. Schum. *Sæll. p. 437, 438.*

8. *E. saccharina, tuberculosa, gyroso-undulata, crassa, fulvo-cinnamomea, papillis raris adspersa.*

T. spiculosa. *γ. A. S. p. 362.*

Erumpens, basi sub cortice nidulante dilatata, difformi, lævi, pallida. Receptaculum sistit tuberculum subcompactum nunc subrotundum, nunc elongato-seriatum, flexuosum, undulato-gyrosus, colore omni Sacchari cristallisati. Papillæ minutæ, obtusæ, evanescentes. A præcedente bene distincta. *Ad truncos prostratos Pini silvestris & Abietis, vulgaris. Autumno, hieme. (v. v.)*

9. *E. repanda, adpressa, subrotunda, crassa, lævis, carneo-cinnamomea, margine crenulato-crispo.*

Admodum gregaria, turgida, pellucida, unciam lata, subapplanata, sed subtus libera rugosa obscurior! Discus planus lævis, nec costatus l. gyroso-plicatus, sed minute & obtusissime papillosus. Co-

lor carneo-cinnamomeus, expallens, inde supra dilutior. Margo eleganter crenulatus & repandus, non undulatus. Diversissima a priori. *Ad ramos desiduos betulignos & alneos, passim. Autumno, hieme.* (v. v.)

10. *T. impressa*, explanata, impressa, subconchiformis, recens lævis opaca nigrescente-fusca.

Tr. rubescens. Ehrenb. T. impressa. Pers. Myc. Eur. p. 102.

Unciam lata, crassiuscula, sicca, rugosa, sed non valde diminuitur & rufofusca; humectata tota lævis aut tantummodo versus marginem parum plicata, subtus, uti videtur, sterilis est. *Pers. l. c. In Germania.*

11. *E. crenata*, effusa, crassa, undulato-applanata, costata, fusco-hadia, margine eleganter crenato.

Tr. crenata. Schwein. l. c. p. 80.

Inter majores species, præcedentibus cognata. Specimen nostrum humectatum formam vegetam assumere noluit, unciam latum, utrinque glabrum, sed eleganter costato-rugosum striatumve, nigrescens. *Passim in ramis Carolinæ.* (v. s')

12. *E. pithya*, effusa, plana, integra, nigra, subtus rugoso-subplicata late olivacea.

Tr. Auricula V. A. S. p. 302.

Minor, 2-4 lin. lata, crassiuscula, supra ferme lævis, margine integro, subtus rugosa subvillosa. Situs plerumque gregarius. Ab *Ex. Auricula* longe distat. Cf. *Syn. fung. Carol. l. c. Ad truncos & ramos emortuos pineos, etiam mihi minute papillæfera, rarius obvia. Hieme.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. *Auricula Simii*, *Batt. p. 26.*

2. *Tr. juniperina* *α. & β. A. S. p. 303. — viz Gymno-sporangium.*

5. *Tr. rufa*, longitudinaliter dimidiato-infundibuliformis, utrinque lævis, rufa. *Jacqu. Misc. Austr. I. p. 143. t. 14.* — *Schwein. l. c. 1140.* (distinctissimam dicit). Dubii loci. *In ligno putrido.* (v. ic.)

III. NÆMATELIA. Fries.

Tremellæ spec. Willd. - Schum. - Pers. Myc. Eur. p. 98. Næmatelia. *Fries in Liljebl. Sv. Fl. (1815). p. . Obs. Myc. 2. p. 370.* Encephalium. *Link l. c. 1815. p. 53.* Tremella. *Nees Syn. Gen. p. LXXIV.*

CHAR. Receptaculum gelatinosum, undique fructificans, glabrum, nucleum carnosum compactum heterogeneum includens. Papillæ nullæ. Sporidia in ambitu dispersa, demum emersa, nullis tubulis inclusa. — Forma varia, rotundata, subpulvinata, immarginata, sæpius cum stipitis rudimento, superficie plicata l. gyrosa.

HISTOR. Nomen derivatur a *νευμα* & *ελεω*, obvolvo gelatina, ob nucleum variæ figuræ receptaculo inclusum. Ceterum genus aberrans, medium in Tremellam & valde affinem Dacrymycen, basi radicali, in variis notata, nuclei forma prominente. Nullum vero distinctum receptaculum cupulatum, ut in *Ditiola*, l. clavatum, ut in *Crimula*, formatur. Species paucæ, erumpentes, subradicatæ, firmæ, sat persistentes.

1. *N. encephala*, sessilis, pulvinata, plicato-rugosa, carneo-pallida, demum fuscescens.

Trem. encephala. Willd. in Bot. Mag. I. p. 17. t. 4. f. 14. A. S. p. 301. Schum. Scall. p. 438. Pers. Myc. Eur. p. 98. Næmatel. encephal. *Fries ll. cc.*

Solitaria l. cæspitosa, pulvinato-diformis, 4-6 lin. lata & crassa, (sed habui quoque specimina uncialia), firma. Color in vegetis semper carneo-pallidus, siccus rufofuscus, nucleo magno duro albo, basi stipitifirmi. *Ad truncos dejectos pineos & abignos; etiam America. Autumno - vere.* (v. v.)

2. *N. rubiformis*, subsessilis, orbicularis, gyrosa, lutea. *Fr. II. cc.*

Tr. encephaloides & *alutacea*. *Schum. Gall. 2. p. 458.*
Enc. aurantiacum? *Link. l. c. p. 35.*

Præcedente minor, magis depressa, nucleo minus discreto, superficie gyroso-tuberculosa nec plicata e. s. p. Media inter *Ditiotam radicatam* & *Dacr. abietinum*. *Ad ligna & ramos, hieme, vere.* (v. v.)

3. *N. nucleata*, sessilis, applanata, subgyrosa, flavo-fusca.

Tr. nucleata. *Schwein. Syn. l. c. n. 1142.*

Primo orbicularis, lævis; mox subpezizoidea, 1-4 lin. lata, *Dacrymyces stillatum* b. interdum referens, interdum pulvinata, plicatorugosa. Nucleus constanter præsens & valde prominens, primo punctiformis, dein Sclerotiformis albidus. "Componitur ex aliqua membrana, non satis conspicua & intus materia sicciore, quæ farinæ speciem magis habet, quam gelatinæ. *Passim in ramulis Carolina.* (v. s. a Cel. Schwægrich. missam.)

IV. DACRYMYCES. Nees.

Tremellæ spec. Aust. Dacrymyces. Nees Syst. p. 89.

CHAR. Receptaculum carnosogelatinosum, homogeneous, undique fructificans, glabrum, demum subdeliquescens. Papillæ nullæ. Contextus floccosus, floccis assurgentibus, quibus sporidia interspersa. — Forma rotundata l. disciformis, vix marginata, subsessilis, superficie varia.

HISTOR. Typus generis est *Tr. deliquescens* *Bull.* Fungi minores, gregarii, epiphyti, (lignatiles sæpius radicati) sat persistentes, matricem destruentes, interna constructione ad *Mucedines* prope

accedentes, quare ad earum classem quoque retulit acutissimus Nees, quem primum generis Auctorem, tam in generico charactere, quam specierum dispositione, stricte ceterum secutus sum. Nomen a *δακρυ* & *μυκη*.

- * 1. *D. fragiformis*, subcompactus, rotundus, ruber, plicis confertis sublobatis.

Tr. fragif. Pers. syn. p. 622. Ic. pict. fung. p. 23. 2.

X. f. 1. Myc. Eur. p. 99. Dacrym. Nees l. c. p. 156.

b. *carpineæ*, minor, oblonga. d. S. p. 301.

“Exsiccatu 4-6 lin. latus, ceterum ad unciam magnus, colore fragi, intus pallescens. Ex lobis quasi constat hæc species.” *Ad cortices Pini*. b. in *Carpino*. Vere. (v. ic.)

2. *D. moriformis*, conglobatus, sinuosus, ater, opacus, intus carnosus purpurascens.

Tr. moriformis. Engl. Bot. 2446.

Sessilis, rotundatus l. oblongus, tumidus, sinuosus variæ figuræ, baccis Mori non absimilis, colore nigro excepto. Substantia carnosâ, radicibus firmis adfixa. Intra chartam exsiccatu, hanc colore violaceo tingit. *Ad ligna vetusta*.

3. *D. violaceus*, minor, compactus, subcompressus, gyrosus, violaceus.

Agaricum n. 2. Mich. gen. p. 124. Tr. violacea. Relh.

Cant. p. 442. Pers. syn. p. 623. Myc. Eur. p. 101.

Erumpens, gregarius, 3-4 lin. longus, lineam crassus, siccus nigrescens. *Ad truncos Pyri* “communis,” *Mali*, raro. Hieme. (v. v.)

- ** 4. *D. virescens*, suborbiculatus, depressus, gyroso-tuberculosis, virescens.

Tr. virescens. Schum. Scell. I. p. 450.

b. T. cinereo-viridis, l. c.

Gregarius, subconfluens, sessilis, minutus, gelatinosus, diaphanus, primo Pezizæformis. b.) primo planus cinereus, demum tuberculosus virescens; ceterum plane congruunt. *In trabibus & truncis putridis. Aut. - vere. (v. s.)*

5. *D. stillatus*, rotundatus, convexus, demum plicatus, e luteo-aurantiacus.

Agaricum gelatinosum &c. *Hall. herb. n. 2257. Tr. miliaria. Schrank bav. 2. p. 563. T. deliquescens. Bull. Champ. p. 219. t. 455. f. 3. Reb. neom. p. 284. Des. fr. 2. p. 91. Tr. abietina. Pers. Obs. 1. p. 78. Myc. Eur. p. 104. Schum. Scell. p. 440. A. S. p. 304. Tr. sepincola. Willd. ex Reben! Dacrym. stillatus. Nees Syst. p. 89. f. 90. optime (etiam ad var. spectat, fide spec.)*

Gregarius, subconfluens, radicans, luteus, aureus, siccus aurantiocubens & obscurior, 1-4 lin. latus. Forma varia, junior spherica, dein turbinata l. irregularis, pezizoidea, plicata, sessilis l. stipitata. Substantia primo firma, dein mollis deliquescens, e floccis ramosis septatis intertexta, sporidiis aurantiis creberrimis interspersis. — b. stipite 3-4 lin. longo æquali, capitulo subrotundo lævi aurantio-flavo. *Ad ligna apprine pinea, etiam Asiæ & Americæ, frequens. Perennis, sed optime vigens vere. (v. v.)*

β. lutescens, nitidus, siccus fuscescens.

Tr. lacrimalis. Pers. syn. p. 628. Myc. l. c.

Præcedente etiam tenuior dicitur, quod vix, sed sublobatum observo. — Alius fungus tremellosus pisiformis l. pezizoideus luteus, pro hoc habitus (A. S. p. 304) mihi videtur *Pez. chrysocomæ* status. *Ad ligna Quercus &c. (v. v.)*

6. *D. Syringæ*, orbicularis, subtuberculosus, aurantiocuber, stipite brevissimo superne dilatato.

Tr. Syringæ. Schum. l. c. p. 440. Pers. Eur. p. 105.

Minor, gregarius, subconfluens, habitu & loco satis videtur diversus. *In ramis truncorum Syringæ Dec.* (v. ic.)

*** 7. *D. Urticæ*, gregarius, difformis, planiusculus, lævis, aurantio-ruber.

Trem. sæpincola. *Willd. Bot. Mag.* 4. p. 182. ex *Parc. Tr. Urticæ. Pers. syn.* p. 628. *A. S. p.* 304. — *Holt & Schmidt exs.* n. 70. *Fries exs.* n. 213. — *Tr. miniata. Reb. Neom. p.* 284. (cum Tuberc. *Aca-wæ confusa.*)

A reliquis speciebus differt loco & floccis rectis parallelis. Humida turgida ceraceo-gelatinosa, sicca adpressa maculaformis. *Ad caules exsiccatos Urticæ ubique; ravior "Daturæ Stramonii;" etiam in America. - Hieme, vere.* (v. v.)

Nonnulli fungi, pro *Dacrymycis* specie mecum communicati, heteroclitici visi sunt. *D. effusus* est *Thelephora junior*, Trem. scarlatina *Schum.* larva *Gasteromyces* &c.

V. AGYRIUM. Fries.

CHAR. Receptaculum compactum, homogenum, ceraceum, humidum gelatinosum, innato-sessile, sphericum, læve, undique glabrum & fructificans, superficie in sporidia demum fatiscente. Contextus flocculosus. Papillæ nullæ.

HIST. Fungi minimi, punctiformes, gregarii, lignatiles, erumpente-innati, perennes, sæpe macula crustæformi insidentes. Habitus *Lecidææ* immarginatæ. Genus a præcedentibus diversissimum; unica jam descripta species ad *Sticles*, cum quibus analogum, relata. Ob superficiem nunquam non lævem *Agyrium* diximus.

1. *A. cæsiuum*, gregarium, subliberum, convectum, albido-cæsiuum.

Macula nulla. Punctiforme, sed $\frac{1}{2}$ lin. latum; humidum molle, pellucidum; siccum valde induratum, interdum parum difforme & margine repandum. Intus album. *Ad ligna vetusta decorticata pinea, Juniperi &c. Per annum. (v. v.)*

Videtur *Aegerita cæsia* Pers. Syn. p. 685, sed noster fungus exsiccatus non evanescit.

2. *A. flavum*, globulare, demum liberum, pallide flavum.

Macula nulla. Substantia mollis, superficie lævissima. Cum sequentis varietate non commutandum. *In ligno denudato Mali semel legi, hieme. (v. v.)*

3. *A. rufum*, gregarium, sphaericum, compactum, humidum incarnatum, siccum rufofuscum.

Stictis rufa. Pers. Obs. 2. p. 74. t. 6. f. 6. Myc. Eur. p. 338. Tr. Stictis. Syn. p. 628.

Punctiforme, læve, basi applanatum innatum, macula albicante plerumque cinctum. *Ad ligna vetusta, aëri exposita, præcipue Pinuum, vulgatissime. Perennis. (v. v.)*

β . *pallens*, convexum, humidum pallens, siccum luteolum.

Pulchra varietas, etiam maculæ albicanti insidens. *Ad ligna decorticata Populi tremulæ. (v. v.)*

4. *A. atrovirens*, erumpens, elliptico-subrotundum, compactum, humidum atrovirens, siccum nigricans.

Habitus omnino prioris, etiam in macula determinata alba observatur; sed colore constante differt. Convexum, immarginatum; demum eiabens foraminula elliptica in ligno relinquit. *Ad ramos dejectos putrescentes Fraxini. Hieme. (v. v.)*

5. *A. nigricans*, adnatum, subrotundum, convexum, demum rugulosum, fuligineo-nigricans.

b. minus, subsphaericum.

Gregarium, confluens, absque macula, substantia Agyr. lactei, subtus planiusculum, supra fatiscendo rugulosum. b. colore excepto. A. rufo simile. *Ad lignum putridum Quercus. b. in Tilia. Hieme.* (v. v.)

6. *A. herbarum*, gregarium, planiusculum, læve, rufo-fuscum, siccum nigrum.

Tr. Stictis. *A. S.* p. 304. ut videtur.

Valde Agyr. rufo affine, sed minus, irregulare, obscure coloratum, intus vero album; etiam loco & fugacitate differt. *Ad caules plantarum majorum rarius, hieme.* (v. v.)

Tr. cinnabarrina *Bull.* ex habitu ad hoc genus pertineret, sed ad Tubercularias, a quibus l. ab *Ægeritis* hoc genus non multum distat, refert *Cel. Decandolle.*

VI. HYMENELLA. Fries.

Hymenella. *Fries Scler. exs. Dec. XXII.* (1821) *Lejoderma.* *Pers. Myc. Eur. p. 109* (1822).

CHAR. Receptaculum cum hymenio confusum, adnatum, applanatum, læve, tenuissimum, determinatum, humidum molle subgelatinosum, siccum coriaceum. Sporidia? immersa.

HISTOR. Species notæ epiphytæ, plerumque caulicolæ, habitu *Sclerotii* duri, sed molles, tenuiores, in superficie fructificantes, & tamen sporidia non nuda, quare totus fungus ut hymenium elementare, unde nomen, mihi visus. Cum nullo præcedente *Tremellinarum* genere facile comparandæ.

I. *H. linearis*, elongata, linearis, pallens, ambitu adnato.

T. linearis. *Pers. Eur. p. 109.*

Minuta, mollis, striæformis, forsan cum Xylographa analoga. *In ramulis dejectis quercinis, rarior.*

2. *H. vulgaris*, elongata, varia, lævis, albido-pallida, sicca fuscescens, ambitu adnato.

H. Ebuli. *Fries exs. n. 216. Trem. elliptica, Pers. l. c.* (etiam huc spectat.)

Forma varia, plerumque lanceolata, rarius elliptica, sed sæpe plures confluunt, unde difformis; convexo-plana, 1-3 lin longa, ambitu semper determinato nigricante. Humectata tumida, pallens. *Legi ad caules Ebuli, Urticæ, Solidaginis canadensis &c., autumno.* (v. v.)

3. *H. nigra*, subrotundo-difformis, rugulosa, nigra, ambitu subsoluto.

Leptostroma refert, sed superficialis & priori revera affinis. Gregaria, conferta, opaca, plana, quasi e pluribus conflata, lineam vix longa; certe non innata. *Ad caules plantarum emortuos in Kamtschatka.* (v. s. a Cel. Warmsk. commun.)

4. *H. Arundinis*, subrotunda, majuscula, nigrescens, demum subrimosa. *l. c.*

Effusa, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. lata, subinterrupta, opaca, tenuis, prioribus firmior. Nostra, ambitu adnato tenui. Chailletii minor. *Ad culmos exsiccatos Arundinis Phragmitis. Vere.* (v. v.)

Tr. rubra *Berl. Beschäft. Naturf. fr. 3. p. 354. t. 9. f. 7, 8*, nil nisi status siccus *Tr. c. sarcoidis*. — Quoad genus dubia *Tr. Auricula* *Lour. Coch. p. 855.*

Tremellæ nomen, a Botanicis plurimis latissimo sensu sumtum, variis plantis diversis impositum fuit, e quibus fungosæ suis locis citantur; reliquæ, nempe omnes aquaticæ & terrestres, apud Algologos quærendæ; *BULLIARDI* vide apud *Decand. fl. fr. 2.* Etiam ad Algas pertinent *Ely. flava* *Sco-*

pol., *Tr. nivea* Hedw. fil. Obs. t. 2. (aliter statuente Auctore), *Tr. serpentina* Schum. Sæll. p. 438, *Tr. cruenta* Engl. Bot. 1800 *), *Tr. vesicaria* l. c. 2451, Linneanas ut reticeam e. s. p. *Tremella flabellum* Spreng. in Vet. Ac. Handl. 1820. p. 52. est varietas *Zonaria variegata* Agardh. — Specimine carens nescio ubi collocanda *Tr. fimetaria*, subexigua, gregaria, gelatinosa orbiculata, depressiuscula, tuberculosa, fusco-carnea, subdiaphana, sessilis. *Schum. Sæll. p. 440.* In fimo vaccino.

REVISIO ORDINIS:

I. Quæritur, an Tremellinæ ad Hymenomyces vere pertineant, mox respondetur affirmando. Sunt nempe fungi semper aperti (non Gasteromyces; absque floccis discretis (non Hyphomyces) & sordibus superficialibus (non Coniomyces); sed membrana fructificante tecti (hinc Hymenomyces) Desiderantur quidem asci, sed in ipso ordine centrali eosdem deesse vidimus; flocci per varios gradus intermedios in ascos mutantur (Cf. Exidiam), ut ex hoc capite nulla differentia. Multo minus ob substantiam gelatinosam separandæ; contextus enim, v. c. cum Thelephorarum, Bulgaricæ &c. bene congruit. Ceterum, quibus vera affinitas, etiam intimus nexus cum reliquis ordinibus, facile patet.

II. Quæritur autem, an Tremellinæ ob formarum inopiam & characteres satis artificiales cum reliquis ordinibus sint conjungendæ, paulo dubitantes negamus; saltem ob formam vagam, elementaribus solennem, & vegetationem propriam a rite evolutis differre, solummodo cum Sclerotiaceis conjungi posse credimus; quo factò genera & sectiones

*) Coniomycetibus affinem nonnulli putant, alii cum celebri *Uredine nivali* compararunt. Respicientes vero utriusque vegetationis momenta, neutrum ad fungos pertinere a priori statuimus.

antecedentium ordinum, ascis destituta, novum ordinem (Hymenomycetes Mucedineos) subministrarent.

III. Interea & Tremellinæ hunc locum facile tuentur. Abeunt ab Hymenomycetibus, quorum membrana fructificante gaudent, ad Hyphomycetes, cum quibus vegetatione, sporidiis floccis sæpe inspersis &c. conveniunt. Ab hac ordinis idea, nempe transitu ab Hymenomycetibus ad Hyphomycetes, omnes quoque differentiæ ab his & illorum centro derivandæ. Hymenio quidem gaudent & ex perfectissimo hoc organo locus primarius patet; sed asci, ut apud Hyphomycetes, desunt, ad summum adsunt tubuli entospori, cum fibris Byssaceorum (entosporis) analogi e. s. p. *). Ceterum locum inter utramque classem esse vacillantem exinde vel optime patet, quod NEES, vir acutissimus, alteram partem inter Hymenomycetes, alteram inter Hyphomycetes collocaverit.

IV. Tremellinæ pari pede ab antecedentibus ordinibus distant & hoc præcipue suadet, ut pro ordine distincto sumendæ sint. Adscendunt speciatim ad *Ditiolam*, *Crinulam* **), *Thelephoreas* &c.; descendunt directe ad Sclerotiaceæ, indirecte ad Myrothecia, Sporodesmia e. s. p. — Quæ vero e generum revisione facilius patebunt.

*) Gelatinosa substantia inter Tremellinas frequentissima, apud reliquos rarior, strictè exinde non derivanda, sed naturalissima videtur. 1) Sporidia ascis destituta, substantiæ immersa, vix emergent e substantia carnosa l. suberosa, sed facile e gelatinosa. 2) Vidimus omnes hymenomycetes gelatinosos ascos imperfectiores l. emergentes eniti. 3) Flocci, hymenium formaturi, omnino concreverent, ut in præcedentibus, nisi gelatina obvoluti &c.

***) Hæc duo genera magis ob receptaculum, quam ob fructificationem ad præcedentes ordines relata.

V. Generum series, affinitates, dignitates & significationes formulis breviter exponam:

1. TREMELLA (*HMH*).
 — proprie sic dicta (*HMH*²)
 CORYNE (*HMH*²).
 PHYLLOPTA (*HME* † *H*).
2. EXIDIA (*HMU*).
3. NAEMATELIA (*HMM* † *E*).
4. DACRYMYCES (*HMM*).
5. AGYRIUM (*HME*).
6. HYMENELLA (*HME* — *M*).

Ratio uniuscujusvis formulæ in aprico est. Hinc patet, quare Tremellæ undique fructificent, Thelephoras referant, cum Corynis jungantur; quare Exidia supra fructificet sporidiis in tubulis inclusis, dein exsulantibus, (asci enim apud Elvellaceas perfectissimi); quare eadem in dispositione absoluta Tremellis postponenda e. s. p.

Quo magis genus adscendit, eo magis multiplicata superficies fructificans, eo magis gyrosum & plicatum evadit hymenium.

VI. Hyphomycetes per se sunt fungi radican-tes, thalloidei & radicem reliquis fungis suppeditant. Hæc est causa, cur plurima Tremellinarum genera radicent. Idem observatur in generibus mucedineis reliquorum ordinum, in *Rhizoctonia* Sclerotiacearum, *Ditiola* & *Bulgaria* Cupulatorum, *Typhula*, *Crinula* & *Calocera* Clavatorum e. s. p.

Etiam in citata classe thallus essentialis, sporidia accidentalia; hinc genera hujus ordinis non e sporidiis, quæ omnibus fere uniformia, distinguuntur. Probe notandum, eundem characterem non ubique genera separare l. jungere; characteris enim præstantia ab ordinis idea pendet.

VII. Genus MYCODERMA hoc modo defini-
vit Persoon (Myc. Eur. p. 96.): "Orbiculare, co-
riiforme, primo molle, subpellucidum, dein indu-
ratum, substantia ubique æquali. Aspermum." Ex
hoc caractere vix; at e situ superficiali, loco na-
tali &c. minime ad hunc ordinem pertinere potest.
Forsan non vegetabile; saltem, quamdiu aspermum,
ut autonomon *) non censendum. Si vero adsint
sporidia ad Hyphomycetes referendum, certe ve-
getatione cum variis Mucedinibus convenit. Sic
ex. gr. reperi fungum flavum, habitu Tremellæ, in
quem allatus character bene quadrat nec loco mi-
nus abnormem, nempe partem recenter desectam in
culmis succosis avenaceis tegit; hunc primo valde
suspectum habui; sed sub vitris bene augmentibus
examinatum *Fusisporium avenaceum* dixi.

VIII. Natura saltem gelatinoso-tremellosa &
loco epixylo gaudent *Embolus* Hoffm., *Mesenterica*
Tod. & P. *Phlebomorpha* Pers.; sed in TRICHO-
CISTOS, quidquid adversetur Pers. *Myc. Eur.* p. 61,
evidenter abire, sæpissime vidi. Sunt igitur & hi
inter fungos larvatos revocandi.

E tandem 43 speciebus, quas ex hoc ordine
Persoon l. c. attulit, 22 utpote synonyma, variet-
ates l. ad alios ordines pertinentes exclusimus.

*) Omnes fungi aspori omittendi; præcipue *Hyphomyces*
aspori sunt status nondum rite evoluti l. monstrosi-
tates locales locis suffocatis ubique obvix. Hinc pluri-
ma e numerosis *Byssorum* generibus apud Pers. *Myc. Eur.*
plane delenda. Idem valet de variis *Thelephoris* e. s. p.

ORDO VI.

SCLEROTIACEÆ.

Sclerotium. *Toda fung. Meckl.* 1. p. 2. *Pers. syn.* p. 119. *Decand.* in *Mem. Mus. Hist. Nat.* 1816. p. 411 sq. *Gasteromycei solidi*. *Link diss.* 21. *Sclerotia*. *Nees Syn. gen.* p. LXXIV. *Syst.* p. 147. ! *Tuberacearum genera*. *Pers. Ch. Comest.* (edit. germ. p. 32.)

CHAR. Receptaculum varium, carnosovesiculosum, semper apertum, undique l. apice tantum fructificans; intus solidum, simile; cum hymenio sporidiisque confusum. Hymenium receptaculum subcorticans, primo læve, demum rugulosum; raro villosum l. fibrillosum. Asci nulli. Sporidia concreta, contextum fere omnem intra corticem constituentia; alia demum libera *) subemergentia. — Forma varia, sed singulæ speciei subdeterminata, in rotundam l. globosam tendens. *Erumpenti-liberatae* l. *adnatae*, primo sæpe molles.

Obs. Receptaculum, quod ab omnibus semper clausum, a nobis apertum dicitur. Omnis enim fungus, aut in superficie (& tum apertus) aut intus (& tum demum rumpendus l. fatiscendus) fructificabit. Nullum fungus (nisi subterraneum?) semper clausum assumimus. Sclerotiaceæ ruptæ l. totæ fatiscentes numquam visæ, quare me iudice *aperta* dicendæ. Inde non sequitur sporidia esse *nuda*, nam in Hymenomycetibus ab initio in hymenio nidulant.

AFFINITAS multiplex; nam quo inferius descendimus, eo minus distant corpora naturæ, eo

*) Per sporidia *libera* ascis non inclusa proprie intelligimus. Sed & sporidia ascis non inclusa, at *conglobata*, occurrunt.

facilius limites confluunt. Sic non solum ad omnes antecedentes ordines, immediate ad radios, median-tibus superioribus ordinibus ad centra, adscendunt Sclerotiaceæ; sed etiam ad omnes ordines hymeni-nos & epiphytos reliquarum Classium plus minus accedunt. Hæc in ordinis revisione exponenda; interea centra saltem notis datis facile dignoscuntur.

HISTORIA. Ante Tode, observatorem sagacissimum, qui Sclerotia a reliquis fungis primus distinxit, una alterave species tantum nota, sub diversissimis generibus (Lycoperdo, Sphæria, Tubere &c.) confusa latens. Species descripsit, additis 2 Acrospermis, 10, Persoon in syn. 16; plures addere Schumacher, Albertini, Schweiniz, Schmidt &c. In plura genera primus disposuit Cel. Decandolle, cui nitidam monographiam cum 39 sp. quoque debemus. De fructificatione & loco magna dissentio; illam ignotam dixere Tode. Persoon, Link; sporidia una cum Decandolle, Ehrenberg, cujus acutæ observationes has affinesque plantas egregie illustrarunt, &c. visa volui, ubique conglobata, passim pruinae instar emersa. Plurimi ad Gasteromycetes retulere, Decandolle affinitatem cum Clavariis notavit, nos cum Neesio in Hymenomycetum limine collocamus. Ceterum in variis familiis, diversissimis limitibus circumscriptis, frequenter collocatæ.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Species plurimæ cognitæ epiphytæ; nunc in plantis vivis, nunc recentem mortuis obviæ; earumque more in diversis regionibus a diversa matrice variæ; tamen, cum plurimæ liberentur, multo minus quam Entophytæ, Phylleriaceæ &c. Sed habemus quoque genus extraneum, subterraneum, minus notum, sequenti ordini proximum. Ceterum in cryptis, cellis aliisque locis subterraneis nullas subeunt mutationes, tantummodo non fructificant. Optime vigent tempestate hiemali, autumno serotino primoque vere;

nive' liquescente vulgatissimæ. Tantum Spermœdia paucæque, Entophytis proximæ, æstivales. Interea per plures menses sæpe vegetant & exsiccatae diu immutatae persistunt.

VIRES & usus. Odor & sapor nullus l. nauseosus; certe nulla species esculenta. Quæ e seminibus destructis oriuntur maxime venenata. Aliæ plantarum vivarum radices incolunt & enecant, aliæ ipsam herbam, sæpius vero ægrotantem & mortuam, inficiunt, hinc Oeconomis valde infestæ. Species tantum majores geogeniæ officinales.

GENERA ex epidermide & fructificatione oriuntur sequentia :

- * *Geogenia*. Nucleo molliori. *Heteroclita*, *Gasteromycetibus* analoga.
- 1. **PACHYMA**. Carnoso-suberosum, cortice lignoso squamoso persistente. *Subterraneum*.
- 2. **PYRENIUM**. Globosum, arrhizum, cortice lævi, pulpa primo gelatinosa, "nucleo cereo subrecedente." *Terrestre*.
- ** *Epiphyta*. Nucleo simili l. firmiore. *Sclerotiaceæ veræ*.
- 3. **ACROSPERMUM**. Elongatum, subclavatum, cortice simili, apice distincte fructificans.
- 4. **SCLEROTIUM**. Subrotundum, arrhizum, cortice simili, undique obsolete fructificans.
- 5. **RHIZOCTONIA**. Difformis, cortice simili persistente, fibris radiciformibus undique emissis conjuncta. *Radicibus incumbens*.
- 6. **PERIOLA**. Arrhiza, carnosa, cortice undique villosa persistente.
- 7. **ACINULA**. Arrhiza, glabra, cortice discreto farinaceo-granuloso diffluente. *Libere evoluta*.

*** Appendix. *Sclerotiformia.*

8. SPERMOEDIA. Entophyta, subfarinacea, cortice concreto subpruinoso. *Semina morbosa.*

CRITICA. Ex observationibus recentissimis ex hoc ordine excludimus Tuber & Erysiphe, ad analogos ordines classis sequentis relata.

Fungi subterranei cum plantis parasiticis optime comparantur. Hæ, ad quamcumque familiam pertineant, facie propria distinguuntur, ut primo obtatu potius distinctam constituere familiam, quam in diversis disponendas esse crederes. Ita & fungi subterranei semper tuberiformes, clausi &c.; tamen e fructificatione diversa ad ordines diversos retulimus. Ceterum fungis perfectioribus radice sæpius inserviunt v. c. Radix *Pezizæ tuberosæ*, *Typhularum*, *Agaricorum*; *Hypogæum Sphæriis* &c.

I. PACHYMA. Fries.

CHAR. Oblongo-subrotundum, arrhizum, cortice discreto crasso lignoso squamoso, i. tuberculoso, intus simile carnosum — suberosum. *Fructificatio ignota.*

HIST. Fungi maximi, subterranei, in regionibus calidioribus obvii, in medicina diversis regionibus laudati. Ob substantiam corticemve crassam nomen imposui. In vivis melius inquirendi, an in perfectiores fungos abeant.

1. *P. Cocos*, oblongum, cortice duro fibroso-squamoso brunneo.

Scl. *Cocos*. *Schwein. l. c. p. 306.*

Ellipticum aut subreniforme, magnitudine capitis humani, nucem *Cocos* exacte refert. Cortex unciam crassus, fibroso-squamosus, durus, colore radicum Pinorum. Intus uniforme læve, materia carnosu-suberosa repletum, odore fungoso-farinaceo. Color in adultis subcarneus. Ad morbos sanandos

ab incolis adhibetur. *In terra Carolinae, praesertim in pinetis sabulosis varius.* (v. s.)

2. *P. Tuber regium*, oblique rotundatum, cortice tuberculoso glabro nigro.

Folin. *Mart. Atl. Sin. p. 65.* *Tuber regium.* *Rumpf Amb. p. 120. t. 57. f. 4.*

Magnitudo pugni, interdum capitis infantis. Cortex tuberculosus, foveolatus, absque fibrillis, ob colorem nigrum l. terreum lapidem referens. Intus album, cretaceum, lentum, simile, inodorum & insipidum. Matrix est Agarici Tuberis regii. In medicina Orientalium laudatum contra diarrhoeam, faucium dolores, febres &c. Uba radia, Culat batu *Malajis.*, *Ulathatu &c. Amboin.*, *Djamor bonkang Javanis.* *Sub terra montium in Moluccarum insulis.* *Apr. Oct.* (v. ic.)

Species minus nota:

3. *Hoelen. Sinensium.* Oblongum, cortice rugoso, extus intusque sordide flavescens.

Magnitudo capitis infantis. Medicamentum pretiosum, Theae instar, ad vires corroborandas, in Phthisi &c., usitatum. *Sub terra arenosa in China, provincia Suchensi.*

II. PYRENIUM. Tode.

Fung. Meckl. I. p. 35, Obs. Pers. syn. 235.

CHAR. Subrotundum, sessile, arrhizum; cortice sublavi, glabra, persistente; pulpa gelatinosa molli, "nucleo cereo subecedente." Sporidia de nam emersa.

HIST. Fungus huius generis a Tode primo descriptus, et a Sclerotio, qui eum omnino Sclerotii. Character genericus a beat. Tode datus minus quadrat, ad duo longe diversos fungos adaptatus; sed contraria fere de fungo idea,

quam in obs. exponit vir acutissimus, ad veritatem propius accedere mihi videtur. Fatetur nempe, se sporidia in nucleo frustra quæsisisse; pulvisculumque fulvum, quo superficies in adultis passim adspersa invenitur, vera esse seminula auguratur. Substantiam in fungo vegeto mollem similem equidem quoque observo, quæ sensim rigescens nuclei, sæpe obsoleti, speciem format. Varia Sclerotia intus quoque dehiscunt. Est igitur Sclerotiaceæ, l. quasi Tuberculariæ, utpote terrestri, optime evoluta & hymenio cincta. Nomen a *πυγνῦ*, nucleus.

1. PYRENIUM *terrestre*.

P. terrestre. *Tod. l. c. p. 35. t. 6. f. 50. Pers. syn. p. 236. Schwein. apud Schwægr. l. c. n. 530.*

Aggregatum, globosum, nunc elongato-globosum, nunc depressum, magnitudine seminis cannabini ("Pisi, interdum multo minoris" *Tod.*) glaberrimum, læve, sub lente leviter papillosum, extus intusque aurantiacum. Pulpa gelatinosa, indurato farinoso-gummata, intus subinde dehiscens, unde formatur nucleus. *Ad terram nudam, sterilem, squalidam Tode. Inter Lichenem terrestrem putridum dissolutum in Carolina legit Schweiniz. (v. s.)*

III. ACROSPERMUM. *Tode.*

Acrospermi spec. Tod. Mechl. I. p. 8. Clavariæ spec. Pers. Comm. Clav. p. 68. Xyloglossi spec. Pers. Ch. Comest.

CHAR. Elongatum, subclavatum, sæpe stipitatum, cortice tenuissimo membranaceo inseparabili persistente intusque cartilagineo carnosum, simile. Apex demum subtumens, e sporidiis pruinosus. *Subarrhizum, perpendiculare, libere evolutum, tenax.*

DIFFERT 1) *Pistillaria* substantia carnosâ, contextu subfloccoso. 2) *Coryne*, Tremellæ subgenus, itidem contextu & substantia gelatinosa, quare analogæ dicuntur. Maxime vero affine est *Sclerotium*, a quo non nisi fructificatione tantum terminali differt, nec, cui pro Sclerotii tribu habere placet, contradicam. E forma, ut vult Persoon, quæ inter prototypos semper vaga, non distinguenda; vera Sclerotia subclavata nec ob formam globosam aliquam speciem ex hoc genere excluderem.

HISTORIA. Fungi rigidi, minuti, in vegetabilibus emortuis parasitantes, basi subadnati. Tode genus cum 2 speciebus veris & fructificationem primus observavit; hoc vero ad Corynæ monstrositates (ad mentem quoque primam Todei; cf. l. c.); species cum Clavariis confusæ, donec Nees, solito acumine, Sclerotiaceis addiderit. Quare nomen Todei, utpote *apicis semina* exprimens, Persoonii, formam externam respiciente, prætuli, e nostra de generis charactere essentiali idea facile patet.

1. *A. compressum*, lanceolatum, subcompressum, nigrescente-olivaceum.

A. compressum. *Tod. Meckl. I. p. 8. t. 2. f. 13. Clav. herbarum. Pers. Comm. Clav. p. 68. t. 3. f. 4. Dec. fr. 6. p. 30. Schmidt & Kunz, exs. n. 69.*

Gregarium, 2 lin. fere longum, primo læve, demum apice concentricè sulcatum & a sporidiis erumpentibus albo-pruinoseum. Fungus exoletus itidem nudus & longitudinaliter sulcatus. *Ad caules plantarum exsiccatos; in foliis Americæ, vere. (v. v.)*

β. fungorum, semipellucido-badium, cingulo opaco nigro. *A. S. p. 291.*

Apice albo-pruinoseum. *In Agaricis siccis, autumno.*

2. *A. Sclerotioides*, sursum incrassatum, badium, basi tuberosum.

Vide *Vol. I. p. 497* sub *Pistillaria*. Ad hoc genus pertinet teste *Pers. Myc. Eur. p. 193. t. 11. f. 3, 4.* (v. ic.)

3. *A. conicum*, conicum, læve, nigrescens, apice dilutius. — *Pers. l. c. f. 5, 6.*

Gregarium, rectum, subulato-conicum, nec deorsum attenuatum, læve, glabrum, apice molliori fructificans, intus album. Exstat varietas basi ventricosa. *Ad caules plantarum exsiccatos, varius. Vere.* (v. 8.)

4. *A. cornutum*, corniforme, læve, siccum sulcatum, rufum, apice demum dilutius.

Bull. t. 256. pro radice A. tuberosi. Scl. cornutum. Fries Obs. Myc. I. p. 205.

Gregarium, subulato-conicum, sed curvatum, 3 lin. longum & ultra, basi obtusum, apice acuto similari, demum (rarissime) pruina emittens, sæpius *Ag. tuberosum* emittens. *In Agaricis putridis passim. Aut.* (v. v.)

5. *A. pyramidale*, ovato-acuminatum, læve, roseum, apice albo-pruinoso, basi flocculosum.

Tod. Meckl. I. p. 9. t. 2. f. 14.

Solitarium, durissimum, rectum, 3 lin. ferme longum, radícula tenera byssina candida. Junius candidum, subulatum, pubescit, adultum glabrum pallide roseum, simul inferne attenuatur. *In Agarico delicioso exarefacto, Aprili.* (v. ic.)

A. unguinosum. Tod. l. c. vide sub Coryne. [A. Lichenoides l. c. Lichenis monstrositas.

IV. SCLEROTIUM. Tode.

Sclerot. sp. Tod. Meckl. l. c. p. 2. Nees Syst. p. 148.!

Dec. Memoir. Mus. l. c. p. 411.! — vide supra.

Coccopleum. Ehrenb. silv. Myc. Ber. p. 27.

CHAR. Subrotundum, varium, cartilagineo-carnosum, intus simile; cortice tenuissimo mem-

branaceo inseparabili persistente; in siccis subrugosum. Apex nullus. Sporidia subinde pruinæ instar undique emergentia. — *Arrhizum*, *glabrum*, *raro subiculo villosa*.

ABERRATT. Sporidia in speciebus subterraneis saltem numquam emergunt; vix in *Coccopleis* Ehrenb. Paucæ species in centro subinde dehiscunt; aliæ basi villosæ, sed cortex glaber, aliæ substipitatae.

HIST. Fungi minores, gregarii, liberati l. adnati, epiphyti, in plantis emortuis l. vivis parasitantes, immo lignatiles & fimicolæ, ob insignem duritiem denominati. Plures semina plantarum exacte referunt; *Scl. semen*, quod pro semine Brassicæ aliqui habuerunt, apud Veteres celebre. PERSOON ad hoc genus quoque refert Rhizogoniam & Erysiphe, quæ iterum excluserunt Decandolle & Nees. *Coccoplea* Ehrenb. pro Sclerotiiis verissimis habeo. Species numerosa.

DIVIDITUR e vegetatione plus minus evoluta in tribus sequentes:

- I. LIBERA. Undique demum libera, modo adhærentia.
- II. ERUMPENTIA. Primo inclusa, dein erumpentia liberata. *Epiphylla*, *raro corticola*.
- III. ADNATA. Superficialia, nuda, basi adnata. *Caulicola* l. *entophylla*.
- IV. XYLOMA. Basi applanata, innata, cum epidermide concreta. *Epiphylla*.

Prima ad tertiam, secunda ad quartam præcipue abit. — Color ad sectiones parum valet.

Trib. I. LIBERA.

Centrum generis & species inter se quoad fructificationem, difficile describendam, diversas jungens, unde sectiones tres memorabiles.

* *Nuda, subregularia, glabra, extus demum fructificantia.* Primo mollia pallida, dein nigrescunt. *Epiphyta.*

1. *S. complanatum*, erectum, substipitatum, obovatum, compressum, ex albido-fuscens, intus album.

Tod. Meckl. I. p. 5. t. 1. f. 9. Pers. syn. p. 121. Reb. Neom. p. 361. A. S. p. 74. Dec. Mem. l. c. p. 413. Nees Syst. f. 140.

Primo molle lacteum, dein indurescit flavidum, siccum fuscens. Primo teretiusculum, dein compressum obovatum l. obcordatum, rugulosum. Undique subinde sporidiis albis emersis tectum. *Ad folia, stipulas deciduas &c. frequentissime; rarior in America. Hieme, vere. (v. v.)*

2. *S. scutellatum*, horizontale, substipitatum, orbiculare, depressum, fuscum, intus album.

A. S. p. 74. t. 3. f. 6. Nees Syst. f. 139. Dec. l. c. p. 418.

Pezizam primo aspectu assimilat, orbiculum exacte referens, planum, l. subconcauum, 2-3 lin. latum, demum rugulosum nigrescens. Stipes e latere conspicuus. *Ad folia Fraxini, Aceris &c. vere. (v. v.)*

3. *S. pezizaforme*, horizontale, subsessile, orbiculare, planodepressum, virescente-album, intus concolor. — *Schum. l. c. p. 186.*

Subtus convexum, læve, supra patellatum margine obtuso, Pezizæ instar, 1 lin. latum. Substantia duriuscula. *Ad folia dejecta Fagi silvaticæ, autumno. (v. ic.)*

4. *S. excentricum*, horizontale, subsessile, depressum, tuberculoso-rugulosum, pallidum, fuscens, uno angulo productum.

Omnino liberum, sparsum, vix lineam latum, molle, nudo oculo læve, sub lente tuberculosum ut

semina Arenariæ trinerviæ. Aetate juniore modo lectum. *Ad stipulas deciduas, rarissime. Autumno.* (v. v.)

5. *S. Semen*, liberum, sphericum, ex albido-lutescens, spadiceum, demum corrugatum nigrescens, intus album.

S. Semen. Tode Fung. Meckl. I. p. 4. t. 1. f. 6. Pers. syn. p. 123. A. S. p. 75. Reb. Neom. p. 361. Dec. l. c. p. 417. Nees Syst. f. 138.

Plerumque exacte globosum, mobile, 1-2 lin. latum, primo album, mox fulvum, spadiceum, demum nigrum, rugoso-cavernosum, siccum valde durum. *Frequens supra folia putrescentia, stipulas deciduas &c. ubique. Hieme, vere.* (v. v.)

β. *Brassicæ*, confertum, subimmersum, intus pallidum.

Tremella spherica &c. Gled. Act. II. p. 346. Lycop. Brassicæ. Berg. in Vet. Ac. Handl. 1766. n. 217. Sphæria Brassicæ. Bolt. t. 119. f. 2. Sowerb. t. 393. f. 3. — Fries exs. n. 68.

A veteribus semper, a recentioribus sæpe cum *S. vario* confusum, quare synonyma non distribuuntur; plurima communia. Cf. *Scl. varium. Ad caules & folia Brassicæ, vix unquam subterraneum, vere.* (v. v.)

Possset in plures species dividi, vix vero in scientiæ emolumento, deficientibus acutis characteribus.

6. *S. vulgatum*, liberum, globosum, l. difforme, lævissimum, flavum, intus album. — *Fries Obs. I. p. 204.*

Non cum *Scl. semine* commutandum; substantia enim firmior, forma varia, superficies numquam non lævis, color vix nigrescit, situs solitarius parvus. *In fimo aliisque quisquiliis putrescentibus, jove pluvio.* (v. v.)

β. *difforme*, reniforme, corniculato-decumbens, sublobatum, subtectaceum.

Color primo pallidus, siccus obscure testaceus. Superficies semper lævissima. In foliis Pyri, Populi tremulæ & Fraxini putridis, vere. (v. v.)

7. *S. udum*, ovato-globosum, liberum, glabrum, e fulvo purpureo-rufum, intus pallidum.

Plane liberum, mobile, magnitudine seminis Sinapis, carnosum, siccum rugosum, opacum. Locis udis inter quisquilias, ad Scirpum lacustrem putridum &c. varius. Vere. (v. v.)

8. *S. stercorarium*, liberum, subrotundum, nigrum, siccum rugulosum, intus album.

Dec. fr. 2. p. 277. Mem. l. c. n. 8. t. 14. f. 4.

Subglobosum, Piso majus, carnosum, molle. In merda humana, varius alibi. Aestate. Autumnq. (v. v.)

** *Subterranea s. obtecta, glaberrima, difformia, plerumque lobata, vix fructificantia!* Substantia parum mutatur, color constans. Radicibus, Muscis, fungis subputrescentibus &c. adhærent.

9. *S. Lotorum*, subterraneum, globosum, nudum, sublæve, pallidum, intus olivaceo-virens l. subgriseum.

Biv. Bern. stirp. rar. IV. p. 26. t. 6. f. 1.

Lineas 1-2 latum; odore Tuberis cibarii, sed nauseoso; cuticula lævi, carne succulenta. Ad radices Loti biflori, ornithopodioidis, edulis & tetragonolobi gregatim adhærens, tamen innoxium, vere. (v. ic.)

Ex hac regione *Sc. rhizogonum* Pers. Ch. com. — nomine solum notum. — ad radices Pisi, Viciae sativæ.

10. *S. Medicaginum*, subterraneum, flabelliforme l. cuneiforme, extus furfuraceum, intus sordide fulvum l. roseum.

Bern. l. c. p. 26. t. 6. f. 2.

Tubercula compresso-planiuscula, forma varia, apice 2-5-loba, lobis obtusis, basi angustata acutaque, a $\frac{1}{2}$ ad $1\frac{1}{2}$ lin. lata, $1\frac{1}{2}$ lin. longa, cuticula furfur albocinereo quasi aspersa, haud dura. *In radicibus Medicaginis Echinae, orbicularis &c., haud noxium, vere. (v. ic.)*

11. *S. tectum*, tectum, magnum, applanatum, difforme, nudum, nigrum, intus albidum.

Fries Obs. I. p. 204.

Singularis specie, libera, sed epidermide herbarum oblecta, $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ unc. longa & lata. Cum *Scl.* duro adest affinitas; tamen habitu cum sequenti magis convenit. *Ad caules plantae majoris non definiendae raro, primo vere. (v. v.)*

12. *S. vaporarium*, tectum, magnum, durissimum, varium, fuscescens, demum corrugatum nigrum.

A. S. p. 73. t. 10. f. 1. Dec. l. c. p. 414. n. 10. Nees Syst. f. 136.

Forma varia, subglobosa, oblonga, reniformis, fabaformis &c.; unciam usque longum, 4-6 lin. latum. Substantia alba, dein pallens. *Intra corticem vaporarium, aut. - vere. (v. v.)*

13. *S. atratum*, majusculum, difforme, rugoso-tuberculosum, nigrum.

Desv. Journ. Bot. 1809. II. p. 313. Dec. l. c. n. 11.

Longitudo interdum pollicaris, diameter $\frac{1}{2}$ poll. *Inter muscos supra rupes Pictaviae superioris.*

14. *S. atrovirens*, convexum, sublobatum, durissimum, laeve, atrovirens, intus albidum.

Schmidt l. c. p. 86.

Lineas 2-4 latum, 1-2 crassum, siccatum atrofuscum. Intus primo virescente-, dein cinerassente-album. *In Polyporo fomentario putrescente, Lipsiae.*

15. *S. fungorum*, difforme, lobatum, glabrum, pallidum, dein fulvum, intus albidum.

Pers. syn. p. 120. A. S. p. 73. Dec. l. c. n. 9.

Forma valde varia, sed etiam subrotunda; nunc laeve, nunc lacunosum. Color demum badio-fuscus, nigrescens. *Intra lamellas Agaricorum putrescentes, A. tuberosum alens, frequens, etiam in America boreali. Autumno. (v. v.)*

β. S. lacunosum, durum, lacunosum, nigrum.

Pers. disp. p. 15. t. 3. f. 7. Syn. p. 121. Sowerb. t. 287. Nees Syst. f. 137. Dec. l. c. p. 418. n. 22.

Vidi specimina prioris nihil essentialiter diversa, sed *A. racemosum* non aluerunt. *Subterraneum. (v. ic.)*

16. *S. truncorum*, varium, subcompressum, tuberculosum l. lacunosum, glabrum, flavum, intus album.

Scl. subterraneum. β. truncorum. Tod. l. c. p. 4. t. 1. f. 5. c. d. A. S. p. 73. Dec. l. c. p. 412. Scl. flavum, Schum. Sæll. 2. p. 186.

Species maxime varia, vix forma ulla constans; sed loco, colore constante & superficie inæquali optime dignoscitur. Nostrum sæpius scrobiculatum, 3-6 lin. longum; junius obsolete sericeum; subinde radicibus mucedineis, sed peregrinis, innatum. *Ad ligna uda Fagi &c. passim. Fere Perenne. (v. v.)*

17. *S. Muscorum*, difforme, lobatum, glabrum, tuberculosum, extus intusque aureum.

a. muscorum. S. subterr. a. Tod. l. c. p. 3. f. 5. a. b. A. S. p. 73. Dec. l. c. S. muscorum. Pers. l. c.

b. lignatile.

Præcedente etiam rigidius, subfragile, magisque aggregato-conglomeratum. Multo magis affine *Rhizoctonia muscorum*, tamen aut ut diversæ species

servandæ aut illa duo genera conjungenda. *Circa muscorum radículas frequens, rarior ad ligna, etiam Americæ. Aut. - vere. (v. v.)*

18. *S. Hypnorum*, subrotundum, tuberosum, punctis elevatis minutissimis subfarinosis, coccineum, intus pallidum.

S. Hypn. Schum. Scell. 2. p. 185.

Substantia carnosæ, mollis dicitur. An igitur, ut *Scl. Fagi* l. c., larva *Gasteromycis*? *In locis humidis pinetorum surculis subdefossis Hypnorum inhaerens. Sept. Oct. (v. ic.)*

Foliis pineis tectum reperitur etiam *Scl. vulgatum*.

*** *basi flocculoso-villosa adfixa.*

19. *S.?* *mycetospora*, liberum, subtectum, globosum læve, stramineo-album, basi tenui byssinæ insidens.

S. mycetospora. Fr. Nees in litt.

Habitus seminis *Sinap. albæ*, gregarium; primo obsolete pubescens, album; mox glabriusculum, stramineum. Observante Cel. inventore æstate, favente luce! (h. e. non obtectum) in *Agaricum voluacem* excrescit. *Inter corticem in Caldariis. (v. s.)*

Cum status modo elementaris & e vegetatione, luce priva, personatus sit, strictissime omittendus; tamen ad indolem reliquorum, quibus simillimum, illustrandam maxime confert, quare inserere non dubitavi. Cf. *Scl. pubescens, fungorum* &c., quæ etiam *Agaricos* progignunt.

20. *S. pubescens*, liberum, globosum, pallidum, basi villosoradiculatum.

Pers. syn. p. 123. A. S. p. 76. Dec. Mem. l. c. p. 412.

Gregarium, 1 lin. latum, medio sæpe excavatum. Variat forma globosa, ovata, acutiuscula, demumque deciduum in *Agaricum* explicatur! *Ad lamellas Agaricorum, sero autumno frequens. (v. v.)*

21. *S. floccipendulum*, liberum, subellipticum, laeve, flavum, uno latere floccis albis levissime adhærens.

Parum difforme, subinde compressum, 1-2 lin. longum, intus concolor. Plura specimina non juncta. *Supra folia decidua pinæ, primo vere.* (v. v.)

22. *S. stipatum*, aggregatum, ovato-globosum, testaceo-fuscum, supra rugosum, basi primo fibrillis effusis junctum.

Admodum memorabile, *Myriococco præcoci* affine. Pusillum, stipatum, erectum, fibrillis demum evanescentibus insidens, molle, pallens, intus fere concolor. *Ad ligna putrida duriora, hieme.* (v. v.)

23. *S. strobilinum*, sphericum, rugosum, nigrum, intus album, fibrillis radiatim expansis insidens. — *Schmidt Myc. Hest. I. p. 85.*

Globosum, rugulosum, $\frac{1}{2}$ lin diametro, thallobifibrilloso insidens. Ab *Erysi*, he tamen abunde differt. *Ad strobilos Pini putrescentes, Saxonice.*

24. *S. radicum*, sparsum, ovatum, erectum, basi producta fibrilloso-radicatum, nigrum.

Tode l. c. p. 5. t. 1. f. 8. Pers. syn. p. 122.

Substantia compacta, subsucculenta, in centro demum dehiscens. Diam. ferme linearis. Dubia species, terrestris dicitur, sed verosimile stipulis dejectis adhærens, *solo humido umbroso. Sept.* (v. ic.)

Trib. II. ERUMPENTIA.

CHAR. Primo inclusa, dein erumpentia sublibera, globosa l. depressa, glabra. (Scl semen &c. primo etiam epidermidis membrana teguntur.)

25. *S. immersum*, erumpens, subovale, decumbens, glabrum, flavescens.

Tod. Meekl. l. c. p. 2. t. 1. f. 3. var. a. Dec. fr. 6.
 III. *Mem. l. c. p. 412.*

Plerumque ovale, interdum rotundatum, $\frac{1}{2}$ — 1 lin. latum, stramineum, semper læve, intus album. *In superficie ramorum emortuorum Pini silvestris, vere. (v. v.)*

Tode l. c. etiam notat b) *album* in ramis Oxyacanthæ. c) *clandestinum* subsinuato-compressum, paleaceum, in superficie frondis quercinæ. Hoc ad *S. vulgatum* potius referendum.

26. *S. fulvum*, erumpens, liberum, oblongo-globosum, rugosum, fulvum, intus albidum.

Junius immersum, subcoccineum, demum folium finditur & liberum evadit. Sequenti paulo majus. *Ad folia graminea vere. (v. v.)*

27. *S. sanguineum*, erumpens, liberum, pusillum, globulare, læve, obscure sanguineum.

Junius in folii substantia nidulat, dein superficiale & liberum, magnitudine seminis Brassicæ. Primo pallidum, demum rufofuscum. *Ad folia Convaltaricæ majalis, bifolicæ &c. Hieme. (v. v.)*

28. *S. inclusum*, erumpens, liberum, lenticulare, rugosum, primo spadiceum, demum nigrum.

Schmidt & Kunz. exs. n. 137.

Sparsum, 1-2 lin. longum, foliis perforando-immersum. Affine *S. semine*; sed intus album *nigro-punctatum*, interdum cellulis cavis majusculis atris, ut e Sphæriarum familia crederes. Ejusdem indolis *Sph. Populi*. Fries Obs. 2. *In utraque pagina foliorum populinorum semiputridorum, hieme. (v. v.)*

29. *S. rugulosum*, emergens, ellipticum, semiaplanatum, rugulosum, nigrum. *Fr. l. c. p. 204.*

E fungis putridis emergit, lineam latum, supra convexum, subtus planum, opace nigrum, intus nigrescens, non punctatum. *Ad Agaricos, præsertim Merulios putrescentes. Hieme, vere. (v. v.)*

30. *S. palliolatum*, inclusum, globosum; hemisphaeriis utrisque prominulis tectis; primo album, nigrofuscum, intus concolor.

Coccol. pall. *Ehrenb. silv. Myc. Ber. p. 27.*

Gregarium, raro confluens, sporidiis fardis globosis conglutinatis subpellucidis. *In lamellis Agaricorum putridis. Aut.*

31. *S. maculare*, minutum, folio tectum, applanato-globosum, nigrum, maculae determinatae insidens.

Demum epidermis folii secedit & nudum evadit. Macula lactea. Siccum nigrum, subcollapsum; humectatum caesio-nigrum. *In foliis deciduis variis Betulae, Populi &c. hieme. (v. v.)*

32. *S. Tragopogi*, erumpens, subglobosum, disco collapsio subpezizoideum nigrum, intus album.

A. S. p. 77. Dec. Mem. l. c. p. 49.

Primo immersum, Sphaeriae herbarum non ab simile, e fusco-nigrum. Plurimae occurrunt formae, l. species affines; *Sph. nigra* Sowerb. t. 393. f. 1. huc referri posset. *Ad caules Tragopogi; variarumque herbarum. Aut. (v. v.)*

33. *S. Cyparissiae*, erumpens, subglobosum, carnosum, durum, extus violaceum, intus nigrescens.

Dec. fl. fr. 6. p. 114. Mem. l. c. p. 419. t. 14. f. 2.

Pulchra species, in pagina inferiori foliorum vivorum *Euphorbiae Cyparissiae. (v. ic.)*

34. *S. Circaeae*, erumpens, obovatum, laeve, carnosum, durum, purpureo-atrum, intus fuscum.

Schum. Sæll. II. p. 137.

Valde affine priori, vix nisi forma subturbinata diversum. *In aversa parte foliorum languescentium Circaeae lutetianae, autumnno. (v. s.)*

35. *S. Alismatis*, gregarium, pusillum, globosum, fuscum, primo maculae expallidae tecto-immersum, demum erumpens.

S. Alismatis. Nees!

Habitus Stigmeæ, Sphæriarum generis, sed substantia omnino Sclerotii. Macula indeterminata, exarida, pallida. *Ad folia subvirentia Alismatis nantis.* (v. s.)

Trib. III. SUBADNATA.

CHAR. Superficialia, dura, solida, glaberrima, basi adnata; nuda l. epidermide secedente tecta. *Nigra, intus albida, a matricis substantia discreta. Epiphyta.*

36. *S. Lycopodii*, oblongum, rectum, latere interiori impresso subadnatum, rugosum, atrum, intus candidum.

Ferre liberum, semper regulare, rectum, utrinque obtusum, teres, latere interiori tantum leviter adnatum, $1 \frac{1}{2}$ lin. longum, valde durum. *In alis foliorum Lycopodii annotini adhuc vivi in Alpibus Norvegicis, autumnis.* Schubert. (v. s.)

37. *S. Orobanches*, oblongum, contortum, lobatum, rugulosum, atrum, intus candidum.

S. Orobanches. Schwein. l. c. n. 322.

Gregarium, subadnatum, sed facile secedit, teres, maxime difforme. Interdum, præcipue in caule, simplex, sæpius confluens, varie lobatum, interdum reticulatim anastomosans, tenax, durissimum. *Frequens ad radices & caules Orobanches Virginicae emortuos, vere.* (v. s.)

38. *S. varium*, subrotundum oblongumque, varium, subadnatum, rugosum, album, fuscescens, demum nigrum.

Elv. Brassicæ. *Hoffm. Veg. Crypt.* 2. p. 18. t. 5. f. 2.
Scl. varium. *Pers. syn.* p. 122. *Reb. Neom.* p. 361.
 t. 4. f. 16. *A. S.* p. 75. *Dec. Mem. l. c.* p. 315. *Nees*
Syst. f. 138. *B. Scl. ovatum.* *Schum.* p. 185. (ad
 n. 43 accedit.)

Gregarium, confluens, oblongum, reniforme, gyrosum, sublobatum, magnitudine varium, " $\frac{1}{2}$ — 2 unc. latum" *Rebent.*, sæpius vero multo minus. Cum *Sclerotio Semine*, ut plurimi fecere, non confundendum. Media ætate non fulvum, sed e pallide virente fuscenscens. *Ad caules & nervos foliorum Brassicæ, hieme defossæ; etiam ætate ad radices, Europæ & Americæ.* (v. s.)

Singulari errore una cum *Scl. semine b.* apud veteres & celebra. Crediderunt nempe *Oeconomi* hos fungillos vera esse Brassicæ semina, quæ germinantia nobiliores Brassicæ varietates producerent. Cf. *Comment. Litt. Nor.* 1741. n. 22. *Hanow. II.* p. 396. *Vet. Ac. Handl.* 1765. p. 208. *Comm. Gött.* 1772. p. 83. nec non *Gleich. Suppl.* t. 6. *Hall. helv.* n. 2178. *Lycoperd. oloraceum Poll. Pal.* 3. p. 312. *Tuber olorac. Web. Hols.* p. 14., qui, quamvis non distinxerint, *Scl. semenis* numerosas formas præcipue ante oculos habuisse videntur.

39. *S. pyrinum*, oblongum, flexuosum, lobatum, molle, nigricans, intus pallidum.

Tr. *ustulata.* *Bull. Ch.* p. 221. t. 420. f. 2. ex habitu & loco. *Scl. varium b. A. S.* p. 627. (Hic vero apud *Schwægr. l. c.* *Tr. ustulatum* ut diversam enumerat.)

Præcedenti nimis affine, sed magis innato-adnatum, mollius, subcontortum e. s. p. An hujus loci sint maculæ minutæ subrotundæ, subtortuosæ, nigrescentes, in *Peltidea canina* vere obviæ, quas notat *Reb. Neom.* p. 284. (*Tr. ustulata*), inquirant autoptæ. *In pomis vetustis, hieme, vere.* (v. s. a *Fr. Nees* comm.)

41. *S. compactum*, ovatum, reticulatim connexum, varium, crassum, subrugulosum, nigrescens, intus album.

Dec. Mem. l. c. p. 416. t. 14. f. 5.

Duplex varietas: a) intra pedunculos supra receptacula & semina *Helianthi annui*, nunc ovatum, nunc confluens, & seminum angulis impressum. b. *inter Cucurbitas maturas, autumnno.* (v. v. a.)

41. *S. bullatum*, orbiculatum, ovatumque, confluens, convexum, granulatum, atrum, intus albidum.

Dec. Mem. l. c. p. 416. t. 14. f. 5.

Durum, intus corneum. *Supra corticem Cucurbitæ Lagenariæ.* (v. ic.)

42. *S. durum*, adnatum, oblongum, subdifforme, depressum, substriatum, nigrum, intus albidum.

Pers. syn. p. 121. Schum. Scall. p. 185. Reb. Neom. p. 361. A. S. p. 74. Dec. Mem. l. c. p. 415. t. 14. f. 3. Holl. & Schmidt exs. n. 10. Fries exs. n. 218. Sph. tuberosa, Sowerb. fung. t. 393. f. 2.

b. fuscum.

Tubercula dura, difformia, 2-3 lin., sed etiam $\frac{1}{2}$ unc. & ultra longa lataque, primo epidermide tecta, dein nuda, quibus nil vulgatus. *Ad caules plantarum exsiccatarum, præcipue Umbelliferarum &c. ubique.* b. *in Epilobio angustifolio. Hieme, vere.* (v. v.)

β . subrotundum, conglomeratum, ferme liberum. *In capsulis Daturæ.* (v. v.)

γ . *Dipsaci*, innatum, nervisequium, tenue, læve. *Fries Obs. 1. p. 203.*

Antecedens species valde diversas formas jungit. *Ad Calices Dipsaci &c.* (v. v.)

43. *S. Brassicæ*, oblongum, depressum, tenue, nigrum, intus album, demum nigropunctatum.

Pers. syn. p. 122. A. S. p. 75. Dec. Mem. l. c. p. 417.

Sparsum, forma varium, applanatum, sed submarginatum, 2-4 lin. longum, primo epidermide tectum. "Primo album." *Dec.* "Intus demum ni-

grum." A. S. Affine Rhytismati giganteo. *Intra petiolos & folia putrescentia Brassicæ oloracæ.* "In Carolina ad caules Liliorum." Hieme. (v. v.)

** *epiphylla.* (subinnata.)

45. *S. Linncæ*, petiolis immersum, lanceolatum, triquetrum, læve, nigrum, intus album. *Fries Obs. 1. p. 199.*

Antecedenti sat simile, 2-3 lin. longum, nervisequium. *In petiolis Linncæ.* (v. v.)

46. *S. nervale*, nervisequium, semiteres, lineariter elongatum, crassiusculum, subrugosum, nigrum, intus album.

Xyloma nerv. A. S. p. 64. t. 7. f. 7.

Unc. 1-2 fere longum, lineam crassum, durum, hypophyllum, nervos principales ramosque præcipuos occupans. *Ad folia dejecta Betulæ, Alni, variarumque arborum. Vere.* (v. v.)

47. *S. Pustulla*, hypophyllum, hemisphæricum, prominens, rugulosum, nigrescens, intus corneum album.

Scl. quercinum. Pers. syn. p. 124. Ic. pict. 5. p. 42. t. 17. f. 2. A. S. p. 76. Schum. Scell. 2. p. 185.

Scl. pustulla. Dec. Mem. l. c. p. 417. t. 14. f. 7.

Sparsum, durum, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. latum, subinde duo confluent; forma rotunda, ovata, ellipsoidea. Junius læve, sordide pallidum. *Ad folia Quercus, Fagi, Carpini, Castanæ, Pyri, Juglandis &c., etiam Americæ. Vere, Aestate.* (v. v.)

48. *S. Trientalis*, epiphyllum, oblongum, subrotundum, tenue, rugulosum, nigrum, intus sordide album.

Xyloma. Fries Obs. 1. p. 200.

In superiore pagina occurrit, subinde nervisequium & tum magis elongatum. Affinibus multo

minus. *Ad folia Trientalis Europæe marcidis, aut.*
(v. v.)

49. *S. Caladii*, epiphyllum, punctiforme, oblongo-
rotundatum, nigrum, nitidum, supra planum,
intus album.

S. Caladii. Schwein. l. c. n. 516.

Agmine denso, sed situ sparso occurrit, vix
umquam confluens. Subinnatum, læve, nitens, pas-
sim centro depressum. *In foliis, præsertim autem*
tegumento capsularum putrido Caladii sagittæfolii Ca-
rolinæ. (v. v.)

50. *S.?* *speireum*, hypophyllum, sparsum, puncti-
forme, orbiculatum, planiusculum, opacum, ni-
grum.

Sph. speirea. Fries Obs. 1, p. 185. Ess. n. 206.

Superficiale, adnatum, folio subimpressum, du-
bii generis vegetabile. *Frequens in diversissimis plan-*
tis vivis & languescentibus, in foliis Rosæ caninæ, Ego-
podii Podagrariæ &c. autumno. (v. v.)

Trib. IV. XYLOMA.

Xylomatis spec. Auct. Xyloma, Link! diss. 1. p. 55.
Nees Syn. gen. p. LXXIII,

CHAR. Innata, superne cum epidermide num-
quam rupta subconcreta, basi applanata, in solum
suum transeunte. *Difformia, bullata, fuscescentia,*
contextu subpulveraceo? (Coccoplea), *epiphylla.* (Ex
habitu Entomogena crederes, sed potius Exanthe-
mata.)

Obs. Descendimus in hac tribu *quoad recepta-*
culum infima usque ad Hypodermia Coniomycetum.
Sunt *) nempe hujus species tantum *Uredines*

*) *Quoad fructificationem* autem genera sequentia infe-
rius collocanda. Olim forsan hæc tribus propria

concreta, eodem modo ac Spermœdia Ustilagineæ. Qua de caussa cum omni specie occurrit analogæ Uredinis, sæpe immixta v. c. *Scl. populneum* & *Uredo populina* &c. Multum igitur haud erraret, qui pro diversis ejusdem typi evolutionibus hos fungillos sumeret. (Ita infimæ formæ in quavis sectione naturali confluent, eodem modo ac idem organismus in diverso statu ad animalia & vegetabilia simul pertinere potest). Hi status transitorii, a plurimis neglecti l. quibusdam Systematicis odiosi, nobis gratissimi ad evolutionis seriem demonstrandam omnino necessarii. Cf. ordinis revisionem. Ceterum Sclerotia innata vera sunt *Xylomata*, secundum hujus generis ideam, sed ob analogiam cum *Phacidiaceis*, *Stigmeis* immaturis &c. commutantur.

51. *S. betulinum*, innatum, orbiculare, convexum, dein depressum, e flavo fusco-nigrescens.

Peziza. *A. S. p.* 339. *t.* 12. *f.* 5. *Pers. Myc. Eur. p.* 300.

Minus, punctiforme, demum subpezizoideum. Color pro more e pallido-flavus, umbrinus, nigrescens Analogum cum Ured. betulina. *Ad folia decidua betuligna, hieme, vere.* (v. v.)

52. *S. populinum*, innatum, subrotundum l. angulato-confluens, varium, convexo-planum, gilvofufum, demum nigrescens.

Scl. populinum. Pers. Obs. 2. p. 25. *Syn. p.* 125. *A. S. p.* 76. *Dec. l. c. p.* 420. *Moug. & Nest, exs. n.* 385. *Fries exs. n.* 139.

Maxime difforme, vix nisi loco natali & coloris mutationibus dignoscendum. Nunc sparsum, simplex; nunc confertum varie confluent. Analogum cum Uredine populina. *In utraque pagina foliorum*

genus (XYLOMA!) & prope Spermœdiam collocanda videtur. Interea ab Erumpentibus, quorum natura uredinea quoque perspicua, difficillime separantur.

languescentium & *emortuorum Populi tremulæ, nigræ, dilatatæ, candicantis* &c.; in *Carolina ad folia Lauri Sassafras. Aut. - vere. (v. v.)*

53. *S. salicinum*, innatum, subrotundum, l. angulatum, varium, læve, carneo-rufum, nigrescens.

a. simplex. *A. S. l. c. S. salicinum. Dec. Mem. l. c. p. 420. t. 14. f. 8. Moug. & Nestl. exs. n. 386. — Fries exs. n. 140.*

b. confluens, angulato-frustulatum, nigrum. *X. frustulatum. Fries Obs. 2. p. 358.*

A præcedente loco præcipue differt; æque mutabile & amphigenum, ut sæpe diversissimas crederes species. Sæpius in Uredinum societate occurrit. *Ad folia semiviva l. emortua Salicis Capræ, molliſsimæ, viminalis, phyllicæfoliæ, fragilis* &c.; etiam in *ramulis tenellis. In Carolina in foliis Liriodendri. Aut. - vere. (v. v.)*

54. *S. areolatum*, confluens, planiusculum, opacum, nigro-fuscum, eleganter angulato-areolatum.

Fries Obs. Myc. 2. p. 358. t. 7. f. 5. a. b.

Valde ad Exanthemata accedit; foliorum plagæ bullatæ, secundum areolas venarum folii regulariter & tetraëdro-diffractæ. Præcedentis b. simile. *Ad folia subemortua Pruni Padi, virginianæ. Aut. (v. v.)*

55. *S. herbarum*, innatum, subrotundum l. oblongum, confluens, convexum, e rufescente fusconigrum.

a. *Xyl. Potentillæ. Fries Obs. 2. p. 361.*

b. *Xyl. Lini. Ehrenb. silv. Ber. p. 27. ex specimine.*

c. *Xyl. Cerasti. Asp. in litt.*

d. *Scl. Euphorbiæ. Kunz. in litt.*

Sub hoc innumeras jungo formas, vix essentialiter diversas, magnitudinem & formam si exceperis. Unicuique formæ, quas vero enumerare superfluum duxi, respondet Uredinis species. *In cauli-*

bus & foliis herbarum vivarum & languescentium. Aut. in ver persistens. (v. v.)

Occurrunt tamen affines species tam diversæ, ut non facile conjungi possint: v. c. a) *S. Cruciferarum*, innatum, subrotundo-angulatum, planiusculum, demum depressum, fusco-nigrum. In *Diplo taxi tenuifolia viva &c.* b) *S. Dianthi*, innatum, difforme, planum, rugulosum, umbrine-fuscum e. s. p. — Sed non video, cui bono numerus specierum tam dubiarum augetur. Sed quæ semel distincta & descripta sunt repetere cogimur.

Species inquirendæ :

1. *Scl. purpureum*, sparsum, ovale, erectum, glaberrimum purpureum. *Tod. l. c. p. 2. t. 1. f. 2. Pers. l. c. Dec. l. c.* — In ramulo quercino, *Martio. (v. ic.)*
2. *S. lætum*, capitulo subrotundo, sæpe geminato, læte rubro, in stipitem albidum, brevem abeunte. *Ehrenb. silv. Ber. p. 27. f. 2.*
An *Pistillaria micans?* *Acrospermum?* "Stilbum."
Pers. In caule herbæ.
3. *S. globulare*, globulosum, nigrum, nitidum, subdurum, carne gelatinosa flavida. *Dec. Mem. p. 418.*
An *Agyrii spec.?* *Lignis putridis immersum.*
4. *S. Mucor*, aggregatum, minimum, ellipticum, decumbens. *Tod. l. c. p. 5. t. 1. f. 7. Dec. l. c.*
a. *fungorum*, sistens maculas albas, senescentes cinereas in *fungis. Aug. (v. ic.)*
b. *lignorum*, fulvum, fuscescens, intus album. Affine *Sc. stipato. In festucis & lignis. Aprilis.*
5. *S. acerinum*, sessile, applanatum, disciforme, sordide nigrum. *A. S. p. 77. Dec. l. c.*

Hypophyllum in foliis *Aceris*.

Sc. Aegerita Hoffm., album *Dec.*, granulatum & persicolor *Schum.* ad *Aegeritas* pertinent. *Sc. resinosum Schulz* non organicum. *Xyloma ferrugineum Ejusd.* gallæ species. e. s. p.

V. RHIZOCTONIA. Dec.

Tuberis spec. *Bull. Ch. p. 81. Rhizoctonia. Dec. Mem. Mus. Hist. Nat. II. p. 216. (1816). Nees Syn. gen. p. LXXIV. Thanatophytum. Nees Syst. Myc. p. 148. (1817).*

CHAR. Difformis, varia, concretescens, cartilagineo-carnosa, intus similis; cortice tenuissimo membranaceo inseparabili persistente; fibris radiceformibus, byssoideis, ex angulis fasciculatim emissis, plura individua conjungentibus. Fructificatio nulla perspicua. — *Per se glabra, sed radicata.*

HIST. Fungi subterranei, libere evoluti, super radices plantarum vivarum incumbentes easque enecantes, æstivales l. autumnales, sat persistentes, valde noxii. Ad Sclerotia subterranea prope accedunt. De generis specierumque cognitione optime meritus sæpius laudatus Decandolle. Nomen earum vegetationem respicit.

1. *R. Crocorum*, rufa, filis parvis apice super bulbos in discum expansis. *Dec.*

Mort du Safran. *Duh. Mem. Ac. Par. 1720. Foug. l. c. 1782. Tuber parasiticum. Bull. Ch. p. 81. t. 456. Scler. crocorum. Pers. syn. p. 119. Dec. fr. 2. p. 271. Tuber Croci. Dub. Fl. Orl. p. 150. Rh. Crocorum. Dec. l. c. Fl. Fr. VI. p. 111. Thanatoph. Crocor. Nees Syst. f. 135.*

Conglomerata, concretescens, ex apicibus radices emittens. Species maxime noxia. *In bulbis Croci sativi circa Aureliam. (v. ic.)*

2. *R. Medicaginis*, purpureo-violacea, filamentis tenuissimis, supra radices arcte incumbentibus.

Dec. Fr. 6. p. 111. Mem. Mus. 2. p. 2. 216. t. 8.

Etiam valde noxia. *In radicibus Medicaginis sativæ circa Monspelium, Genevam. (v. s.)*

3. *R. Muscorum*, luteo-fulva, lobata, filamentis expansis pallidis. *Fr. exs. n. 174.*

Gregaria, maxime difformis; nunc subrotundo-angulata, nunc elongato-tortuosa flexuosa, nunc alio modo radices muscorum ambiens, passim reticulatim confluens, scrobiculata, luteo-fulva, intus concolor; humida subaurantiaca, sicca rigida fragilis, extremitatibus fibrillosis. Fibrillæ radicales, expansæ plurima individua jungentes, tenues, pallide flavæ. Vix differt specie a *Scl. Muscorum*, sed ab hoc genere separari plane nequit. *Ad radices muscorum, Anictangii ciliati &c. rarior. Aut. (v. v.)*

Species ignota:

Rh. Mali, alba, tenuissimis filis super radicis arcte incumbens. *Dec. l. c. (Tubercula ignota).*

Etiam Rhizoctoniæ in *Asparago & Sambuco Ebulo* observatæ dicuntur.

VI. PERIOLA. Fries.

CHAR. Rotundata, varia, arrhiza, cortice in villum persistentem abeunte, intus solida similaris carnosæ l. gelatinoso-carnosæ. Apex nullus. Sporidia obsoleta, undique in ambitu dispersa. *Superficialis, libera l. adnata.*

HIST. Substantia molliori, habitu & superficie villosa ad Tremellas & Fungos Mucedineos prope accedit. A CHAETOMIO receptaculo semper clauso, in superficie fructificante differt. Fungi minores, gregarii, libere evoluti, ad radices l. fungos putrescentes obvii. Nomen a *περι* & *ιολος*.

x. *P. hirsuta*, obconica, hirsuta, ochroleuca.

Scl. hirsutum, Schum. Scall. 2, p. 187. Fl. Dan. t. 1320.

Sparsa, simplex, superficialis, 2 lin. fere longa, subturbinata, intus pallida, versus basin umbrina. Substantia carnosogelatinosa. *Ad Rhizomorpham subcorticalem supra truncos vetustos fagineos. Sept. (v. ic.)*

2. *P. pubescens*, ovato-globosa, regularis, pubescens, alba.

Scl. album. *Schum. l. c. p. 186.* (videtur varietas).

Subgregaria, erumpens, sublibera, lævis, superficie leviter villosa, sed non glabrescens & distincte corticata, ut *Sclerotia*. Præcedente minor. *Ad Agaricos vetustos putrescentes. Vere. (v. v.)*

3. *P. tomentosa*, rotundata, difformis, tomentosa, alba.

Scl. tomentosum. *Fries Obs. 1. p. 205.*

Sparsa, conglomerataque, sæpe confluens, difformis, basi adnata, 2-3 lin. lata, alba, intus pallida. Substantia subcarnosa, firma. Noxia. *Ad tubera Solani tuberosi in cellis, passim, hieme, vere. (v. v.)*

Obs. Scl. tomentosum *Tod. Meckl. I. p. 6. t. 1. f. 10.* non multum obstat; videtur tamen potius *Pezizula* immatura l. clausa, *Scl. fasciculatum* *Schum. l. c. est galla.*

VII. ACINULA. Fries.

CHAR. Globosa, arrhiza; cortice discreto farinaceo-granuloso discolori diffluente, nucleum conformem vesiculoso-carnosum persistentem includente. *Libere evoluta, superficialis.*

HISTOR. Genus habitu & vegetatione omnino *Sclerotii* l. *Periolæ*; sed cortice suo diffluente, nucleum acini instar in bacca, unde nomen, includente distinctissimum. Species unica cognita minuta, subgregaria, epiphylla, vernalis.

1. ACINULA *candicans.*

Sclerot. vestitum. *Nees ex litt. Weinm.!*

Sparsa, conferta, globosa, regularis, magnitudine capitis aciculæ majoris; cortice candido, sublente ruguloso; nucleo conformi, fusco, intus palli-

do. *In horto Cæsareo Pawlowskiensi ad folia putrida Alni incanæ. Vere inter nives liquescentes reperit* Cel. Weinmann. (v. s.)

A. SPERMOEDIA, Fries.

CHAR. Varia, rotundata, entophyta, arrhiza, substantia carnosio-farinacea similari, cortice concreto squamuloso l. subpruinoso. Fructificatio propria nulla. *Semina graminum morbosa!*

HIST. Nomen derivatur a *σπέρμα* & *οἶδω*, quia totus fungus simul nil nisi *semen* fervescendo *œdamatosum*. Qua ratione, precedente Cel. DECANDOLLE, inter fungos citavi, diffuse exposui in dissertatione: *Om Rost och Brand, Lund 1821, p. 42-48*. Eodem modo reliquæ classes ad Exanthemata tandem descendunt. Quod *Ustilago* inter Coniomyces, idem Spermœdia inter Hymenomycetes e. s. p. Utraque vero semine proprio non propagatur, sed e cosmicis momentis pendet, uti l. c. p. 7—11 demonstravimus. Spermœdiæ maxime noxiæ, venenatæ.

1. *S. Paspali*, globoso-compressum, extus squamuloso-muricatum, testaceum, intus lutescenti-album

Scler. *Paspali*. *Schwein. l. c. n. 321.*

Magnitudo fere Pisi, basi innata glumis cincta. Sicca pallescens, superficie furfuraceo-rugosa; "viva vero squamulis acutis tecta, pluvioso tempore in gelatinam solvitur," hinc *Acinulæ* affinis; sed "intus ætate subfarinosum & aliquo modo grossis abbreviatis quasi fibris brevibus intermixtum. Rarius insectum observatur intus locatum." *Frequens ad semina Paspali, Carolinæ.* (v. s.)

2. *S. Clavus*, corniforme, cylindricum, extus subpruinose, purpureo-nigrum, intus album.

Clavi Siliginis. *Lonic. Secalis Mater Thal. herb. p. 47.* *Secale luxurians. Bauh. pin. p. 23.* *Grana Secalis degenerati. Brunner in Eph. Nat. Cur. Dec. 3. An. 2. p. 348.* *Secale cornutum. Bald. diss. Jen. 1771. Mutter Corn. Schrift. Berl. Ges. Nat. fr. I. p. 244.* ob syn. *Gen. Germ.!* *Sclerot. Clavus. Dec. Mem. l. 6. p. 416. t. 14. f. 8.* ubi syn. *Gall.!* *Fries! Monogr. p. 43.* ubi syn. *Suecorum.*

Semine graminis, cujus locum occupat, paulo majus, cornutum, subcurvatum, teres, sursum attenuatum; superficie inæquali, rugulosa, passim sulcata. Sapor nauseosus. De noxa hujus fungi cf. II. cc., *Tessier Malad. gr. p. 21* (Ergot) &c. Est vera causa *Raphaniæ* Linn., *Ergotisme* Gallis, aliorumque morborum. *Öller om Dragsjukan, Stockh. 1806.* Etiam pecudibus, avibus domesticis & venerata. *In glumis Secalis, Agrostis pluriumque graminum. Aestate.* (v. v.)

REVISIO ORDINIS:

I. Secundum notionem nostram idealem Sclerotia sunt Coniomycetes I. Fungi epiphyti in *hyemii* speciem concreti. Vidimus quoque Spermœdiam cum Ustilagine analogam, Scl. Nylomata Uredinibus maxime affinia. Exstat quoque centrum (Coccoleum), huic notioni optime respondens, undique vero radios ad ceteros typos emittens. Hinc explicatur quare substantia carnosovesiculosa, nec floccosa; hinc facilius intelligitur ordinis character, quare diximus "Sporidia concreta, contextum fere omnem intra corticem constituentia &c. *).

II. Cœoma ideale (*inflammatio*) est centrum omnium Entophytarum, ne dicam totius regni My-

*) Coniomycetes, ut mere sporidia considerati, sunt fructificatio omnium fungorum elementaris; Hyphomycetes vero, ut mere thallus, vegetatio elementaris. Sed contextus vesiculosus e sporidiis, nec e floccis concretis, ortus videtur.

cologici. Ex diversa irritationis ratione, gradu aliisque momentis in diversas abit formas — quo magis causæ conveniunt, eo magis etiam effectus. Eodem modo ex inflammatione Systematis vegetabilis animalium diversa oriuntur symptomata, quæ omnia & singula cuidam analogo in vegetabilibus, mutatis nempe mutandis, respondent. *Sclerotii* analogon est *induratio* in animalibus; evidentissime hoc probant Xylomata, tam vera, tam in Phacidiaceis *) abeuntia; sed omnino excludenda Xylomata intus deliquescentia **), ad Sphæriaceas referenda, quarum fructificatio cum *suppuratione* analogâ.

III. Relatis olim Phacidiaceis ad Cupulatos eorum morbus elementaris (*Ectostroma* = maculæ foliorum nigræ adustæ absque omni proprio contextu, numquam rumpentes l. fructificantes) appendicis loco inter Sclerotiaceas post Spermædiam inserendus. Omnes Phacidiaceæ in initio Ectostromata, sed non omne Ectostroma abit in Phacidia, hinc vera Ectostromata tantum sunt, quæ numquam in veros l. perfectiores fungos explicantur. Tum inter Tremellinas evadunt *Hymenellæ*!, inter Cupulatos *Leptostromata*, inter Pileatos *Lejostromata* &c.

IV. Sclerotiaceæ differunt ab Hypodermiis non solum sporidiis concretis; sed etiam vegetatione &

*) Quod Phacidiaceæ sint Xylomata l. Sclerotia quoad fructificationem optime evoluta, easdem ad Cupulatos pertinere, extra omne dubium ponere videtur.

**) Omnes Sphæriæ innato-entophyllæ, a Xyl. rubro usque ad Sphæriam punctiformem Pers. a reliquis Sphæriis longe distant & perithecio vero æque certe ac Hypodermata peridio proprio destituuntur. Quod perithecium dici solet aut a cellulis parenchymatis, aut ab epidermide connata formatum. Sunt quoque hæ, ut Sclerotium, alia Cœomatis evolutio; multo minus differant quam vulgo creditur. Plures Sphæriæ epiphyllæ nil nisi *Æcidia* haud rite explicata v. c. *Sphæria hypophylla* Rehent. est *Æcidii* cornuti status junior.

plurimis characteribus cum his junctis. Sic ex gr. ex idea Hymenomycetum demum liberantur, nec Hypodermiorum more semper innatæ; cum hoc phænomeno intime cohæret locus natalis, nam, ut liberentur, necesse est, ut in plantis magis destructis & dissolutis explicentur. Quo magis matrix, cui innascuntur Sclerotiaceæ, dissoluta, eo magis cum Hymenomycetibus, eo minus cum Hypodermiis congruunt & versa vice. Genus Sclerotium &c. exempla offert. Sed cum Sclerotiaceæ quoad *vegetationem* Coniomycetibus proximæ, eorum more innatæ in plantis adhuc vivis facile vegetant, sed utpote Hymenomycetes numquam, nisi in planta emortua, fructificant. Eadem ratione omnes Phacidiceæ, utpote epiphytæ, in foliis vivis optime vegetant & ex vegetatione ad Sclerotiaceas pertinent; sed demum in foliis putrefactis, a vi matricis vitali liberæ, in longe perfectiores fungos abeunt. Inde quoque pendet tempus utriusque ordinis vigen- di hiemale, quod Coniomycetibus æstivale, nam ante tempestatem brumalem matrix, æstate viva, vix dissoluta e. s. p.

V. Quoad vegetationem autem Sclerotiaceæ (*HE*) proxime accedunt ad Tubercularias (*EH*) e. gr. ad Aegeritam, Fusarium &c., quæ etiam utpote in plantis mortuis obviæ liberantur, sed dignoscuntur sporidiis magis evolutis. Ubique duplex exstat dispositionis ratio altera e vegetatione, altera e fructificatione: equidem hanc secutus sum; sed cui illa præstare videtur ordines nostros radian- tes inversos sumat h. e. Sclerotiaceæ nunc *HE*, tum *EH*; & Tuberculariæ nunc *EH*, tum *HE* e. s. p.

VI. Analogæ sunt Sclerotiaceæ cum ordinibus epiphytis Hyphomycetum & Gasteromycetum. E Phylleriaceis genera *Taphria* & *Erioplaca* ad Sclerotiaceas proxime accedunt, sed ut Hyphomycetes adnata, subfleccosa e. s. p. Magis congruunt Perisporia (sensu latiori sumta) & ex habitu difficile

distinguuntur, sed demum rupta & intus distinctis sporidiis referta. Ad hæc quoque refero Erysiphe*); sed invitus sane ex hoc ordine exclusi. Verum est fructificationem longe diversam videri; sed latet adhuc plurimarum Sclerotiacearum, nondum strictis limitibus circumscriptarum, & affinium, quæ has jungere possent. Ceterum fructificationem in eodem naturalissimo ordine valde sæpe variare, omnes optime cogniti ordines probant. Non citabimus plantarum perfectiorum v. c. Rosaceas, sed simplicissima Hypodermia, ubi alia sporidia simplicia, alia distincte entospora, alia in locellos septata e. s. p. E quavis aberratione, sub maxime augmentibus vitris, mox novus ordo non formandus, priusquam omnes affines formæ accurate examinatæ (forsan eadem structura, sed minus evoluta, gaudent), priusquam differentia cum vegetatione physiologica comparata, ne tota dispositio micrologica. Sed non affinia solum separantur, sed & diversissima, neglecta physiologia & vegetatione, confundi possunt ex gr. Lepraria, Chlorococcum, Uredo nivalis cum Hypodermiis &c. *Maximi sane momenti analyses microscopice; inde Systematis nitor & robur*, sed ex illis solis omnis hauriri nequit sapientia.

VII. Primo obtutu irregulare forsitan videbitur post Sclerotiaceas sequi longe perfectiores Angiogastres, sed observandum hos summum sistere Gasteromycetum ordinem & Sclerotiaceas infimum Hymenomycetum. Cf. Vol. I. p. XIV. Cum tamen Angiogastres ad Hymenomycetes abeant, facile adaptari possent. Sic ex. gr. *Myriococcum* nil nisi Sclerotia utero floccoso obvoluta, *Pilobolus junior* Sclerotio similis & vesicula *Sphærobolei* ex utero ejecta fallacissima Sclerotii æmula, nomine *Scl. solitarii* mecum communicata. *Tuber* magis analogum, quam affine **).

*) Hujus nomen servandum mihi videtur; ERYSIPE plantæ phanerogamæ a Cel. Roxburgh impositum.

**) Facillime analogia cum Angiogastribus ex harum dispositione pateat:

VIII. Ob easdem fere rationes, quas ad Tremellinas attuli (cf. quoque p. 239 obs.), Sclerotiaceas ad Hymenomycetum classem retuli. Sed cum Entophytæ concretæ sunt, omnes partes confusæ; ut luce privatæ (plerumque tectæ & hiemales *), hymenium distinctum formare nequeunt. Sed quo magis ab ideali hac Sclerotiacearum notione recedunt, eo magis ad superiores Hymenomycetum ordines, non forma solum clavata & cupulata, sed & fructificatione distincta, accedunt, usque dum in illos abeunt. — Sed aliæ species, speciatim subterraneæ, quæ tum fructificationem explicare nequeunt, ob nisum hymenium formandi, massam sporaceam in luce protrudunt, ubi, liberata, in Hymenomyces, rite evolutos (Pezizas, Clavarias, Agaricos) abit. Hinc multis speciebus ex citatis generibus Sclerotia matricem suppeditant; sed hæc tantum secundum perfectissimam suam fructificationem in Systemate citandæ. Hæc est causa, quare omittimus tubercula Typhularum, Pezizæ tuberosæ &c.; alias vero fructificatione etiam propria gaudentes (Acrospermum cornutum &c.) inter Sclerotiaceas citamus, fungos innascentes parasiticos judicantes. Sed in his plurima observanda restant. Forsan cuidam hanc metamorphosin, inverso ordine explica-

†. PHALLOIDÆ. (UHH). 1. Phallus cum 4 subgenerib. 2. Battarea. 3. Lysulus. 4. Clathrus.

††. TUBERACEÆ. (UHU). 1. Tuber. 2. Rhizopogon. 3. Uperhiza. 4. Endogone.

†††. NIDULARIACEÆ. (UHM). 1. Cyathus & Nidular. 2. Arachnion. 3. Polyangium. 4. Myriococcum.

††††. CARPOBOLI. (UHE). 1. Atractobolus. 2. Thelebolus. 3. Pilobolus. 4. Sphaerobolus.

*) Hymenomyces, quo perfectiores e magis æstivales & versa vice, v. c. Amanitæ, Russulæ, Coprini, Boleti &c. Inversam legem sequuntur Coniomyces.

tam, exprimere magis arrideat, docendo: Sclerotia tecta v. c. *S. mycetospora* &c. sunt tantummodo rudimenta Hymenomycetum perfectiorum, quæ favente luce ceterisque cosmicis momentis in Agaricos &c. excrescunt. Utcumque sit, Sclerotiaceæ summo jure & duplici ratione Hymenomycetes prototypi & elementares dici merentur.

IX. Cum ordinis limites stricti nondum stabiliti, genera quædam forsitan reformanda, species variæ adhuc merito suspectæ, dignitates & formulas absolutas indicare non audeo. Genus Sclerotium quoad vegetationem quattuor primarios typos colligit. E fructificatione facile patet Pyrenium & Acrospermum esse genera hymenina, Sclerotium (& Erysiphe?) uterina, Rhizoctonia & Periola mucedinea, Acinula & Spermædia epiphyta.

X. In hoc ordine, ut semper inter fungos epiphytos & innatos, paucas distinguo species. Hæ enim in singula planta mutantur, unde tot facile evaderent Uredinis, Aecidii, Puccinæ, Phyllerii, Erysiphes, Phyllostictæ &c. species, quot herbarum perfectiorum, ut reticeam Xylomata, Asteromata &c., quæ perfectiorum fungorum rudimenta. Alia sane via incedere nobis in animo est: singulos indicare typos ceterumque leges, secundum quas in diversis plantis mutantur. Alias singulum genus, v. c. Cœomatis, singulum volumen requireret. Summa facilitas, qua hujus species colliguntur, e loco natali determinantur, novæ observantur, efficit, ut tirones facile in his infimis formis nimis acquiescant, perfectiores fungos negligentes.

Hujus Voluminis Sectio altera, D. V., mox sequetur.

Apud Cl. Mauritium, Bibliopolam Gryphiswaldensem, etiam requiri possunt:

Scleromyceti Sueciæ exsiccati. Dec. I—XXX.
(Pretium apud auctorem 8 Thal. pec. Saxon.) Collectio hæc, pro sequente Syst. Mycol. parte normalis, utpote Sphærias & Phacidia plurima sistens, interrupte continuatur.


SYSTEMA
MYCOLOGICUM,
SISTENS
FUNGORUM
ORDINES, GENERA ET SPECIES,
HUC USQUE COGNITAS,
QUAS
AD NORMAM METHODI NATURALIS
DETERMINAVIT, DISPOSUIT ATQUE
DESCRIPSIT

ELIAS FRIES,

ACAD. CAROLINE ADJUNCTUS,
REG. ACAD. SCIENT. HOLM., PLURB. ACADD.
ET SOCC. MEMBRUM.

VOLUMEN II.

LUNDÆ MDCCCXXIII.
EX OFFICINA BERLINGIANA.



CLASSIS SECUNDA

GASTEROMYCETES.

CHARACT. Uterus.

DESCRIPTIO. Fungus e cellulis concretis contextus, determinatus, in formam rotundatam tendens, primo clausus, dein ostiolo instructus l. irregulariter rumpens, massa interna, demum fatiscente l. deliquescente, fructificante. Integumentum varium (peridium, perithecium, volva), contextu subvesiculososo; simplex l. duplex, raro multiplex. Sporidia distincta, minuta, in centro collecta, sæpius cum receptaculis propriis & partialibus (*floc-cis, ascis-sporangiis*); nec in superficie integrâ nuda. — (Thallus: radix, stipes, crusta, stroma).

OBSERV. Gasteromycetes fere omnes, bene monente Linkio, prima ætate fluxiles mollesve sunt, aut unam aliamve partem fluidam habent; dein vero indurantur, rigescunt & veram induunt formam. Hymenomycetes e contrario ab initio floccosi & sicci. Illi, cum Coniomycetibus magis analogi, e cellulis solutis magis concreti (unde contextus vesiculosus); hi magis ad Hyphomycetes e cellulis elongatis contiguis contexti, (unde contextus sæpius floccosus).

SERIES evolutionis. Apud infimos (Prototypos) adest tantum uterus (*Sporangium nudum*) h. e. peridium, idque parum evolutum, & sporidia, sæpe non distincta, absque receptaculis partialibus. In centro evadit uterus magis genuinus, sed cum receptaculo concretus & sporidia, receptaculis partialibus vel cellulis discretis elongatis contiguis suffulta (*floc-cis*) l. inclusa (*ascis*). Tandem apud summos, ad Hymenomycetes abeuntes, uterus a receptaculo, sæpius clauso (*Sporangio utero cincto*) discretus.

Conspectus Ordinum :

‡. *Evoluti.* Receptaculis propriis l. partialibus instructi.

I. ANGIOGASTRES. Uterus distinctus, receptacula propria discreta includens. Sporidia in receptaculis collocata.

Receptacula in utero solitaria l. plura. Sporidia absque receptaculis partialibus; nunquam pulveraceo-nuda disseminantur.

II. PYRENOMYCETES. Uterus receptaculum constituit. Sporidia in ascis seriatim collocata.

Perithecium!; plura sæpe in thallo (stromate) communi collocata. Sporidia ascis deliquescentibus (in genuinis) mucō involutā disseminantur.

III. TRICHOSPERMI. Uterus genuinus, receptaculum constituit. Sporidia floccis inspersa.

Peridium!; rarissime e sporidiis coacervatis, floccis cinctis, quasi compositum; passim exterius ab interiore separatum. Sporidia copiosa, semper pulveraceo-nuda disseminantur.

‡‡. *Prototypi.* Receptaculis propriis l. partialibus nullis.

IV. TRICHODERMACEÆ. Peridium e floccis laxius contextum, in medio evanescens. Sporidia coacervata.

Uterus sessilis, figuræ indeterminatæ.

V. PERISPORIA. Peridium tenue, submembranaceum, rumpens. Sporidia immersa, vix discreta.

Uterus sessilis, simplex, carnosus l. gelatinosus. Sporidia vix pulveracea.

OBS. Mucoroidei, quibus thallus vere floccosus & vesicula intus sporidiis referta ex articulo tubuli simplicis inflato orta, non vero uteri instar contexta, locum cum Trichodermaceis merito commutarunt! *Fr. Vet. Ac. Handl.* 1821. Perisporiorum ordo generibus numerosis, olim ad Pyrenomyces, Sclerotiaceas; & ab aliis alibi relatis, jam auctus est.

ORDO I.

ANGIOGASTRES.

Lytothecii & Sarcocarpi. Pers. syn. p. XIII., XV. Rhantispori, Compositi & ser. 3. Link diss. I. p. 32-35. Angiogastres Nees Syst. p. . . Tubera. l. c. Phalli & Pisocarpia, Ehrenb. silv. p. 28.

CHAR. Uterus distinctus, rotundatus, apice rumpens. Receptacula solitaria l. plura, ab utero discreta, determinata, nunc aperta (*hymenina*), nunc clausa (*sporangia*); partialia (asci l. flocci) nulla aut vix evoluta. Sporidia globosa, perexigua, simplicia, in receptaculis collocata; immersa l. inclusa, numquam pulverulenta. Contextus uteri vere vesiculosus; extus l. thalli passim floccosus. *Substantia quoad unam alteramve partem plerisque gelatinosa.*

ABERRAT. Tuber, utpote subterraneum, semper clausum; uterus Myriococci, Trichospermis valde affinis, evanescens. Receptacula in Arachnio adpressa. Sporidia Polyangii inæqualia, suspecta. Ascorum rudimenta adsunt præcipue in Phallo & Nidularia.

AFFINITAS. Ordo inter Gasteromycetes hymenium & summus, cum Hymenom. uterinis analogus. Primo obtutu paulo artificialis videbitur, utpote radios reliquorum ordinum ad Hymenomyces maxime accedentes colligens; unde oriuntur subordinés naturalissimi; sed & horum affinitas adeo implicata, ut commode jungantur. Phalloideæ, ut Mitrati, seorsum proponi possent, numero specierum aucto. — Ab inferiore parte *Pyrenomycetes*, mediantibus *Thelebolo & Sphæronæmate, Atractobolo & Stegia &c.*, & *Trichospermi*, Tuberaceis in *Lycoperdineas* abeuntibus, æque affines sunt; notis datis distinctissimi. Myriococcum ad *Trichodermaceas* (*Spumariam*) accedit, & *Perisporia*, cum *Carpobolis* uero demto, conveniunt.

HISTOR. Fungi libere evoluti, forma & fructificatione singulari maxime memorabiles, quare spectabiliores (Phallus, Clathrus, Nidularia) Clusio jam innotuerunt; ut reticeam celebratissimum Tuber, jam a Theophrasto notatum. Characteribus acute primus definivit Micheli, addens peculiarem *Carpobolium* (*Sphærobolium*). Plukenetio, qui fungos memorabiliores Americæ v. c. *Mitremycen*, *Herculeam* &c., primus notavit, etiam debemus primam iconem *Piloboli*, quem vero cum reliquis *Carpobolis* primus definivit Tode. Nuperrime varia genera a Link, Labillardiere, Schweiniz & nobis addita, ut jam 16 primaria, pluraque inferioris dignitatis innotuerunt; sed specierum numero inopia. Persoon in Synopsi 20 species, nos circiter 47, quarum exoticæ minus cognitæ. Ordo ipse quoque diversissime sumtus, varie divisus & dispositus; patet ex subordinum synonymis. — Veteres Sporangia (v. c. *Nidulariæ*, *Tuberis*) semina dixerunt. Micheli, Link & Nees indolem præcipue exposuerunt.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Diversis terræ plagis communes; sed perfectiores tantum in temperatioribus obvii & in tropicis præcipue luxuriare videntur. Hi sæpe specie, passim genere ab europæis differunt. Perfectissimi terrestres, reliqui fimicolæ & epiphyti. Unum genus semper subterraneum. In cellis educavi *Sphærobolium* & *Nidulariam* immutatos; thallus tantum magis luxuravit floccosus. Vigent optime temperatura calida, "jove tonante, densisque cadentibus imbris;" plures igitur meteorici dicendi. Alii ephemeri ferme, alii per 7-14 dies; alii per mensem & ultra persistent; præsertim vero ex utero egressi brevi pereunt.

VIRES & usus. Phalloidæ olidæ, sæpius foetidissimæ, frigidæ, venenatæ; una species in Sina vulneraria; etiam anceps cibus. Quæ de usu Europæorum in Arthriti &c. attulere Patres vix di-

gna, quæ repetantur. Tuberacæ odore peculiari, sæpius grato, sapore irritante, nutrientes, esculentæ "aphrodisiacæ." Reliquorum latent.

SYNOPSIS subordinum & generum, ex uteri receptaculorumque indole & fructificatione varia distinctorum :

Subord. I. PHALLOIDÆ. Utero rupto receptaculum discretum apertum pronascitur. Sporidia in strato mucoso.

1. PHALLUS. Receptaculum stipite suffultum, capituliforme, integrum.
2. ASCROE. Recept. stipite suffultum, in radios bifidos expansum.
3. LYSURUS. Recept. stipite suffultum, in lacinas integras liberæ divisum.
4. CLATHRUS. Recept. sessile, e ramis pluribus conjunctis cancellatum.

Battarea.

Subord. II. TUBERACÆ. Sporangia membranacea hymenio, sæpe venoso-cancellato, utero incluso, inspersa. Sporidia primo pulposa.

5. TUBER. Uterus clausus, intus venoso-marmoratus. Sporangia pedicellata, venis inspersa. *Subterranea.*
 6. RHIZOPOGON. Uterus sessilis, irregulariter rumpens, intus venis anastomosantibus. Sporangia sessilia. *Emersi.*
 7. POLYGASTER. Uterus intus uniformis, e sporangiis aggregatis compositus. *Parasitant.*
 8. ENDOGONE. Uterus intus grumosus. Sporangia globosa, sporidiis distincte repleta. *Epiphytæ.*
- Sphæria Hypocrecæ — Uperrhiza.*

Subord. III. NIDULARIACEÆ. Uterus sporangiis liberis refertus.

9. NIDULARIA. Peridium commune simplex. Sporangia lenticularia, carnosa, sporidiis in medio coacervatis.
10. ARACHNION. Peridium commune duplex. Sporangia minima, adpressa, friabilia, sporidia includentia.
11. MYRIOGOCUM. Peridium simplex, floccosofurfuraceum, evanescens. Sporangia globosa, sporidiis conglobatis.
12. POLYANGIUM. Peridium simplex, membranaceum. Sporangia oblonga, massa grumosa referta.

Polysaecum, Erysiphe &c.

Subord. IV. CARPOBOLI. Uterus protrudens sporangium solitarium discretum.

13. ATRACTOBOLUS. Peridium cupulæforme, operculatum. Sporangium fusiforme, sporidiis mucosis.
14. THELEBOLUS. Peridium sessile, urceolato-ventricosum, ore integro. Sporangium papillæforme, sporidiis mucosis.
15. PILGBOLUS. Peridium membranaceum, in stipitem productum, explodens sporangium globosum sporidiis refertum. *Mucoriformis.*
16. SPHÆROBOLUS. Peridium duplex, utrumque stellatum; interius membranaceum, invertendo elastice ejiciens Sporangium globosum, sporidiis in medio coacervatis. *Innato-sessilis!*

Sphæronæma &c.

CRITICA. Dispositio subordinum, fere & generum, absoluta, sed ex his nonnulla ulterius observanda. Restant alia, præsertim e Tuberaceis, obscure nimis descripta v. c. *Gemmularia. Rafin.*

E levioribus differentiis, quæ in ordine radiante maxime variant, non separanda v. c. *Dictyophora*, *Hymenophallus*, *Laternæa*, *Cyathus* e. s. p. Ceterum nec ob habitum externum (*Pachyma*), nec ob characteros subsimiles, aliter explicandos, genera analogà huc colligere licet.

Subord. I. PHALLOIDÆ.

Lythothecii. *Pers. syn. p. XI.* Rhantispori. *Link. l. c.*
 Uterini Pistillares. *Nees.* (pro part.) Phalli. *Ehrenb.* (p. p.)

CHAR. Uterus sessilis, radicans, gelatina distentus, apice rumpens. Receptaculum elasticè pronascens, ab utero discretum & facile (cum stipite) secedens, apertum, forma varium. Sporidia nidulant in strato mucoso heterogeneo, nudo, cum quo colliquescendo diffluunt. *Maxime inter se affines; uterus omnibus idem.*

Obs. Gelatina utero inclusa ad vegetationem l. fructificationem essentialiter quoddam conferre videtur. *Vide Lysurum.*

I. PHALLUS. Mich.

Boleti sp. *Tourn. J. R. H. p. 362.* Phallus. *Mich. gen. p. 201.* *Dill. nov. gen. p. 74.* *Pers. syn. p. 242.* *Link diss. I. p. 35.* Phalli sp. *Linn. - Gled. - Vent. diss. in Mem. Inst. Nat. I. p. 503.*

CHAR. Uterus (volva) rotundatus, e membrana duplici, gelatina distenta, compositus, lobatorumpens. Receptaculum, utero rupto, elasticè pronascens, stipite suffultum, capituliforme, integerimum, superne latice sporidiifera tenaci, mox vero diffuente tectum. — Volva radiculosa, sæpius biloba. Stipes fusiformis-cylindricus, fistulosus, celluloso-cribrosus, a volva discretus. Capitulum subconicum, a stipite sæpius discretum. Asci nulli,

sed passim sporidiis immixti flocci, ascorum rudimenta. Substantia carnosa, volvæ gelatinosa, "contextu evidenter vesiculoso, vesiculis separabilibus."

HISTOR. Fungi majores, terrestres l. lignis putridissimis innascentes, solitarii, æstivales, meteorici, olidi, venenati. Ob receptaculum pileatum & apertum Hymenomycetibus maxime affines, Morchellis analogi, cum quibus Linnæi assecleæ perperam jungunt. Recentiores in plura genera dividunt, unde nobis

TRIBUS sequentes ab indusio & capituli indole diversa:

- I. HYMENOPHALLUS. Capitulum liberum, reticulatum, pervium, inferne indusiatum. (1-3).
- II. ITHYPHALLUS. Capitulum liberum, reticulatum, pervium, inferne nudum. (4.).
- III. LEJOPHALLUS. Capitulum liberum, læve, pervium, inferne nudum. (5, 6.).
- IV. CYNOPHALLUS. Capitulum stipite contiguum, tuberculosum, impervium, nudum. (7.).

Trib. I. HYMENOPHALLUS.

Nees Syst. p. 251. Nees Syn. gen. p. CII, Dictyophora, Desvauz. Nees l. c.

1. *P. indusiatum*, capitulo libero conico reticulato pervio, indusio laxissimo retiformi, interstitiis magnis.

Phall. indus. Vent. l. c. p. 520. Pers. syn. p. 244. Turpin Iconogr. — Dictyophora. Desvauz.

"Phallo impudico major, nec malum odorem spargit, nec ab insectis appetitur. Vent. Volva junior obovata, dein bipartita. Involucrum indusii-forme, quod stipitem circumdat, sub pileo insertum est (hinc Dictyophoræ differentia nulla), ad basia stipitis fere dependens; interstitiis magnis, 4-5 gonis. *In Guiana Batavorum* (Vaillant), *in Carolina & Pensilvania*. (Schweiniz) (v. ic.)

2. *P. Dæmonum*, capitulo libero ovato reticulato pervio gilvo, indusio laxo retiformi, interstitiis exiguis.

Ph. Dæmonum. Rumph. *Amb.* XI. p. 131. t. 56. f. 7.

Fœtidissimus, caput gravans, 6-7 transversos digitos altus. Volva sordide cinerea. Stipes mollis, fragilis, albus indusio duplo longior. Capitulum ovatum, paulo crassius. *In India orientali, tam in silvis, tam in hortis, solo humido umbroso arenoso, mensibus pluviosis.* (v. ic.)

3. *P. duplicatus*, capitulo libero conico celluloso pervio lutescente, indusio brevi plicato.

P. duplicatus, Bosc in *Berl. Mag. Naturf. Fr.* V. 2. p. 86. t. 6. f. 7. Hymenoph. *Nees Syst.* p. 251. f. 258.

Fœtidus, amplus. Volva crassissima, grisea. Stipes validus, æqualis, albus. Indusium breve, reticulatum, griseum. Cellulæ profundæ. *In Carolina australi.* (v. ic.)

Trib. II. ITYPHALLUS.

Phallus. *Nees l. c. Auctor. plur.*

4. *P. impudicus*, capitulo libero conico reticulato pervio, inferne nudo.

Fung. pern. gen. XXIII, sp. 5. [*Clus. Hist.* p. 286. Fungus virilis penis arrectij facie. *Lob. ic.* 309. F. Phalloides. *Eauh. Hist.* XL. c. 61, 60 excl. ic. postrem. — *Raji Hist.* II. p. 105. Phallus vulgaris. *Mich. gen.* p. 202. t. 83. Phallus volvatus &c. *Rothm. V. A. H.* 1742. p. 20. t. 2. f. 1. *P. impudicus*. *Linn. Succ.* n. 1261. *Fl. Dan.* t. 175. *Schæff. fung.* t. 196-198. *Ejusd. Gichtschw.* t. 1-5! *Bull. Ch.* p. 276. t. 182. *Bolt.* t. 92. *Nees Syst.* f. 259. Phallus fœtidus. *Sowerb. Fung.* t. 329.

E longinquo fœtore cadaverino dignoscitur. Totus spithamæus usque, albus; sed capitulum primo gelatina tenaci obscure olivacea tegitur. Volva immatura ovata. Cf. ceterum de specie notabili

frequentissima *Schrift. Berl. Gesellsch. Naturf.* 3. p. 242: 6. p. 278. *In silvis cædvis & nemoribus umbrosis, jove tonante, æstate.* (v. v.)

Plurimæ apud Sterbeck *Theat.* t. 30 & Barrelier, sublato sequente, obviæ species (a plurimis repetitæ) ex hujus iconibus inaccuratis ortæ! *Phallus cancellatus* Vent. & Pers., excluso syn. Michel., idem procul dubio fungus.

Trib. III. LEJOPHALLUS.

5. *P. Hadriani*, capitulo libero ovato lævi pervio, stipite tereti, maculis cineraceis distincto.

Phallus, Hadrian. Jun. Monogr. (non vidimus) *Lob. ic. L.* 2. 275. *Clus. hist.* p. 295. *J. Bauh. hist. XL.* c. 60. *icon. poster. Parkins. Theatr.* 1525. *Sterb. t.* 30. *f. F. Barr. Ic.* 1258. *Ph. Hadriani. Vent. l. c.* p. 517. *Pers. syn.* p. 246. *Hymenoph. Hadr. Nees Syst. f.* 258. *B.* (omnibus eadem icon; volvæ tunica exteriori reflexa).

Fœtidus. Volva alba, dein fusco-flavescens; ex icone junior obovata, gelatinosa. Stipes bipalmaris. — Species dubia, nullo recentiorum obvia. *In Hollandicæ arenosis in radicibus "Sparti" (Arundinis arenariæ).* (v. ic.)

6. *P. rubicundus*, capitulo libero conico lævi pervio badio, stipite fusiformi rubro.

Satyris rubicundus. Bose. l. c. p. 86. *t. 6. f. 8.*

Fœtidissimus. Volva exigua, gelatinosa, grisea. Stipes gracilis, irregulariter cribrosus. Capitulum glabrum, umbilico aperto, ut in omnibus antecedentibus, ovali. *In Carolina australi.* (v. ic.)

Trib. IV. CYNOPHALLUS.

7. *P. caninus*, capitulo stipiti contiguo ovato tuberculoso impervio rubescente.

Ph. caninus. Huds. Angl. II. p. 630. *Curt. Lond. t.* 235. *Schwæff. fung. t.* 330. *Pers. Obs. I. p.* 7. *Syn. p.* 243. *Fl. Dan. 1259. Schum. Scell. II. p.* 243. *Nees Syst. f.* 260. *Ph. inodorus. Sowerb. fung. t.* 330.

Inodorus, minor. Volva vaginata, pallida. Stipes flaccidus, cellulosus, deorsum attenuatus, pallido-rufescens. Pileus primo latice olivaceo tectus. *In truncis putrescentibus Coryli aliisque, rarior. Aug. Sept. (v. v.)*

Phallus alpinus - - umbilico pervio carente, pediculo fulvescente. *Mich. gen. p. 202. idem videtur, sed Auctor ipse non legit. Phallus exilis marantæ. Batt. arim. p. 76. t. XI. f. F., nisi præcedentis icon cronea, affinis species.*

Species vix notæ:

1. Fungus Phalloides virginianus, glande tessulato, *Pluk. Alm.*
2. CLATHRUS *campana*, pileo campaniformi cancellato, stipitis apice perforato annulato. *Lour. Coch. ed. Willd. II. p. 853. (Albissimus, novum genus, nisi Phallus).*

Plurimi ceterum Fungi ad Phallum perperam relati. Ipse Phallus impudicus *Lour. l. c.* ob stipitem solidum vix hujus generis. Fungus Phalloides l. penis caninus virginianus *Plukenet* ad novum genus inter Lycoperdineas pertinet.

II. ASCROË. La Billard.

CHAR. Uterus: volva gelatinosa, sulcata. Receptaculum stipitatum, in radios bifidos expansum. — Stipes teres, cavus, apice pervius.

1. ASCROË *rubra*. *Labill. Voy. Terr. Austr. p. 145.*

Stipes rubescens. Ceterum cum Phallis & Lysuris convenire videtur fungus maxime memorabilis. *In silvis inter muscos in terra van Diemen. Majo.*

III. LYSURUS. Fries.

Phalli spec. *Ventenat l. c. Pers. syn. p. 245.*

CHAR. Uterus sessilis, rotundatus, primo includens receptaculum in mucoso liquore, dein

rumpens. Receptaculum pronascens mucum absument, relicta tantum quasi vernicis tinctura; stipite suffultum & contiguum, ab apice ad basin usque partitum in lacinias (5) æquales liberas integras extus latice sporidiifera tectas. — Volva radiculosa, vaginalis. Stipes a volva discretus, pentaëdro-prismaticus, fistulosus, cellulosus, capituli loco terminatus cuspidibus erectis, conniventibus. Substantia Phalli.

HIST. Genus distinctissimum, medium inter Phallos & Clathros. Species unica, major, epiphyta, meteorica, fugax, olida, tamen officinalis dicitur. Nomen ob lacinias liberas inditum.

1. LYSURUS *Mokusin.*

Mokusin. Cibot in Nov. Comm. Petrop. XIX. p. 373. t. 5. Phallus Mokusin. Linn. Suppl. Pl. p. 452. Vent. l. c. p. 514.

Fœtidus. Volva albida. Stipes 3-4 pollicaris, 5-6 lin. crassus (mensura sinensis), carneus, mucronem versus saturator. Lacinia quinque, æquales, teretiusculæ, acuminatæ, saturate rubræ; initio vero "succo glutinoso virescente, qui exsudans intervalla canaliculorum replet, & demum in speciem vernicis siccatur" tectæ. Incrementum intra duodecim fere horarum spatium absolvit perfectusque statim flaccescere incipit. — Sinenses tamquam præstans in ulceribus cancris remedium laudant; adusti fungi cineres ulceri toties inspergere jubent, donec expurgata fuerit malities omnis. Etiam nonnulli commedunt, sed sæpe præsentissimum venenum. Ab insectis avidissime appetitur. *In variis imperii Sinici provinciis, supra radices Mori locis umbræ depressis humidis, calida præsertim post pluvias tempestate.* (v. ic.)

IV. CLATHRUS. Michel.

Boleti spec. *Tourn. J. R. U.* 362. *Clathrus. Mich. gen.* p. 214. *Gled. meth.* p. 139. *Bull. Champ.* p. 70. *Link. diss. I.* p. 31. *Nees Syst.* p. 253. *Id. & Laternea. Turpin.*

CHAR. Uterus sessilis, globosus, laciniato-dehiscens. Receptaculum ab utero discretum, rotundatum, sessile, e ramis pluribus conjunctis cancellatum, includens gelatinam meram & massam farinaceo-avidam sporidiiferam, quæ, receptaculo pronascente, colliquescit & difflohit; demum cavum. — Volva radicalosa. Stipes nullus.

HISTORIA. Genus forma clathrata, unde nomen, distinctissimum; sed in vivo de novo describendum. Phalloideos cum Gasteromycetibus evidentissime jungit; nec male cum Lycoperdineis (v. c. Sclerodermate, Polysacco) & Rhizopogone comparant Patres. Linnæum vero & sectatores, qui huc Trichocistos referunt, jure carpere Ehrhart (*Beytr. III.* p. 121) & Afzel. (*Obs. Bot.*). Fungi majores, terrestres, meteorici, fœtidi, venenati.

DIVISIO e trabibus I. ramis receptaculi plus minus conjunctis:

- I. LATERNEA. Rami receptaculi erecti, simplices, apice tantum conjuncti.
- II. CLETHRIA. Rami receptaculi ramosi, anastomosantes.

Trib. I. LATERNEA. Turpin.

- i. *C. triscapus*, obovatus, ramis tribus erectis simplicibus apice conjunctis.

Laternea triscapa, Turp. Iconogr. Champ. f. 2.

Simillima sequenti, sed volva minus ventricosa bipartita & trabes tantum tres. Descriptio omnis, præcipue coloris, desideratur. *Habitare videtur in India occidentali.* (v. ic.)

2. *C. columnatus*, oblongus, ramis quattuor erectis simplicibus apice conjunctis.

C. columnatus, *Bosc. l. c. p. 85. t. 5. f. 5. Nees Syst. f. 261.*

Fœtidissimus. Color, substantia, & magnitudo omnino *C. cancellati*, sed forma in centenis individuis constantissima differt. Volva ventricosa, lobata. Rami quadranguli. *Locis sabulosis Carolinae australis ineunte Februario.* (v. ic.)

Trib. II. CLETHRIA. Brown. *Jam.*

3. *C. cancellatus*, obovatus, ramis oblique anastomosantibus cancellatus.

C. cancellatus. *Linn. Syst. Veg. p. 1017. Scop. Carn. p. 485.*

a. *ruber*. Fungus, quem ignem silvestrem vocant. *Cæsalp. 619. F. coralloides cancellatus. Clus. App. ult. Bauh. hist. XL. c. 44. Lupi crepius, vulgo Vescia. Col. part. I. 335. Barr. ic. 1263. Raji Hist. II. p. 103. III. p. 25. Bolet. ramosus, corall. fœtidus. Comm. Ac. R. Sc. Par. 1713. p. 92. B. cancell. Tourn. - Batt. t. 2. f. E. Cl. ruber. Mich. gen. p. 214. t. 95. ! Pers. syn. p. 241. Nees Syst. f. 261. C. volvaceus. Bull. Ch. p. 190. t. 441.*

b. *C. flavescens*. *Barr. Ic. 1265. Tourn. t. 329. f. B. - Mich. l. c. Pers. syn. p. 242.*

c. *C. albus*. *Raji, l. e. Mich. l. e.*

Fœtidissimus. Volva laciniata, pallidior. Rami primarii, num in hoc etiam quattuor? In Gallia australi Canchru dicitur & hunc morbum tactus caussare fertur. Thore. *In Europa australiore & America ad scæpes, inter Arundines &c. Vere & autumno.* (v. ic.)

4. *C. crispus*. †.

C. crispus. *Turp. Icon. l. c. f. 3.*

A præcedente diversus videtur, sed ex sola icone differentiam eruere nequeo. Exacte globosus; cancelli potius sporangia referunt. *India occidentalis?* (v. ic.)

Subord. II. TUBERACEÆ.

Sarcocarpi genus. *Pers. syn. p. XIII.* Gasterom, compositi *Link diss. I. p. 33.* (ad part.) Fungi subterranean. *Nees Syst.* (ad part.) Pisocarpia. *Ehrenb. silv. p. 28.* (ad p.) Coccoplea. *Nees Syn. gen. p. LXXV.* (ad p.) Tuberaceæ. *Pers. Ch. comm. ed. germ. p. 32.* (ad p.).

CHAR. Uterus sessilis, rotundatus, arrhizus, sed thallo radicante passim instructus, clausus, irregulariter dehiscens, intus carnosus, sæpius venis marmoratus l. cancellatus. Sporangia minuta, membranacea, mollia, inspersa. Sporidia exigua. Contextus vesiculosus, (Phalli vero minus distincte).

Obs. Fungus intus junior subpulposus, adultus omnino absque floccis & sporidiis pulveraceo-nudis, hinc facile dignoscuntur ab Lycoperdineis, habitu simillimis *). Nec minor cum Hymenomycetibus affinitas, cum quibus jungit acutissimus *Nees*. Massa enim interna, sit venia symbolo, mihi videtur quasi receptaculum (v. c. Clathri analogon) cum utero concretum & inclusum; venæ hymenii species.

V. TUBER. Mich.

Tubera. *Bauh. pin. p. 575.* *Tourn. J. R. H. 565.* Lycoperdi spec. *Linn. & assecl. spec. VIII. Gled. meth. p. 157.* Tuberis sp. *Bull. Ch. I. p. 74.* *Pers. syn. l. c. Nees l. c.*

CHAR. Uterus subglobosus, arrhizus, clausus, intus venose marmoratus. Sporangia minuta, glo-

*) Præcipue sæpe confunditur Scleroderma cervinum. Hoc est *κρηαυριον* (pejus legitur *γερφαυριον*) *Theophrast. Hist. I. c. 9*, quod ad Tuber quoque referunt Commentatores. De variis "Tuberum generibus" & nominibus apud Veteres diffusa disserui in *Comm. Scriptores Mycologiæ illustrante*. (proh dolor! inedito).

bosa, pedicellata, membranacea, venis inspersa (nudo oculo non discernuntur). Sporidia obsoleta, in adultis tamen adsunt.

HIST. Fungi majores l. medii, subterranei, regiones temperatas praamentes, diu persistentes, subfragrantes, sapidi, nutrientes, in cibariis laudatissimi; etiam aphrodisiaci perhibentur. Sues in diliciis habent, loca natalia indicant. "Canes proprii, summa patientia docti, hunc fungum olfaciunt, effodiant, indicant domino. Caro pretio emitur a devotis Gulæ & Veneri" *Scopoli*. Novi hominem, olfactu Tuberum venatorem. *Nees*. De vario usu conferas *Trattin. Essb. Schwämme, Pers. Ch. Comm.* librosque culinares. Nomen origine romano; synonymum *οιδύον* Græcorum. Specierum historia multis dubiis premitur. Italos Botanicos, quos tot immotalium Mycologorum vestigia non terreant, sed stimulent, ut hos ceterosque terræ suæ, ipsis fungis classicæ, illustrent, Mycologus extremi septentrionis obtestatur.

DISTINGUENDÆ probe tribus, e superficie:

I. GENUINA. Muricato-verrucosa, scabra.

II. SPURIA. Extus lævia.

Trib. I. GENUINA.

Tuber. *Mich. gen. p. 221. Link diss. I. p. 33. f. 31.!*

1. *T. cibarium*, verrucis exasperatum, nigrescens.

Τιδύον *Theophrast. Hist. I. 9. ex Spreng. Hist. R. Herb. I. p. 109. (ed. I.) (certe non Dioscoridis; conf. Maranth. Meth. I. c. 10). Tubera syncera. Plin. Hist. XIX. c. 2. Tubera Mathiol. 544. Lob. ic. 2276. J. Bauh. hist. XL. c. 79. cum syn.!* (ad partem) *Tourn. l. c. t. 333. T. edulia. Park. 1319. Tuber brumale pulpa obscure, odora. Mich. gen. 221. t. 102. Raji syn. p. 20. Hall. helv. 2177. Lycoperdon Tuber. Linn. Spec. Pl. II. p. 1053. (nec Fl. Suec.) Berg. Mat. Med. II. p. 371.!* *Lycoperd. gulosorum. Scop. Carn. 2. p. 491. Tub. gulos. Web. Hols. p. 109. T. cibarium. Sibth. - Bull. Ch. p. 74! t. 356. Pers. syn. p. 126. Tratt. l. c. c. ic. opt. Nees Syst. f. 147. Cf. Reus Rep. Comm. 2, p. 154.*

Odor fragrans, sapor gratus. Fungus rotundus l. angulatus, undique tuberculis inæqualibus, sæpe tetragonis, sæpe rotundis verrucoso-muricatus, absque fibrillis radicanibus; magnitudine a nucis avellanæ ad pomi l. pugni varia. Intus quoque nigrescens, locis vero pallidioribus sporangia (sub lente) conspiciuntur. In cibariis præstantissimum, præcipue in Barbaria & Gallo-provincia natum. In Europa, Asia, Africa, America boreali, copiosissime in Pedemonto. Exfoditur hieme. (v. s.)

Ulterius inquirendum, num plures confusæ lateant species. Jam Ferranti & Mathiolus l. c. Tuberi duas species extus scabras nigras distinguunt, quarum altera pulpa nigra, communis; altera candida, Plinii. In Japonia "fungus magnitudine Pruni majoris, recens mollis brunneus, sale conspersus niger evadit." Thunb. Jap. p. 349. Quattuor notat Bulliard l. c. varietates. 1. nigra. 2. primo subalbida, dein cinereo-fuscescens. 3. nigro-subviolacea. 4. subcinerea, alliacea.

2. *T. albidum*, verrucis exasperatum, albidum.

Tuber albidum. Cæsalp. 616. Tuber æstivum, pulpa subobscura &c. Mich. gen. p. 221. n. 2. Lycop. globosum, subterraneum &c. Gled. meth. p. 157.

Præcedente minus sapidum & odorem, saltem odor non fragrans. Globosum, magnitudine nucis Juglandis, extus muricato-scabrum, absque thallo fibrilloso; intus sordide albidum. Sunt qui præcedentis ætatem juniorem statuunt; alii cum Rhizop. albo confundunt; forsitan quædam e prioris varietatibus huc pertinent. Cum priori, rarius. Æstate, autumno. (v. s.)

Trib. II. SPURIA.

Analysis horum desideratur. An ad Rhizopogon?

3. *T. moschatum*, subrotundum, læve, nigrescens.

Bull. Champ. p. 79. t. 479. Pers. syn. p. 197. Des. fr. 2.

Recens substantia interna etiam nigrescens, molle & odorem fortem moschatum exhalat. Exsiccatum plicato-rugosum. *Bull. Sub terra in Gallia.* (v. ic.)

4. *T. griseum*, rotundo-difforme, læve, griseum.

Truffe grise. *Borch. Lett. sur Truff. Piem. p. 7. t. 1.*
2. *T. griseum. Pers. syn. p. 127.*

Magnitudine cum ceteris convenit, verum substantia saponacea & odore alliaceo differt. *Borch.* De hac specie forsan agit *Ferranti Imper.* "Est & aliud Tuberum (*Tartuffi*) genus, alibi nascentium, quorum superficies pallida, magnitudo minor, gustus gratus." *In Pedemonto.* (v. ic.)

5. *T. niveum*, globosum, pyriforme, læve, album.

Terfez Africanorum. *Leo Afric. lib. 9.* Tuberis genus album. *J. Bauh. Hist. XL. c. 81.* Tuber niveum. *Desf. Fl. Atl. p. 436.*

Totum extus intusque album, globosum, quandoque pyriforme. *Desf.* Cortex ei albus; reperitur magnitudine nucis & aurantii mali. Arabes delectantur ejus esu, quasi esset saccharum, & bona ratione: certe prunis impositum, postea mundatum & pingui jure adpersum, singularis & delicatus cibus. Edunt etiam coctum, cum aqua & lacte. *Abundat locis calidis in arena in Numidice desertis; copiose juxta urbem Sela.* (Leo) *In arenosis desertis Barbarice.* (Desfont.)

Ad hoc refert Dalechampius *μῦθ Athen. Lib. 2. c. 31.*, quod Mison *Plin. Hist. XIX. c. 3.*, e Cyrenaica provincia.

6. *T. rufum*, globosum, læviusculum, interne primo scrdide albidum, dein rufescens, venis albis.

T. rufum. Poll. Pl. nov. p. 33.

"Fungus magnitudine nucis Juglandis, raro majore, attentis oculis inspectus leviter *ferrulosus*, quandoque glaber, pro more arrhizus, odore & sapore suavissimo (?). Exsiccatus vix decrescit" — *In vineis & silvis collinis prope Veronam autumnno.*

Potius ad sequens genus, forsan & primam speciem, pertinet. Tum citarem *Tubera arenosa* Plin. l. c. ("dentibus inimica, colore rufo, intus candido) & *Tuberum tertium genus* Mathiol. 544. ("lævi cortice, colore subrufo, ceterum longe minus, insipidum & gusto injucundo"). — Cf. Borch. l. c.

Cujus generis?

Tubera minima, nucis magnitudine, coloris purpurei. Merr. pin. 42.

VI. RHIZOPOGON. Fries.

Lycoperd. & Tuberis spec. Auctor. Rhizopogon. Fries
Symb. Gast. p. 5. Nees Syn. gen. p. CLXXIX.

CHAR. Uterus sessilis, rotundo-diformis, flocculosus, demum irregulariter rumpens, intus carnosus, venis frequentissime anastomosantibus variegatus. Sporangia membranacea, globosa, sessilia (nudo oculo distinguuntur) venis inspersa; sporidiis distinctis repleta; primo pulposa, demum evacuata cava.

HIST. Fungi majores l. medii, e terra emergunt, versus septentrionem magis, quam *Tubera*, ascendentes, odore & sapore nullo l. nauseoso, vix cibarii; "aphrodisiaci" cf. *Gled. l. citando!*) *Tubera Solani* admodum referunt. Extus l. basi fibrillis reticulatis corymbosis radicanibus obducti, a quibus nomen. Habitus non *Tuberis*, sed *Sclerodermatis*, cum quibus & specie jungit Gleditsch, ceterum *Tubera* distinguens!! (*Tubera spuria*).

1. *R. albus*, rotundus, subrugosus, ex albido-rufescens, basi leviter fibrillosus.

Lycoperdon gibbosum. Dicks. Crypt. 2. p. 26. *Tub. album*. Bull. Champ. I. p. 80. t. 404. Pers. syn. p. 228. Dec. fr. l. c. A. S. p. 77.

Minor, subrotundus, oblongus, parum difformis, leviter flocculosus, extus ex albo sordide ru-

fus, intus albus, dissectus ad aëris contactum rubescens. Basis radicalis fibrillosa. Cf. *Tuber rufum*. — *Ad vias arenosas, in ericetis montosis Europæ, Carolinae. Aut. (v. v.)*

2. *R. luteolus*, rotundatus, difformis, adpresse fibrillosus, luteus, fibrillis radicanibus laxis.

Tubera subterranea, testiculorum forma. *Menz. Pug. rar. t. 6. Gled. meth. p. 156. Tuber obtextum. Spreng. Pug. II. p. 97. Rh. luteolus. Fries l. c. p. 5.*

Odor & sapor nauseosus. Sparsus, gregarius, a nucis ad pomi-magnitudine, globosus, reniformis, ovatus e. s. p., extus sordide luteus l. helvolus, ubique tomento adpresso fibrillosus; deorsum fibrillis radicanibus barbatus. Intus lividus l. griseo-pallidus. *In pinetis sabulosis silvaticis in Germania septentrionali, Suecia satis copiose. Aestate, autumno præprimis seriore. (v. v.)*

3. *R. virens*, lobato-difformis, intus e viridi-cinereascens, extus sordide spadiceus, filamentis radicanibus laxis.

Tuber virens. *A. S. p. 77. t. 8. f. 3. (huc accedit etiam Gleditschi syn. cit.).*

Præcedentibus affine, sed distinctum statura minori, magis difformi, superficie nudiuscula, fibrillarum apicibus passim liberis nec non colore constante. Inodorus, insipidus. *Locis similibus ad latera viarum arenosa in Lusatia & Carolina. (v. ic.)*

4. *R. æstivus*, subglobosus, extus intusque albido-fuscescens, fibrillis capillaribus.

Lycop. æstivum. Wulf. in Jacq. Coll. I. p. 344.

“Magnitudo nucis Castaneæ, primo sordide albus, dilute fuscescens, tandem nigricans, lævis l. squamulis furfuraceis obsitus apice terra denudatus. Caro spongiosa, primo alba, dein cinerascens aut fuscescens, maturitate aut exsiccata celluloso-porosa. Odor subnullus, sapor nullus.” *Wulfen. In Austria.*

Obs. UPERRIZA, externa facie cum præcedente genere conveniens, diversa *pulvere seminali soluto nigro fætido*, (absque sporangiis propriis). Videtur igitur genus analogon inter Lycoperdineas.

VII. POLYGASTER. Fries.

CHAR. Uterus subrotundus, sessilis, flocculoso-tuberculosus, rumpens, intus celluloso-carnosus, e sporangiis majusculis subglobosis aggregatis compositus. Sporidia coacervata.

HIST. Genus a *πολυς* & *γαστηρ* dictum, substantia interna subuniformi, thallo & loco epiphyto ad sequens proxime accedens. Ceterum in vivo denuo observandum. Monendum vero, me characterem non solum ex auctoribus citandis, sed & e fungo in India orientali a Königio lecto, ceterum dubio & a sequente forsan diverso, sumsisse.

I. POLYGASTER *Sampadarius*.

Tuber Sampadarium. *Rumph. Amb. XI. C. 18. p. 123.*
Lycoperdon glomeratum. Lour. Coch. ed. Willd. II. p. 356.

Fungus subrotundus, sesquipollicaris, fuscus, intus albus, non farinaceus, quasi e multis minoribus conglobatus, sessilis, basi fibrillosa. *In silvis Cochinchinæ & Indiæ orientalis arborum vetustarum radicibus insidens.* (Cf. supra).

VIII. ENDOGONE. Link.

Link diss. I. p. 33. Nees Syst. p. 158.

CHAR. Uterus subglobosus, extus floccosus, intus grumosus. Sporangia minuta, globosa, membranacea, sporidiis repleta.

HISTOR. Link solus observavit; Rhizopogoni & Polygastri proximum. "Membrana externa (uteri) tenue floccosa. Contextus ceterum vesiculosus, microscopio simplici inspectus grumosus; at compositi ope conspiciuntur sporangiola, ut in Tubere, dispersa inter vesiculas multo minores. Sporidia minuta, globosa." Unica species, supra terram, parasitica.

I. ENDOGONE *pisiformis*.

E. pisiforme, irregulariter globosum, lutescens, membrana floccosa alba inductum. *Link l. c. f. 52. Nees Syst. f. 195.*

Magnitudo Pisi. Membrana floccosa inducta tenuissima, intus colore lutescente Tuberis, at non venosum, sed grumoso-granulosum. *Fibrillis paucis muscis adnascitur in silvis abietinis. (v. ic.)*

Genera vix cognita:

I. GEMMULARIA. Cortex integer, gemmiparus. *Rafin. Schm. in Isid. 1820.*

An *Lycoperdon solidum*. *Gron. Virg. Cf. Transact. Linn. Societ. XII. (Forsan Pachyma).*

II. *Lycop. lamellatum*, — intus compositum e lamellis carnosis arcte incumbentibus (nigris). *Lour. Coch. II. p. 856.*

Fungus 2-pollic., inæqualis, glaber, inodorus, fusco-purpureus, fibrillis raris inhærens *arborum radicibus.*

Subord. III. NIDULARIACEÆ.

Sarcospermæ Pers. syn. p. 236. (Link & Ehrenb. ad Tuberac.) Nidulariac. Fries exs. Dec. V.

CHAR. Uterus varius, demum apertus, intus sporangia plura colligens. Sporangia clausa, libera, intus sporidiis referta. Contextus obscure vesiculosus. *Genera inter se distinctissima, e sporangiorum indole potissimum distinguenda.*

IX. NIDULARIA. Bull.

Fungi seminiferi. *Veterum*, Cyathoides, *Mich. gen. p.* 222. *Cyathus*, *Hall. helv. 3. p.* 127. *Pers. syn.* 236. *Peziza*, *Gled. meth. p.* 136. *Nidularia*, *Bull. Ch. p.* 69. *Sibth. ox. p.* 393. *Link, diss. I. p.* 34. *f.* 53.

CHAR. Uterus rotundatus; peridio coriaceo, extus subfloccoso; intus junior refertus pulpa gelatinosa, cui immixta sporangia immatura; dein rumpens, intus e gelatina absorpta vernicosus. Sporangia numerosa, lenticularia, carnosa, libera; peridio partiali membranaceo floccoso fugaci sæpius cincta. Sporidia in medio coacervata, majuscula, æqualia.

Obs. Contextus sporangiorum striatim floccosus, a Linkio notatus, est ascorum rudimenta. Cf. quæ de horum structura disserunt *Ehrenb. in Silv. Ber. p.* 28 & *Nees in Hor. Ber. p.* 41.

HISTOR. Fungi minores, gregarii, epiphyti, autumnò optime vigentes, per omnes fere orbis plagas obvii. Odor, sapor, usus nullus; tamen Clusio jam innotuerunt. Sporangia in utero, ut ova in nido, unde nomen. Cyathi nomen antiquius in primam modo tribum quadrat. Ex utero facile in dua genera distinguerentur, sed sporangia fere eadem. Linné sub *Peziza lentifera* & *Gleditsch* omnes, prioris saltim tribus, species jungunt.

DIVISIO ex utero diverso in tribus admodum distinctas:

- I. CYATHIA. Cyathiformes, epiphragmate orbiculari tectæ (1-6).
- II. NIDULARIA. Subrotundæ, epiphragmate destitutæ (7-12).

Trib. I. CYATHIA. Brown. *Jam.*

Synon. supra cit. huc pertinent! *Cyathus*, *Fries Symb. Gast. p.* 2. *Nees gen. p.* LXXII.

CHAR. Uterus coriaceus, firmus, persistens, cyathiformis, integer, epiphragmate orbiculati de-

hiscente tectus. Sporangia subtus umbilicata, peridio partiali in funiculum umbilicalem producto.

1. *N. striata*, obconica, hirsuta, spadicea, interne striata.

Fung. exilis, discifer. *Ephem. Nat. cur. Des. II. 6. obs. 110. ann. 10. obs. 207. Bocc. Mus. t. 305. f. 1. Læs. Pr. t. 16. fig. ins. dextr. Raji syn. p. 20. n. 22. Dill. giss. p. 196. Vaill. par. t. 11. f. 4. 5. Mich. gen. t. 102. f. 2. Peziza. Guett. Obs. p. 15. t. 1. Schæff. t. 178. Hall. helv. n. 2214. P. striata. Huds. p. 634. Bolt. t. 102. f. 2. Cyath. striatus. Hoffm. Veg. Cr. 2. p. 33. t. 8. f. 3. Nees Syst. f. 132. Pers. syn. p. 237. Pez. campanulata. Berg. P. hirsuta. Schrank. Nidul. striata. Bull. t. 40. f. 1. - Holmsk. Ot. II. p. 5. t. 2. N. hirsuta. Sowerb. fung. t. 29. (Ehrh. exs. n. 120. Kunz. exs. 95. Moug. exs. n. 283).*

Gregaria, radiculata, basi passim bulbosa, extus strigosa subsquamosa umbrino-fusca, margine primo inflexo; intus sulcata, plumbea, nitida. Epiphragma membranaceum, albidum. Sporangia pallida. *Ad terram inter folia putrida & ad bases truncorum; etiam in America. Aug. - Nov. (v. v.)*

2. *N. campanulata*, campanulata, villosa, cinereo-fusca, intus lævis plumbeo-nitida.

Αρωγυμος. Clus. rar. p. 287. Sterb. t. . . . Menzel, pug. p. 126. t. 6. (Fung. cal. seminif.) Læs. l. c. fig. sup. Fung. vulg. Rupp. jen. p. 303. Marsig. diss. t. 1. f. 1-6. Vaill. par. t. 11. f. 6, 7. Mich. gen. t. 102. f. 1. Buzb. in Comm. Petr. IV. t. 29. fig. supr. Batt. t. 3. f. I. K. Peziza lentifera. Linn. Succ. 1271. Leers &c. Hall. helv. n. 2215. Fl. Dan. t. 780. f. 1. P. sericea. Schæff. t. 180. P. cyathiformis. Scop. Carn. p. 486. Cyathus lævis. Hoffm. l. c. p. 31. t. 8. f. 2. Nidul. vernicosa. Bull. Ch. p. 164. t. 488. f. 1. t. 40. f. 2. Cyath. nitidus. Roth. Cat. I. p. 236. C. olla. Pers. syn. p. 237. Nees Syst. f. 133. b. Nid. campanulata. Sibth. - Sowerb. t. 28. Holmsk. Ot. II. p. 8.

Junior clavato-cylindrica, dein obconica, extus tomento griseo floccoso denso obducta; epiphrag-

mate tenui, floccoso, plano, albo, lacero-rumpente; intus albida, mox plumbea nitens, demum spadicea nitida, margine repando. Sporangia orbiculata, lævia, matura spadicea. In plures species dividi posset. — h. *bulbosa*, late campanulata, bulbosa, glabriuscula, limbo patente. (Fl. Dan. t. 469. f. 1.) c. *agrestis*, minor, hemisphærica, margine erecto. Ad ramenta lignea, in hortis, arvis &c.; etiam in Asia & America. Aestate, autumno. (v. v.)

3. *N. dasypus*, late infundibuliformis, glabra, ochraceo-fusca, intus lævis fusco-livida.

Cyath. *dasypus*. Nees Hor. Ber. p. 41. cum ic.

Antecedenti maxime affinis. E basi radiculosa dense intertexta terraque immersa dilatata assurgit obconica, limbo derepente plano-dilatato recurvato altitudine (2-3 lin.) multo latiore (5-6 lin.), extus subtilissime rugulosus, intus nitidula. Sporangia lenticularia, subangulata, albicantia. — h. *nigrescens*, In terra nuda limosa in Capite b. spei; e Guadeloupa dedit Acharius. (v. s.)

Fungus campaniformis niger parvus &c. Pluk. Phyt. t. 184. f. 9. idem videtur, Ex India occidentali.

4. *N. Crucibulum*, campanulato-cylindrica, utrinque truncata, subtomentosa, ex ochraceo-ferruginea, intus lævis luteo-pallescentis.

Mich. gen. t. 102. f. 3. P. lentifera. Poll. pal. III. p. 305. Schrank n. 1759. Fl. Dan. t. 105, 1490. f. 1. Pez. crucibuliformis. Schæff. t. 179. Scop. Carn. p. 486. P. lævis. Huds. - Cyathus lævis. Web. N. lævis. Bull. l. c. p. 165. t. 40. f. 3. (N. glabra), 488, f. 2. Sowerb. t. 30. Holmsk. Ot. II. p. 3. t. 1. Cyathus cylindricus. Willd. Ber. n. 1161. C. crucibulum. Hoffm. l. c. p. 29. t. 8. f. 1. Pers. syn. p. 238. Nees Syst. f. 155.

Minor, arrhiza, basi floccosa adnata, coriacea, margine erecto integerrimo, epiphragmate firmo, convexo; extus junior ochraceo-tomentosa, dein ferruginea, tandem glabra. Sporangia orbicularia, lævia, glabra; quamdiu in gelatina natant alba, dein

pallescentia. Locis verticalibus latere adnata. *Ad ligna & cortices pineos aliosque, locis domesticis & silvaticis, ubique; etiam in America. Aest. Aut. (v. v.)*

Species 1, 2, 4, e Michelio mutuatas, Gleditsch l. c. t. 4 depinxit.

5. *N. scutellaris*, globosa, dein hemisphærica tomentosa cinerea, intus lævis albida.

Cyathoides scutellatum &c. *Mich. gen. p. 222. t. 102. f. 4. Cyath. scutellaris, Fl. Dan. t. 780. f. 2. Roth. Catal. I. p. 237. Pers. syn. p. 239. Schum. Sæll. p. 241.*

Præcedenti proxima, nec cum speciebus sequentis tribus commutanda. Minor, cupulæformis, arrhiza, ore integro subrepando, epiphragmate flavoferrugineo tecta. Sporangia lævia, majusculi, albida, demum nigrescentia. *Locis silvaticis ad aseres & ramulos dejectos, rarior. Aut. (v. v.)*

6. *N. complanata*, hemisphærica, extus cinereo-ferruginea, intus lævis alba, capsulis repleta. *Dec. Syn. p. 56 (Cyathus).*

Medius inter priorem & sequentes. *In ligno putrido Gallie.*

Trib. II. NIDULARIA. Fries.

Fries Symb. Gast. p. 2. Nees Syn. Gen. p. CLXXVIII.

CHAR. Uterus globosus l. difformis, coriaceo-membranaceus, irregulariter rumpens (l. floccosus fugax), epiphragmate destitutus. Sporangia absque umbilico & filo umbilicali, margine adfixa. *Peridia partialia passim desunt, eorumque loco membranula tenuis floccosa, e pulpa orta, interiorum uteri paginam vestit.*

7. *N. granulifera*, cyathiformis, extus tomentosa gilva, intus albida, margine erecto lacero.

Holmsk. Ot. II. p. 11. c. ic. Nees Syst. f. 133. C.

Species a reliquis distinctissima, forma obovata, deorsum attenuata, superficie laevi & colore. Tota $\frac{1}{4}$ lin. alta, primo clausa, dein rimose debiscere videtur. Sporangia copiosissima, minuta, sanguinea, internæ membranæ ubique adfixa. *In Dania ad ligna putrida, autumno.* (v. s.)

8. *N. pulvinata*, orbicularis, pulvinata, testacea, pulverulenta, sporangiis difformibus compressis demum cinereo-nigris.

C. pulvinatus. Schwein. l. c. n. 534.

Sparsa, sæpius clausa (quale meum specimen), $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ unc. lata, lævis, pulvere copioso badio inquinante, ætate in flocculos quasi congesto, obruta; junior intus farcta alba. Sporangia majuscula, "numerosa," primum alba. *In arboribus maxime putridis Carolinae.* (v. s.)

9. *N. farcta* (*confluens*), subrotunda, villosa, sordide albida, irregulariter rumpens, sporangiis orbiculatis corrugatis brunneis.

Fungus seminifer, minor fere hemisphæricus. *Rajæ Syn. p. 20. n. 21. t. 1. f. 2. Fries Symb. p. 3.*

Solitaria, passim conferta confluens, arrhiza, magnitudine admodum varia, læviuscula, persistens, intus membrana tenui floccosa, vestita, cui adfixa Sporangia compressa, majuscula, sat copiosa, glabra, primo in pulpa junioris fungi natantia alba, dein brunnea, vegeta lævia, sicca mox corrugata. Nucleus linearis, ater. Hanc pro *C. scutellari* sumere videntur A. S. aliique. *Ad ligna pinca, quercina &c. passim. Aut.* (v. v.)

β . *N. radicata*, tuberculosa, tomentosa, grisea, radice fibrillosa longissima, l. c.

C. farctus, Roth. Cat. I. p. 237. t. 7. f. 2. Pers. syn. p. 239.

Sporangia nil a priori differunt, quare pro varietate, e loco natali humidiora orta, sumo. *In lignis aqua sæpe irrigatis, canalibus &c.* (v. v.)

10. *N. globosa*, globosa, tuberculosa, irregulariter rumpens, albida, sporangiis subglobosis flavidis.

Cyath. globosus. *Ehrenb. silv. Ber. p. 28. f. 8. A-H.*

Solitaria, 2-3 lin. magna. Sporangia peridio exteriore fibroso rufo-fusco conglutinato amicta, medio cava. *In terra sabulosa inter muscos Berolini, parcissime lecta. (v. ic.)*

11. *N. deformis*, irregularis, rugosa, pubescens, alba, sporangiis oblongis brunneis. *Fr. l. c.*

C. deformis. Willd. Obs. Bot. in Bot. Mag. v. 2. fasc. 4. p. 14. t. 3. f. 8. Pers. syn. p. 246.

In statu juniori hemisphærica, arrhiza, irregulariter rumpens, per lentem villosa. Sporangia oblonga, minuta, filo tenui adnexa. *Prope Berolinum in silvis locis opacis, in ramulis dejectis, rarior. (v. ic.)*

12. *N. denudata*, irregularis, confluens, alba, utero floccoso evanescente, sporangiis orbiculatis lævibus luteis. *Fries l. c. p. 4.*

Species distinctissima; reliquis minor, 1-2 lin. longa, sed sæpe seriato-confluens, tuberculosa, nudo oculo glabra, sub lente pubescens, irregulariter rumpens, demumque tota evanescens, sporangia denudata relinquens. Sporangia copiosissima, minuta, orbiculata, utrinque depressa, sed non umbilicata, nuda (*absque peridio partiali*), lævia, fulvo-lutea, nitida, sicca immutata; utero evanescente ligno l. hypothallo adhærentia, in orbem dispersa. Nucleus oblongo-linearis, ater. *In lignis putridis, ramis alneis dejectis &c., minus frequens. Aut. (v. v.)*

Si plures ejusdem indolis species innotescerent, propriæ tribus typum facile subministraret.

Species inquirendæ:

1. *Peziza sessilis*, campanulata, exigua, intus aurea; extus sanguinea scabra. *Gled. meth. p. 139.*

2. *Pers. Myc. Eur. t. 1. f. 9—10.* ad *Nid. crucibulum* & *scutellarem nimus accedit.*

Obs. Genus *GRANULARIA Willd. Ann. Bot. I. p. 6. t. 1. f. 1.* est *Nidularia* in statu juvenili.

X. ARACHNION. Schwein.

Schwægr. Syn. fung. car. n. XIV. t. 1. f. 2.

CHAR. Uterus subglobosus, peridio externo tenui evanescente, interno suberoso, irregulariter rupto; refertus sporangiis numerosis appressis (nec connexis) polysporis. Sporidia libera, æqualia. *Sporangia friabilia, nullis floccis interjectis.*

HIST. Genus americanum, referens sacculum aranæ ovulis repletum, unde nomen. Inter Angiogastres mucedineos evidentur genus uterinum uteri cortice duplici, sporidiis liberis, analogia cum *Polysocco*, *Bovista* &c. Habitu ad *Anixiam* accedit.

1. *ARACHNION album.* l. c.

Sessile, radicum, subrotundum aut irregulare, magnitudine nucis minoris, glabrum, "sericeum," sordide album, intus repletum globulis innumeris, quibus totum factum est, dense congestis, sed non connexis, primo albis, demum cinereo-fuliginis, magnitudine seminum minutissimarum plantarum phanerogamarum. Globuli (Sporangia) repleti pulvere "seminali ferrugineo" (albo, ut Schwægrichenio & nobis viso). *Fasciculatum in terra nuda madida viarum Carolinæ superioris, sæpe ad uncia quadrantem l. dimidiam partem defossum, frequens.* (v. 2. a Cel. Schwægrich. missum).

XI. MYRIOCOCCUM. Fries.

Fries exsicc. Dec. VII. - Nees Syn. Gen. p. CLXXVIII.

CHAR. Uterus difformis, floccoso-furfuraceus, demum evanescens. Sporangia numerosa, floccis intertexta, globosa, polyspora. Sporidia conglobata.

HISTOR. Genus distinctissimum, a *μυριος* & *κοκκος* dictum, Sclerotii subaffine, sed simul quoad uteri indolem evidentur mucedineum & Spumariæ analogon inter Angiogastres, ejusque modo supra corpora varia effusum. Species unica hactenus nota vernalis.

1. MYRIOCOCCUM *præcox*. Fries exs n. 70.

Radiculæ byssoideæ, albæ, repentes. Tubercula superficialia, difformia, confluentia, 2-4 lin. lata, primo obtutu Sphæriam compositam albam ostiolis prominentibus fascis referentia; componuntur ex acervo globulorum copiosorum, quibus obtegunt & ubique interrepunt flocci contexti albi. Globuli l. sporangia carnosæ, solida, e coccineofusca, intus sporidiis conglobatis referta. *Ad ligna, muscos, stipulas variasque quisquillas & ipsam terram; circa Femsjö non rarum in nemoribus silvaticis, primo vere.* (v. v.)

XII. POLYANGIUM. Link.

Link diss. I. p. 42. Dittm. apud Sturm. Deutschl. Fl. III. t. 27.

CHAR. Uterus subrotundus, hemisphæricus, vesiculoso-floccosus, demum apertus. Sporangia pauca, pro ratione maxima, oblonga, massa grumosa referta. *Sporangia nullis floccis intertexta.*

HIST. A *πολυς* & *αγγιον* dixit Link hocce genus Nidulariacearum elementare, utpote epiphytum & erumpens cum Sphærobolo analogum. Spo-

rangium per se, neglecto utero, cum Perisporiis quibusdam convenit, inmo ad horum prototypum maxime elementarem Coniosporium accedit. Massa interna grumosa colorata, quam sporidia inæqualia cum Neesio dicere mallet, a Myriococco bene distinguit.

1. POLYANGIUM *vitellinum*.

Link diss. l. c. f. 65. Dittm. l. c. t. 27. Nees Syst. p. 137! f. 131.

Sparsum, gregarium, magnitudine grani sabuli majoris, rotundatum l. oblongum, vitellinum. Uterus membranaceus, subgelatinosus, pellucidus, lævis, includens Sporangia 4-6 oblongo-ovata, lævia, saturatius colorata. *Ad truncos prostratos locis humidis, Aug. - Oct. (v. v.)*

Subord. IV. CARPOBOLI.

Tod. Meckl. I. disposit. ! Sarcocarpi. Pers. syn. p. XIII. Gasterom. ser. 3. Link. diss. I. p. 32. Phalli &c. Ehrenb. l. c. (Nees inter Pyrenomycetes & ceterumque diversis locis genera posuit).

CHAR. Uterus rotundatus, urceolatus, rumpens, protrudens Sporangium solitarium, discretum sporidiis refertum. *Fungi pusilli, gregarii, sporangium vesiculæforme sæpius elastice ejicientes. Velum adest.*

XIII. ATRACTOBOLUS. Tode.

Fung. Meckl. I. p. 45. Nees Syn. Gen. p. CVI.

CHAR. Uterus sessilis, orbicularis, cupulæformis, apertus, sed infra marginem liberum operculo umbonato tecto-clausus. Vesicula seminifera fusiformis (oblonga), clausa, e fundo cupulæ. operculo propulso prosiliens. Sporidia inclusa, mucosa. *Operculum velum est.*

HIST. Genus, ab *ατρακτος* & *βαλλω* dictum, auctoritate Todei & Neesii servatum, nam mihi olim satis copiose obvium *entomogenum* facile videbatur; interea cum notione ideali Carpoholorum generis hymenini sat convenit et Cyathias operculo suo recovat. Stegiæ simillimum, fructificatione vero diversum. Species unica minuta, gregaria, meteorica, autumnalis, habitu Pezizæ umbonata.

1. ATRACTOBOLUS *ubiquitarius*. Tod. l. c. f. 9.

Nudo oculo farinam sparsam refert, lente vero perlustrata cupulæ albæ agnoscuntur limbo patente seu deflexo, operculo plano umbonato, extus granulata. Vesicula elongate ovalis, glaberrima, pellucida, rubicunda, elastice operculum protrudens. Tode. — *Pez. annularis* Batsch. Cont. I. f. 139, ab Auctore citata, certe entomogena. “*Post pluvias, præsertim ubi cælum tonat, dense cadentes variis corporibus (lignis, ossis, saxis &c.) innascitur, præcipue rimas aquam retinentes occupans.*” *Ad saxum Lichenosum, passim inundatum. Aut. (v. v.)*

XIV. THELEBOLUS. Tode.

Tod. Meckl. I. p. 41. Nees Syst. p. 319. (inter Sphaerias).

CHAR. Uterus sessilis, subrotundus, urceolato-ventricosus, protrudens Vesiculam globosam papillæformem, ore excutiens Sporidia primo inclusa, mucosa. *Substantia carnosogelatinosa. Velum parziale, fugax.*

HISTOR. Genus distinctissimum, a *Θελη* & *βαλλω* dictum, a beat. Todeo, observatore oculatissimo, primum determinatum. Inter Carpoholos genus uterinum, ex habitu et vegetatione Pezizis simillimum; quoad fructificationem Pyrenomyceti-

bus proximum (Sphæronæmati, Sphæriæ Pezizæ, aurantiæ). Est quasi Sphæria maxime libere evoluta (cf. Sph. citrinam!), ubi perithecium intèrius emergit & nucleus, jam in primo evolutionis momento solutus, ob formam uteri constricti urceolatam in hymenium Pezizarum explicari nequit. Cf. quoque quæ, de hoc genere, egregie enarrat Nees, l. c.

1. *T. terrestris*, hemisphæricus, croceus, congestus, subiculo tomentoso dense complexo insidens.

A. S. p. 71. t. 2. f. 4. Nees syst. f. 364.

Subiculum flavicans, primo crassiusculum, e filamentis longis firmissculis dilute flavis arcte intertextum, demum tenuius atque hinc inde obliteratum; effusum, 4—6 unc. longum, cui ceteræ fungorum primo semi-immersæ, adultæ nudæ, nec nisi fibrillis sparsis pro annexu instructis. Ceterum sequenti nimis affinis, sed ultra duplo majus, velo minus fugaci. *Ima silvarum opacarum amat penetralia, ubi terræ nudæ l. muscis, foliis, stipitibus putridis instratus. Autumno seriore primoque vere.* (v. s.)

2. *T. stercoreus*, subglobosus, croceus, gregarius, subiculo nullo.

Tod. l. c. t. 7. f. 56. Pers. syn. p. 116. A. S. p. 70. Nees syst. p. 321. f. 363.

Gregarius, confertus, magnitudine Sinap. albæ seminis, glaber, sed basi pilis solitariis radiantibus adfixus. Prima ætate pallidissimus, sensim croceus. Papilla decidua uterus in cupulam, sensim planiusculam, dilatatur. Cf. Tode l. c. *In fimo vaccino, merda humana &c., passim autumno pluvioso; etiam Americæ.* (v. v.)

XV. PILOBOLUS. Tode.

Hydrogera. *Web. Hols.* p. 110. *Pilobolus*. *Tode Meckl.* 1. p. 41. *Pers. Obs.* 1. p. 76. *Link, diss.* 1. p. 32! *Nees syst.* p. 85.

CHAR. Uterus stipitifformis, tubulosus, membranaceus, roridus, superne ventricosobullatus; adultus pilei instar coronatus Sporangio vesiculoso, membranaceo, demumque elasticè exploso. Sporidia distincta, globosa. — *Peridium simplex, velo fugacissimo.*

HISTOR. Genus, a *πῖλος* & *βαλλω* dictum, naturalissimum, continens fungillos gregarios, fugaces, fimicolas, æstate & autumnò obvios, versiformes; adulti ad Mucoroideos valde accedentes (quare ab Nees & Ehrenbergio, sporangium articulum flocci dicentibus, ad Hyphomycetes referuntur); sed in statu juniore evidentè *contexti*, Sclerotium l. Sphæriam referentes. Peridia ejusdem indolis in veris Perisporiis occurrunt. Merito igitur locum suum inter Angiogastres ut genus mucedineo-epiphytum servat.

1. *P. crystallinus*, utero obovato, deorsum stipitifformi, vesicula hemisphærica nigra.

Mucor obliquus. *Scop. Carn.* 2. p. 494. *M. urceolatus*. *Bull. Ch.* p. 111. t. 480. f. 1. *Dicks. Cr.* 1. p. 25. t. 3. f. 6. *Bolt.* t. 133. f. 1. *Kristall-Schwämmchen*. *O. Fr. Müll. Kl. Schrift.* p. 122. t. 7. *Hydr. cryst.* *Web. Hols.* p. 110. *Ehrh. Beytr.* 3. p. 122. *Pilobolus cryst.* *Tode in Schrift. Berl. Nat. Fr.* 3. p. 46. t. 1. *Pers. Obs.* 1. p. 76. t. 4. f. 9—11. *Syn.* p. 117. *Schum. Scell.* 2. p. 188. *Fl. Dan.* t. 1080. *A. S.* p. 72. *Link. l. c. f.* 50. *Nees syst.* f. 81.

Junior Sclerotium pusillum lutescens, adultum mucorem albidum diaphanum refert. Forma primo rotunda, dein elongata, tandemque obovata, apice contracta mucrone terminata, guttulis aqueis irrorata. Ipse fungus admodum fugax, sed vesicula dejecta indurescens. *Ad fimum equinum, vacci-*

num, minor & delicatior in capreolino. A. S. aut. "etiam Americæ vere". (v. v.)

2. *P. roridus*, utero globoso, stipite elongato filiformi, vesicula punctiformi nigra.

Fungus virginianus &c. *Pluk. Phyt.* t. 116. f. 7. *Mucor. rorid.* *Relh.* — *Bolt.* t. 132. f. 4. *Pilob. Pers. syn.* p. 118. *Schum. Sæll.* 2. p. 188. *A. S.* p. 72.

Præcedente minor & tenuior, fugacissimus, pallidus, pellucidus, forma aciculæ punctoriæ minutulæ ex omni capite æquiparanda (A. S. l. c.) "Vesicula subtus ferruginea" *Schum. l. c. Cum priori, sed ravior, æst. aut.* (v. v.)

XVI. SPHÆROBOLUS. Tod.

Carpobolus. *Mich gen.* p. 221. *Hill.* p. 54. *Lycoperdi spec.* *Linn. Gled. &c. Sphærobolus.* *Tod, Meckl.* 1. p. 43. *Pers. disp.* p. 58. *Link, diss.* 1. p. 32. f. 49. *Nees syst.* p. 129.

CHAR. Uterus immerso-sessilis, rotundatus, dein stellatim fissus, apertus. Peridium duplex; interius membranaceum, demum elastice inversum projiciens Sporangium globosum, solidum, sporidiis in medio coacervatis. *Velum universale fugacissimum.*

HIST. A σφαῖρα & βολῶν nomen composuit Tode, rejiciens vagum Michellii, qui ceterum primus observans optime illustravit; ille huc etiam retulit Stictem radiatam, analogam. A Lycoperdo esse distinguendum jam monuissent Ehrhart (*Beytr.* 1. p. 162.), Afzelius (*l. c.*) Willdenow (*Fl. Ber.* p. 419.) Ab acuto Ehrenbergio ad Phallorum familiam relatum. Species epiphytæ, persistentes, plerumque autumnales, innato-immersæ, quales in nullo alio Angiogastrum genere observantur.

1. *S. stellatus*, globosus, flavo-pallescens, ore regulari stellato-dentato.

Carpobolus. *Mitch. gen. p.* 221. *t.* 101. *f.* 1, 2. *Gled. in Mem. ac. Sc. Ber. p.* . *Lycoperdon. Hall. helv. n.* 2175. *L. Carpopobolus. Linn. Spec. Pl. 2. p.* 1654. *Batsch. El. p.* 153. *Fl. Dan. t.* 865. *Sowerb. t.* 22. *Carp. albicans. Willd. Ber. p.* 414. *Sphærob. stellatus. Tod. Meekl. 1. p.* 43. *Pers. syn. p.* 115. *Fries Symb. Gast. p.* 1.

b. unistellatus. *Tod. l. c. Nees syst. f.* 122.

Gregarius, emergens, globosus, lævis, villo tenui secedente velatus, flavus, expallens, magnitudine Sphæriæ simplicis majoris. Peridium exterius in laciniis 5—7 æquales acutas erectas dehiscit, carnosulum, persistens; interius liberum, tenue, pellucidum, albicans; dein vesiculæ instar mitræformis exterius coronans, tandem vero secedens. Sporangium carnosum, Sclerotio simillimum, senio corrugatum, spadiceum, intus album farinaceum. *Ad ligna varia variasque quisquillas, etiam Americæ. Aest. — aut. (v. v.)*

β. S. stercorarius, aggregatus, tomentoso-crustaceus globosus, ore irregulari dentato. *Fr. l. c.*

An propria species. Crustæ villosæ quasi insidet, radicibus fibrosis valde repens *in fimo. (v. v.)*

2. S. tubulosus, obovato-cylindricus, albus, ore irregulari lacero. *Fries l. c.*

Solitarius, ligno ad dimidium immersus, glabrescens, albus (*S. Solen A. S. p.* 70, ut dubius propositus, idem videtur; sed noster ad tactum non cruentatus); ore inflexo, demum aperto lacero-fisso. Sporangium pallidius præcedentis. Cum *Stict. radiata* non commutandus. *Ad ramos aridos Pinuum, rarissime. (v. v.)*

REVISIO ORDINIS :

I. Angiogastres medios esse iater Gasteromycetes centrales & Hymenomycetes non minus ex-

terna facies, quam substantia & characteres a fructificatione desumpti probant. Ad illorum vero classem referendos esse testantur uterus distinctus, contextus & sporidia in centro plerumque collocata. Tantum summum Phalloideorum genus simul hymenium explicat; sed Clathrus, arctissimo affinitatis vinculo junctus, adhuc evidentius uterinus. Ipseque Phallus usque ad fructificationem Lycoperdineis adeo similis, ut inter hos posuere omnes veteres.

I. Ob hanc cum Hymenomycetibus analogiam principem locum inter Gasteromycetes sibi vindicant Angiogastres; tamen & per se facile tuentur vegetatione libere evoluta, utero a receptaculo discreto &c. Quoad ascos vero & sporidia Pyrenomycetes melius evoluti videntur; sed quo melius ipsa stirps explicatur, eo magis subordinat fructificatio infusoria. Collatis ordinibus inferioribus Coniomycetum cum Tuberculariis, Mucedinum cum Cephalotrichis, ipsisque Elvellaceis cum Hymenomycetibus centralibus hoc facile patet. Multi fingunt receptaculum & fructificationem ubique pari pede adscendere; at perperam.

III. Dispositio indicat subordinum & generum dignitates; observandum tantum me adaptandi studio genus Phalloideorum uterinum prope *GU* posuisse; est nempe Phallus *UHHH*, Clathrus *UHHU*, Ascrôe *UHHM* & Lysurus *UHHE*.

IV. Apud Angiogastres, Elvellaceis oppositos, uterus essentialis, receptaculum accidentale; inde pendet, quare receptaculum inter Phalloideas, Nidulariceas &c. inter se admodum differt; sed uterus fere idem; hinc patet, quare ex utero distinguantur subordinum, a receptaculo genera! Apud centrales Tuberaceas etiam receptacula minus inter se differunt generaque adhuc magis affinia evadunt.

V. Ubi solitarium adest receptaculum vi elastica ejicitur, ut in Phalloideis, Carpobolis; ubi plura adsunt externa vi disperguntur.

VI. Angiogastres Pyrenomycetum evolutionis seriem in paucis formis repetunt. Sic v. c. Sphærobolus est quasi Phacidium optime evolutum nucleo liberato & conglobato. Pilobolus cum Sphæronæmate remotius analogum; hoc vero ad Carpo-bolos referendum esset, si sacculus simul cum spori-diis mucosis emergeret. Thelebolus adscendit e Sph. simplicibus optime evolutis fructificatione infusoria adhuc magis soluta. Atractobolus eodem modo ab Eustegia oritur. Myriococcum, Tuberaceæ cum Sphæriis compositis analogæ. Ipse Phallus cum Sph. capitata &c. comparari posset, peritheciis nempe aper-tis in cellulas abeuntibus e. s. p. Cf. *Sph. Cordyc.* *, cujus asci minus evoluti filiformes medii inter Sphæriarum & rudimenta ascorum apud Phallos.

VII. Quamvis Angiogastres ad utrumque or-dinem Gasteromycetum centralium prope accedant, centrum ad inferiorem Trichospermorum præcipue defleat. Ratio est hæc: Trichospermi magis ab Hymenomycetibus distant quam Pyrenomycetes (qui sunt series hymenina in centro). Si cum his magis convenirent UH, non uterini sed hymenini evaderent. Pyrenomycetes sunt Gasteromycetes hy-menini quoad fructificationem infusoriam; Angio-gastres sunt Gasteromycetes hymenini quoad uteri & receptaculi indolem. Trichospermi referunt se ad Angiogastres ut Pyrenomycetes ad Elvellaceas,

ORD. II.

PYRENOMYCETES.

Lycoperdi spec. Schæff. Huds., *Lightf. &c. Gaste-romyc. Gen. Willd. üb. Farrenkr.* p. 6. Xylomyci. *Willd. in Reb. Fl. Neom. præf. Sclerocarporum gen. Pers. syn. p. XII. Hypoxyla. Dec. Fr. 2. p. 280. Goniomyci & Myelomyci (Medullares) Nees syst. p. 25, 271., Syn. gen. p. 73, 105.*

CHAR. Uterus receptaculum constituit, primo clausus, dein apice poro pertusus l. rimose rumpens; intus nucleo distincto, molliori, subdeliquescente. Sporidia varia, mucro involuta l. recepta ascis erectiusculis, elongatis, paraphysis immixtis, demum subdiffluentia. Contextus vesiculosofloccosus, sed thalli, ubi adest, floccosus l. granulatus. — *Uterus subinduratus, perithecium dicitur, plura stromate communi sæpe juncta; nucleus subgelatinosus.*

ABERR. Phacidiaceæ quoad plurimas notas Cupulatis magis affines ascis erectis, subpersistentibus, intus subfirmæ &c., sed habitus plane Pyrenomycetum. In infimis formis ceterum perithecium cum matrice connatum ipsique asci oblitterantur.

AFFINITAS multiplex indeque ordinis limites apud auctores omnes fluctuant. Quoad fructificationem ad fungos perfectiores ascendunt, a vertice ad Angiogastres, receptaculo suo discreto facile distinctos; a latere ad Cupulatos, quorum differentia e perithecii definitione pendet. Cf. *Supra*. Quoad vegetationem descendunt ad elementares & epiphytos, nempe 1) Sclerotiaceas, quæ omnis uteri defectu & nuclei admodum diversæ sunt. 2) Perisporia, apud quæ nullum adest perithecium distinctum, nulli asci, quamvis ceterum libere evoluta. 3) Coniomycetes plurimos v. c. Tuberculariam, Sclerococcum, Seiridium, sed præcipue Entophytos. Verum quidem est centrum utero ascisque ab eisdem optime distingui, sed radii se invicem tangunt; perbene sporidia eorum elongata annulata cum ascis imperfectis (v. c. Sphæræ atrovirentis) &c. comparari possunt; certe maxime innatis Pyrenomycetibus perithecium spurium a matrice formatum, cum peridio spurio Aecidiorum plane comparandum Sæpe etiam Aecidia immatura pro Sphæris venduntur v. c. *Sph. hypophylla* Rehent.; Nemasporæ pro Cytisporis e. s. p.

HISTORIA. Ordo vastissimus, a formis simplicissimis ad valde compositas adscendens, sed artissimo vinculo naturali cohærens. Locus in systemate, ob affinitates diversissimas supra notatas, diu vacillavit. Plurimi pro fungis perfectissimis sumere; Cel. Decandolle e fungorum regno excludit & cum Lichenibus analogis (Pyrenothalamis) ad familiam propriam intermediam refert. Recentiori sæculo primo innotuerunt; una alterave species quidem a Theophrasto (Cf. *Spreng. Geschicht. Bot. 1. B.*) & Botanices restauratoribus memorantur, Michelius primus rite descripsit. Linné ne genus huc referendum recepit & sub Sphæriæ (*Variolaria* & *Hypoxyli* Bull.) non solum Pyrenomycetes omnes, sed etiam Coniomycetes varii, Sclerotiaceæ & Lichenes usque ad Todeum confundebantur. Hic optime separavit Spermodermiam & Tuberculariam (Coniom.), Sclerotium; nec non genera Pyrenomycetum primaria Sphæriam & Hysterium. Quem secutus Cel. Persoon, sed genera Stilbospora, Tubercularia, Nemaspora pr. p. ad Sclerocarpos ab eodem relata ad Coniomycetes pertinent, & novum Xyloma, e variis fungis epiphyllis immaturis conflatum, tribus diversorum generum analogas indicat. Accessere genera paradoxa, *Glonium* Mühl. ex America boreali, *Antennaria* Link e Lusitania, *Thamnomycetes* Ehrenb. e Brasilia; illud certe hujus ordine, hæc vero aliena mihi videntur. Difficilius erat centrum adgredi; ut hujus genera explicarentur præcipue molitus sum. Plura restant. In specierum definitione optime meriti Hoffmann, Tode, Sowerby, Persoon (220 spec. in synopsi describens) Albertini, Schweiniz, Decandolle, Fratres Nees, Schmidt, Kunze, ut in præsentate opere 750 recenseantur. Icones, v. c. Sowerby, raro sufficiunt, hinc maximi momenti sunt Spec. Exsiccata, qualia præcipue divulgata ab Ehrharto, Schleicher, Funk (non vidi), Mougeot & Nestler, Schmidt & Kunze, nobisque ipsis. De fructificatione optime meriti Hoffman & Tode; in gelatina animalcula videre voluit adeoque ad Zoophyta re-

ferre O. F. Müller. Asci veri in Sphærioideis a Cel. Link. (in Schrad. Journ. 1809. p. 15), in Phacidiaecis a nobis primum visi sunt. Evolutionem elementarem exposuit egregius Nees.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Ubique terrarum, ubi adest vegetatio, simul adsunt Pyrenomycetes; ut vix alia existat stirpium familia frequentior obvia, cum omnis stirps perfectior omnesque partes morientes Pyrenomycetes alant. Summi sunt libere evoluti, superficiales, in ligno denudato diu emortuo nascentes, rarius terrestres l. entomogeni, in dissitissimis terræ regionibus (Europa, Kamtschatka, America &c.) fere iidem, adeoque specierum numero inopes; sed quo magis immersi l. innati, eo magis a matrice pendent, eo magis formæ multiplicantur & in diversis regionibus (ubi adest matrix, planta nempe enitura, varia) varii; hi omnes epiphyti; quo magis dissoluta est matrix, eo perfectiores & versa vice; in partibus vivis obvii in quavis serie infimi. Ita etiam lignatiles corticolis, corticolæ epiphyllis, epiphylli in foliis perennibus foliorum annuorum perfectiores sunt. Eadem species minor & imperfectior in ramulis tenellis, quam in annosis firmioribus. Ceterum omnes fere species definitum occupant locum; nulla simul immersa & superficialis (sed immersa erumpere potest) e. s. p.; vix ulla simul in matrice perenni & annua occurrit; certe nulla lignatilis simul & folio annuo innata. Adhuc strictius hoc valet de situ; aliæ semper in tenerrima epidermide innatæ; aliæ inter epidermidis crassioris membranas incusæ; aliæ sub epidermide liberæ nidulantur; aliæ cortici l. parenchymati interiori constanter immersæ; aliæ porro ligno adnatæ, sed non nisi cortice tegente formantur (v. c. Sphæriæ circumscriptæ); aliæ tandem non nisi ligno denudato innascuntur; quæ lignum putrefactum incolunt, simul terrestres. In hac evolutionis serie ab infimis

ad summas adscendimus. Aliis locus magis singularis, sed æque constans, ut in fructibus l. tuberibus putridis, fungis languescentibus, fimo, insectis eorumque puppis emortuis. Facile igitur patet locum natalem & situm ubique fideliter esse annotandum. Species proximæ his conditionibus plerumque conveniunt; matricum affinitas affinium specierum optima sæpe disponendi ratio. Superficiales lignis denudatis putrefactis absque discrimine plerumque innascuntur, erumpentes & immersæ certam familiam præamant, innatæ genus l. sæpe speciem. Specierum numero superbiunt apud nos hæc familiæ hoc ordine: Coniferæ, Amentaceæ, Ericæ, Rosaceæ, Rhamnoideæ, Acerinæ & Tiliaceæ &c. & ex herbis Gramineæ, Umbelliferæ, Liliaceæ, e. s. p. Species in Coniferis & Ericis obviæ affines admodum & sæpe identicæ. Excludendæ vero Ericæ foliis annuis v. c. *Vaccinium Myrtillus* & uliginosum, quæ cum Amentaceis quod entophytas congruant. Ex his & similibus colligere licet, affinitatem magis a folii indole, quam a plantæ ordine, pendere. Sed præter species & varr. illæ citatis familiis communes, bene multæ adhuc certa specie privæ obviæ ivere; legimus in Pino silvestri 12, in Abiete 10, in *Vaccinio vitis idea* 7, in *Betula* 10, *Ledo* 5, *Sorbo* 6, *Scirpo lacustri* & *Arundine Phragmitide* 5 e. s. p. In eadem arboris specie v. c. *Betula*, *Quercu* & *Fago* ultra 50-60, in Pino silvestri 43 species, communes simul ac privas, ex hac sola familia parasitantes numeravimus. Sunt autem aliæ stirpes, quas vix aliæ quam privæ species infestant, v. c. *Vaccinium vitis idea*, *Oxycoccus*, *Scirpus lacustris*; aliæ, quas numerosæ species sed omnes cum aliis communes, ut herbæ plurimæ; ipsa vulgatissima *Juniperus* unicam eamque rarissimam, quantum e diligente indagatione colligere licuit, enititur. Nec dubitamus, quin numerus privarum specierum minuatur & communium augeatur, quo magis diversarum stirpium incolæ accurate perlu-

strentur. Multas, quæ in unica specie Europea occurrunt, in analogâ Americæ reperit Schweiniz. Nec temere conjicere videar, formas nonnullas in regionibus quibusdam, l. in stirpibus ejus explicationi ineptas semper steriles occurrere, quæ in alia terra, in alia matrice rite evoluta leguntur. Cf. *infra ad Xyloma &c.* In cryptis perfectiores subvillosæ evadunt, reliquæ, si explicarentur, immutatæ manent; tum vero omnes Cytisporarum more fructificant. Perfectissimæ æstate l. autumno primum rite explicatæ; sed plurimæ hiemales l. vernaes. Perennant paucae e superficialibus, plurimæ per dimidium annum circiter vegetant; entophytarum rudimenta adsunt jam in planta languescente, ubi ex inflammatione oriuntur (Xyloma); sed in planta emortua primum rite fructificant, ut alibi exposui. Melius quam ceteri fungi exsiccati conservantur indeque diligentius inquiruntur.

VIRES & usus latent. Varii ut plantarum morbi fungis noxiis ab œconomis adnumerandi; sed in œconomia naturæ & physiologia Botanices eximium locum sibi vindicant.

SYNOPSIS sectionum & generum e nuclei perithecorumque indole distinctorum.

- * PHACIDIACEI. Perithecium demum rumpens, disco apertum. Asci erecti fixi.
- 9. RHYTISMA. Perithecium difforme, rima flexuosa in frustula transversalia rumpens.
- 10. PHACIDIUM. Perithecium orbiculatum, a centro versus ambitum in lacinias plures rumpens.
- 11. HYSTERIUM. Perithecium ellipticum elongatumve, rima longitudinali simplici dehiscens.
- 12. GLONIUM, Perithecium compositum e ramis radiatim excurrentibus, rima longitudinali ramosa dehiscens.
- 13. ACTIDIUM. Perithecia rotundata, rimis simplicibus e centro radiatis subclausis.

14. **EXCIPULA.** Perithecium orbiculatum, margine inflexo clausum, dein ore orbiculari integro apertum.
Cfr. 2, 3, 4.
- ** **SPHÆRIACEI.** Perithecium clausum, ostiolo perforatum, nucleo ascigero subdiffluente factum. *Sectio centralis vastissima. Genera primaria latent, 2 — 4 aberrantia sunt.*
8. **DOTHIDEA.** Nucleus referens cellulas stromati immersas, perithecio proprio (dimidiato?) oblitterato. Asci erecti, diu persistentes. *Subinnatae.*
1. **SPHÆRIA.** Perithecia rotundata, integra, apice ostiolo instructa. Asci in fundo convergentes, diffluentes. *Perithecia basi numquam deficiunt ut in priori.*
- B. DEPAZEA.** Epiphyllæ in macula exarida.
2. **STEGIA.** Perithecium orbiculatum circumscissum, operculo deciduo. Asci diffluentes.
3. **LOPHIUM.** Perithecium verticale, compressum, rima longitudinali subclausa dehiscens, Asci fatiscentes.
4. **CORYNELIA.** Perithecium elongatum, cavum, medio constrictum, cavitate superiore ascigera primo poro pertusa, dein ampliata inæquali-aperta. Asci fatiscentes.
- *** **CYTISPOREI.** Clausi, ostiolo perforati. Asci nulli (dissoluti); sporidia sacculo l. cellula tenui cincta, diffluentia.
5. **SPHÆRONÆMA.** Perithecium poro apertum, includens in sacculo tenuissimo sporidia mucosa, dein erumpentia, in globulum indurata. *Denudata.*
6. **CYTISPORA.** Celluloso-multilocularis, cellulis difformibus membranaceis apice junctis. Nucleus gelatinoso-sporulosus, per ostiolum commune elongatum subcirrhose propellitur. *Innatae.*

7. PHOMA. Nucleus grumosus in tuberculo a matrice formato inclusus, sporidiis per ostiolum simplex sine lege rejectis.

*** XYLOMACEI. Asci obsoleti. Sporidia innata, *Innati*.

15. ACTINOTHYRIUM. Perithecium scutiforme, radiato-fibrosus, sporidia fusiformia obtegens.

16. LEPTOSTROMA. Perithecium uniforme, absque ostiolo, sed totum secedens, discum tenuissimum denudans.

A. *Xyloma*. B. *Ectostroma*. C. *Asteroma*. D. *Depazea*.

I. SPHÆRIA Hall.

Lichen-Agaricus. *Mich. gen. p. 103.* Valsa. *Scop. Carn. II. p. 398.* Aecidium. *Hill. hist. p. 62.* Sphæriæ spec. *Hall. Hist. III. p. 120.* *Tod. Meckl. 2. p. 7.* *Pers. syn. p. 1.* *Nees syst. p. 284.* Hypoxylon & Variolaria. *Bull. Ch. p. 168, 181.* Poronia. *Willd.* Cordyceps, Sphæria, Ceratostoma, Lophium. *Fries Obs. 2.*

CHAR. Perithecia rotundata, integra, clausa, stromate communi juncta l. solitaria; singula apice ostiolo perforata; intus nucleo molliori fluxili l. deliquescente; exsiccata l. gelatina sine lege rejecta evacuata. Asci elongati, paraphysibus immixti, convergentes, deliquescentes. Sporidia varia, subannulata (theculæ).

HIST. Genus jam immortalis Micheli determinavit, quod adoptavit judiciosus Haller nomine a Theophrasto jam a forma sphærica imposito; summus vero Linnæus, in externa facie nimis acquiescens, cum Clavaria, Peziza, Lycoperdo & Mucore ob analogiam remotiorem junxit. Restituere vero omnes, qui in his plantulis accuratius inquæriverunt, Weber, Tode, Hoffmann aliique. In plura genera disponere tentaverunt Bulliard, Willdenow, Fries in *Obs. 2.*, at forsan minus faste, saltem præmature. Sed olim certe subdividendum;

E speciebus quibusdam male intellectis orta quæque sunt genera quædam erronea v. c. *Ceratosperrum* Mich., *Vermicularia* Tode &c. Species habitu diversissimo. Disposuerunt e stromate jam Micheli & Haller; Tode proposuit magis essentialem e fructificatione, quæ vero potius distincta indicat genera v. c. *Cirrhiferæ* (Cytispora), *Globiferæ* (Sphæronæma), *Villiferæ* (Hypocrea) *Pulverulentæ* & *Styliferæ* (Sphæria). Persoon tribus Micheli & Halleri recepit novasque e perithecorum situ addidit. Simples ex ostiolo, Fries Obs. 2. vero e superficie subdiviserunt. Cl. Schmidt (Myc. Heft, 2) dispositionem primariam tantum e stromatis forma sumsit. Illustr. Nees solus ad vegetationem plus minus evolutam attendidit; hæc apud nos primaria.

DIVISIO e vegetatione plus minus evoluta & liberata, cum qua perithecorum situs & ascorum indoles optime conspirat :

A. *Compositæ.*

Sectio I. PERIPHERICÆ. *Compositæ.* Perithecia subdivergentia, in ambitu stromatis collocata, ostiolo æquali, collo destituta. *Libere evolutæ, superficiales.*

1. GORDYCEPS. Clavæformes, simplices l. ramosæ, stipitatæ. *Vere superficiales.* (1—14.)
2. PORONIA. Cupulæformes, marginatæ, stipitatæ l. sessiles. *Emergenti -- superficiales.* (15--16.)
3. PVLVINATÆ. Subhemisphæricæ, immarginatæ, sessiles. *Adnato - superficiales.* (17--28.)
4. CONNATÆ. Effusæ, indeterminatæ, planæ. *Innato - superficiales, passim simplices.* (29 -- 50.)

Sectio II. HYPOPHERICÆ. *Compositæ.* Perithecia verticalia, immersa, stromate tecta, in collum attenuata. *Erumpentes, liberatæ.*

5. GLEBOSÆ. Determinatæ, a matrice discretæ. Perithecia immersa, ampla. *Superficiali - emergentes.* (51-57.)

6. LIGNOSÆ. Determinatæ, cum matrice connatæ, basi linea nigra circumscriptæ. Perithecia demersa, stipitata. *Erumpentes*. (58 -- 78.)

7. VERSATILES. Determinatæ, connatæ, nulla linea circumscriptæ. Perithecia sparsa. *Immerso-erump.* (79 - 96.)

8. CONCRESCENTES. Effusæ, indeterminatæ, connatæ, haud circumscriptæ. *Innato-erumpentes*. (97 -- 120.)

Sect. III. AMPHIPHERICÆ. Compositæ. Perithecia convergentia, circinantia, stromate spurio undique pustulato-cincta, in collum attenuata. *Cortici immersæ*.

9. CIRCUMSCRIPTÆ. Perithecia in conceptaculo integro, ab epidermide discreto, collecta. (123 -- 142.)

10. INCUSÆ. Perithecia in conceptaculo dimidiato & superne epidermide aduatâ inclusa, disco erumpente. (143 -- 160.)

11. OBVALLATÆ. Perithecia absque conceptaculo proprio, in pustula corticali ostiolaque in discum collecta. *In cortice interiori*. (161 -- 184.)

12. CIRCINATÆ. Perithecia in orbem disposita, libera absque conceptaculo & disco. *Subsimplices, epidermide tectæ*. (185 - 200.)

Sect. IV. EPIPHERICÆ. Subcompositæ. Perithecia horizontalia, supra stroma (spurium sæpius) nuda collocata, sed primo a matrice tectæ, collo nullo. *Subinnatæ, epidermide tectæ*.

13. CÆSPITOSÆ. Perithecia cæspitosa, superficialia. supra stroma subinnatum erumpens collocata. *Superficiali-innatæ, liberatæ*. (201 -- 220.)

14. CONFLUENTES. Perithecia primo immerso-innata, demum emersa, confluentia. *Erumpenti-innatæ*. (221.)

15. SÆRIATÆ. Perithecia in series parallelas disposita. *Immerso-innatæ, caulicolæ*. (239 -- 257.)

16. CONFERTÆ. Perithecia aggregata, foliis innata. *Subsimplices, epiphyllæ, innatæ*. (258 -- 274.)

B. *Simplices*.

Sect. V. SUPERFICIALES. Simples. Perithecia bicorticata, supra stroma effusum villosum l. matricem plane superficialia, libera, primo velata.

17. **BYSSISEDÆ.** Perithecia per se glabra, insidentia subiculo tomentoso. *Superficiales.* (275 -- 291.)
18. **VILLOSÆ.** Perithecia villo persistente tecta. *Superficiales.* (292 -- 310.)
19. **DENU DATÆ.** Subiculum nullum. Perithecia glabra, basi rotundata, sublibera, ostiolo persistente. *Adnato-superficiales.* (311 -- 333.)
20. **PERTUSÆ.** Perithecia glabra, basi appanata subinnata, pertusa. *Innato-superficiales.* (334 -- 355.)

Sect. VI. **SUBIMMERSÆ.** Simples. Perithecia immersa, sæpe erumpentia, ostiolo insigni dilatato l. in collum elongato. Gelatina fluxilis. *Erumpentes l. immersæ, in ligno, cortice perenni.*

21. **PLATYSTOMÆ.** Ostiolum latissimum, compressum, rima longitudinali dehiscens. *Emergentes.* (356 -- 366.)
22. **CERATOSTOMÆ.** Ostiolum elongatum, cylindricum, liberum, perithecio longius. *Emergentes.* (122, 367 -- 380.)
23. **OBTECTÆ.** Ostiolum in collum matrici immersum elongatum. *Immersæ.* (121, 381 -- 415.)

Sect. VII. **SUBINNATÆ.** Simples. Perithecia epidermidi matricis subinnata, velo nullo. Gelatina diu facta. *Subinnatæ.*

24. **OBTURATÆ.** Perithecia mox erumpentia, liberata, ostiolo simplici. *Superficiali-innata, corticolæ.* (416 -- 435.)
25. **SUBTECTÆ.** Perithecia primo innata, cum matrice concreta, demum supra denudata, ostiolo simplici. *Erumpenti-innata.* (436 -- 452.)
26. **CAULICOLÆ.** Perithecia primo tecta, demum epidermide annua discreta secedente nuda. *In caulibus herbarum.* (453 -- 484.)
27. **FOLIIGOLÆ.** Perithecia cum matrice concreta, tecta, nulla macula exarida cincta. *Innata, epiphyllæ.* (485 -- 528.)
- B. **DEPAZEA.** Perithecia cum matrice connata, maculæ exaridæ innata. *Epiphyllæ.* (529 -- 550.)
-

Trib. I. CORDYCEPS.

Lichen - Agaric. Ord. I. *Mich. gen. p. 104.* Xylaria.
Pers. syn. p. 1. Sph. Clavæformes. *Nees Syst. p.*
 289. Cordyceps. *Fries Obs. 2. p. 316.*

CHAR. Stroma erectum, caulescens, simplex
 l. ramosum, immarginatum, stipite sterili suffultum,
 Perithecia peripherica, demum prominentia, ostio-
 lis æqualibus. *Libere evolutæ, superficiales.*

Ser. I. HYPOCREA. Velum nullum. Pe-
 rithecia membranacea, pallida, in strato proprio, a
 stipite discreto & clavam obducente collocata. Asci
 elongati, filiformes, pellucidi, sporidiis simplicibus
 hiserialibus; particulis villi instar albi erumpenti-
 bus. *Carnosæ, contextu fibroso.* (Schmidt Myc. Heft.
 2. p. 26. Sph. Clavata).

1. *S. militaris*, carnosæ, aurantiacæ, capitulo cla-
 vato tuberculoso, stipite æquali.

Clavaria militaris crocea. *Vail. par. t. 7. f. 4. Euzb.*
Cent. IV. t. 66. f. 2. *Cl. militaris.* *Linn. & Auct.*
Fl. Dan. t. 657. f. 1. *Nov. Act. Nat. Cur. IV. p.*
 215. *t. 7. f. 5.* *Holmsk. Ot. I. p. 42-63. c. ic. Cl.*
granulosa. *Bull. Champ. p. 199. t. 496. f. 1.* *Sphær.*
militaris. *Ehrh. ! Beitr. 6. p. 47.* *Bolt. t. 128. So-*
werb. t. 60. *Pers. Obs. 2. t. 2. f. 3.* *Syn. p. 1.*
Schum. ! Scell. 2. p. 273. *Nees Syst. f. 305.* *Fries*
in Vet. Ac. Handl. 1816. p. 129.

In larvis emortuis insectorum constanter nidu-
 lat; solitaria l. cæspitosa, 2 unc. circiter alta
 Stipes dilutior, tenax, basi æqualis. Capitulum de-
 orsum attenuatum, passim in plures clavulas divi-
 sum. Vidi ad basin perithecia omnino superficialia
 & discreta. *In silvis inter muscos, cortices &c. Eu-*
ropæ & Americæ. Aug. - Oct. (v. v.)

β. *sphærocephala*, capitulo subgloboso, stipite tenui
 longissimo. *Schmidt Myc. Heft. 1. p. 116.*

Color præcedentis. *Rarior. (v. s.)*

2. *S. entomorrhiza*, carnosâ, capitulo subgloboso fusco, stipite tenui longissimo.

Dicks. Cr. I. p. 22. t. 3. f. 3. Pers. syn. p. 4.

Stipes simplex l. duplex, subcompressus, biuncialis & ultra. Capitulum sphaericum, superficie granulatum. Variat in America colore dilutiore. *In larvis insectorum emortuis; reperta in Anglia & Carolina. (v. ic.)*

3. *S. capitata*, carnosâ, capitulo ovato-globoso badio, stipite flavo, dein nigrescente.

J. Bauh. Hist. XL. c. 80. (Fungus Phalliformis in Tubere cervino) Fl. Dan. t. 540. Cl. pileata. Retz. Sphaer. Agariciformis. Bolt. t. 130. Sowerb. t. 354. S. capitata. Holmsk. Ot. I. p. 38. c. ic. Schmidt! Myc. Heft. I. p. 95. Pers.! Myc. Europ. t. 10. f. 1-4. Moug.! Crypt. exs. C. VIII. ined. Fries l. c.

Sclerodermate cervino constanter innascitur, saepe caespitosa. Stipes 1-4 unc. longus, 2-4 lin. crassus, aequalis, glaber, citrinus, demum vero fibroso-strigosus, flavonigrescens. Clavulae color in flavum, rufum & nigrum vergit. *In pinetis, hinc inde: in Kinnekulle Sueciae. Dalman. Sept. Oct. (v s.)*

4. *S. Ophioglossoides*, carnosâ, capitulo clavato rufonigrescente, stipite olivaceo-nigrescente radicato.

Clavaria. Schmied. ic. t. 5. f. inf. S. ophiogloss. Ehrh.! Exs. n. 160. Beytr. 3. p. 88. Pers.! Comm. Clav. p. 12. Syn. p. 4. A. S. p. 2. Fries l. c. Clav. parasitica. Willd. Ber. p. 405. Sph. par. With. arr. IV. p. 457. Clav. radicata. Bull. Ch. p. 195. t. 440. f. 2. Sph. Dec. fr. 2. p. 283. (Holl. & Schm.! exs. n. 26. Moug.! exs. n. 565. Fries Scl. exs. n. 301.)

b. *Pers. Myc. Eur. t. 10. f. 5-6. (capitula gemina.)*

Præcedenti valde affinis, etiam loco convenit; saltem a me semper reperta in Scl. cervino, quamvis præterviderint Auctores; nam altius in terra defossum est Scleroderma hanc, quam præcedentem, alens, indeque pendent differentia: stipes graci-

lior, in radices longissimas flexuosas divisus, clavula $\frac{1}{2}$ unc. longa, intus sæpe cava &, uti stipes, flava. *In silvis tam frondosis. quam acerosis. Rara in Suecia. Sept. Oct. (v. v.)*

5. *S. purpurea*, carnosæ, purpureæ, capitulo globoso tuberculoso, stipite brevi flexuoso.

S. entomorrhiza. Schum. ! Sæll. 2. p. 174. nec Dicks.

Solitaria l. geminata. Stipes simplex, $\frac{1}{2}$ unc. longus, subsulcatus, dilutior, sursum attenuatus; basi subincurvus, crassior, albobloccosus. Capitulum exacte globosum, 3 lin. crassum, peritheciis valde prominentibus. Ex icone vivi fungi coccinæ. *Oritur e parte farinacea seminum dejectorum subputridorum graminum. Jun. (In Coll. Schum.)*

6. *S. alutacea*, carnosæ, mollis, capitulo clavato alutaceo-pallido cum stipite confluyente.

S. clavata. Sowerb t. 159. (colore albido). *S. alutacea*. Pers. Comm. Clav. p. 12. Obs. 2. t. 2. f. 2. Syn. p. 2. Fl. Dan. t. 500. Schum. ! Sæll. p. 150. Nees Syst. f. 304. Fries T. A. H. 1816. p. 130.

Simple. 2-3 unc. alta, admodum levis & fragilis, primo albida villosiuscula, dein glaberrima lævis alutacea, demum peritheciis prominulis tuberculosa. Capitulum obtusum. *Inter semina & folia putrescentia abiegna Europæ & Americæ. Aug.-Oct. (v. v.)*

β . *turgida*. clavula subdifformi, stipite brevi squamuloso. *A. S. p. 2.*

Non cum Sph. Tremelloide commutanda. *Ad ligna putrescentia, autumno. (v. s.)*

Ser. II. HYPOXYLON. Velum pruinatum, fugax. Stroma cum stipite confluens & contiguum, apice sterili plerumque terminatum. Perithecia atra, in ipso stromate collocata. Asci lineari-clavati, sporidiis (theis) septatis. *Lignatiles, subradiatæ, carnosæ-suberosæ l. suberosæ. (Cauliculatæ. Schmidt l. c. !)*

- * 7. *S. mucronata*, carnososa, simplex, badia, clavula inerassata lutescente, apice sterili mucronato, peritheciis atris. — *Schwein. Syn. Car. l. c. n. 4.*

Stipes badius, subsquamosus, inflexus, compressus, unciam altus, 4 lin. crassus. Clavula incrassata, irregularis. Perithecia majora, prominula, ostioliis globosis nigris. Asci moniliformes, post evacuationem teretes. Sporidia globosa, atra. *Rara in trunco Liriodendri Carolinæ.*

- ** 8. *S. digitata*, carnososo-suberosa, cæspitosa, clavulis teretibus e rufescenti-atris, apice sterili acuto, stipitibus glabris.

Lithophytoides digitatum &c. *Mem. Ac. Sc. Par. 1711. p. 100. c. ic. Raji syn. p. 14. Clav. digitata. Linn. Syst. Veg. XV. p. 1010. Bull. Ch. p. 192. t. 220. Cl. Hypoxylon. Schæff. t. 265. S. Carcharias siliquosa. Weig. S. clavata. Hoffm. Veg. Cr. I. t. 4. f. 2. S. digitata. Ehrh. Beytr. 6. p. 7. Gmel. S. N. Pers.! Comm. p. 16. Obs. 2. p. 163. t. 2. f. 1—6. Fl. Dan. t. 1306. Nees Syst. f. 307. a Fries l. c. p. 133.*

Stipites basi connati, unde ramoso-digitata. Substantia alba, medulla centrali simplici, peritheciis immersis. Junior a velo omnino innato albidula, vix pulverulenta, mox fusca. *Ad asseres aliaque ligna domestica fabrefacta, in hortis &c.; etiam in America. Perennans. (v. v.)*

9. *S. polymorpha*, subcarnosa, gregaria, turgida, difformis, ex albido nigra, clavula undique peritheciis cincta.

Hypoxylon. Menz. pugill. t. 6. Lichen-Agaricus. Mich. gen. t. 54. f. 4. Valsa clavata. Scop. Carn. II. p. 398. Clav. digitata. Sibth. Holmsk. Ot. I. p. 64. c. ic. S. digitata. Fl. Dan. t. 900. Sowerb. t. 69. S. carch. obtusa. Weig. Obs. Bot. p. 49. t. 3. f. 6. S. polymorpha. Pers.! Comm. p. 17. Obs. Myc. 2. p. 64. t. 2. f. 2, 4, 5. Fries l. c. Nees Syst. f. 307. 6. Sph. cotyliglossa. Reb. Neom. t. 1. f. 1. (Holl. & Schm.! exs. n. 28. Scler. Suec. n. 221.)

Præcedenti valde affinis, 2 unc. longa, sed priori plerumque crassior. Medulla centralis radians; hæc sola inter Hypoxyla intus cava, sed rarius observatur. Junior albida, velo innato vix pulverulenta, sterilis. Sicca dura suberosa, quare (*l. lignea* Willd. Ber. p. 411. t. 7. f. 7. (sublignosa) vix diversa. Ceterum forma quam maxime varia, nunc obovata, nunc cylindrica l. spathulata; etiam apice sterili terminata. *Ad truncos fagineos &c. Europæ & Americæ borealis. Vere, autumno. (v. v.)*

*** 10. *S. bulbosa*, coriacea, simplex, ramosaque, glabra, nigrescente-cinerea, basi tuberosa.

Pers. ! Comm. p. 14. Obs. Myc. 2. t. 1. Syn. p. 5. Nees Syst. f. 306.

Basis subrotunda, lævis, fusca, intus alba (Sclerotioidea), P. tuberosæ simillima; minime cum stipite homogœna. Stipes glaber, flexuosus. Clavula leviter compressa, apice sterilis, junior verosimile pulverulenta. *Inter muscos in silvis, rarissime prope Gottingam & ex Schweiniz, in Carolina reperta. (v. s.)*

**** 11. *S. Hypoxylon*, suberosa, simplex ramosaque, compressa, primo albo-pulverulenta, dein nuda nigra, stipite villosa.

Fungus lignosus, rostratus. *Bocc. Mus. t. 116, 266. Eph. Nat. Cur. Dec. I. 4. 195. Blackst. sp. Bot. 2. t. 1. Pet. Gaz. t. 62. f. 2. Mich. gen. t. 55. f. 1. Hall. helv. 2194. Cl. Hypoxyl. Linn. Suec. n. 1267. Poll. pal. 3. p. 311. Holmsk. Ot. I. p. 71. c. ic. Bull. Ch. p. 193. t. 180. Valsa digit. Scop. Carn. 2. p. 398. Cl. hirta. Batsch. Cont. I. f. 160. Sph. Carch. v. palmata. Weig. l. c. Sp. cornuta. Hoffm. Cr. I. p. 17. t. 3. f. 1. Dec. fr. 2. p. 283. S. digitata. Bolt. t. 129. S. Hypoxyl. Ehrh. exs. n. 150. Sowerb. t. 55. Pers. syn. p. 5. (Scl. Suec. n. 181).*

Gregaria, tenax; junior tota albo-pulverulenta peritheciis destituta, demum prominentibus scabra, apice sterili. Stipes firmus, rectus, clavula brevior, tomento nigro, dein fusco tandemque se-

cedente tectus. *Ad truncos vetustos vulgaris, fere in omnibus terræ plagis reperta; sed in Suecia vix altius, quam Fagus, adscendit. Junior autumnis, adulta vere.* (v. v.)

β. *cupressiformis*, minor, simplex, clavula discreta, cylindrica conico-acuminata.

Mich. t. 55. f. 2. Hill. p. 63. Bolt. t. 129. f. 9. Pers. Obs. 1. t. 1. f. 1. Sph. cupressif. Woodw. S. aspera. Fl. Dan. t. 1258. f. 2. sup.

γ. *pedata*, glabra, nigra, clavula subdiscreta pedatoincisa. *Fries V. A. H. l. c. Fl. Dan. l. c.*

Stipes clavulam superat. *Cum vulgari.* (v. v.)

12. *S. carpophila*, suberosa, gracilis, simplex, clavula subulata albido-pulverulenta. dein nigricante, stipite longissimo radiceformi.

Fungus subularis niger, apicibus albidis. *Raji Syn. 3. p. 15. Xyl. flexuosa. Schrank bav. 2. p. 665? S. carpophil. Pers. Obs. Myc. I, p. 19; 2. t. 1. f. 3. Comm. p. 18. Syn. p. 6. Schum.! Sæll. p. 177. A. S. p. 2. Fries l. c. p. 132. (Scler. Suec. n. 302. Schmidt! & Kunz. exs. n. 176).*

Solitaria. Stipes inter folia demersus, sæpe 2-4 pollicaris, flexuosus, subvillosus. Clavula junior villo albido pruinosa, dein nuda tuberculosa. Præcedenti nimis affinis, in arbore cava legi individua omnino intermedia. Cf. *Holmsk. l. c. f. m, n. Ad pericarpia Fagi, locis udis projecta. In America boreali in nucibus Liquidambaris. Sept. - Aug.* (v. v.)

13. *S. persicaria*, suberosa, simplex, clavula nuda albo-carnea, stipite flexuoso villosorugoso.

S. persicaria. Schwein! l. c. n. 9.

Cæspitosa. Caulis flexuosus, raro ramosus, radicans, 3 unc. longus & ultra, crassitie pennæ corvinae, primo villosus virescens, demum niger (in nostris speciminibus ferrugineus). perithecia continens valde prominula, in medio sita. Clavula alba, in colorem albo-carneum l. lutescentem mu-

tatur. In profunde defossis matricibus longitudinem acquirit 6 unc. *E defossis putaminibus Persicarum Carolinae satis frequens provenit, vere & hieme.* (v. s.)

14. *S. filiformis*, suberosa, filiformis, simplex ramosaque, glabra, nigra, apice sterili roseo.

A. S.! p. 2. t. 3. f. 6. *Fries V. A. H.* 1816. p. 133.

b. S. stipiticola. *Swartz! Summ. Veg. sc.*

Gregaria, arrhiza, 1-2 unc. longa, $\frac{1}{2}$ — 1 lin. crassa, glabra, tenax, absque stipite discreto. Junior pallens, dein nigrescit, ad basin rarissime pilosa, striata, apice subpruinoso; in *b.* pallido. Perithecia ovata, valde prominula, satis conferta. *In petiolis & foliis deciduis, raro. b. ad caules herbarum majorum. Aest. Aut.* (v. v.)

Species vix nota:

1. *Valsa clavata.* *Scop. Pl. subt. t. 17. f. 1.* (lignosa, rubra, peritheciis atris).

Omnino dubium est, an peritheciis instructæ sint. *V. coralloides* *Scop. Ann. Hist. Nat. IV. p. 144. t. 1. f. 1.* & *Clav. fusca* *Swartz Fl. Ind. Occ. III.*

Trib. II. PORONIA.

Willd. Ber. p. 400. Fries Obs. 2. p. 314. Pers. Ch. Comm.

CHAR. Stroma marginatum, cupulæforme, apertum. Perithecia ovata, in disco cupulæ tantum collocata, peripherica, collo destituta, ostioliis æqualibus prominulis. *Libere evolutæ, emergenti-superficiales.*

Species cognitæ omnes e serie Hypoxylorum velo pruinoso fugaci, peritheciis atris &c. Peritheciis emergenti-periphericis ad *Globosas*, cum quibus jungit *Cel. Schmidt*, abeunt. (*Sph. repanda.*)

15. *S. (Poronia) punctata*, stipitata, turbinata, disco truncato albo nigro-punctato, extus nigricans.

Bocc. Mus. t. 107. ex Linn. — *Raji syn. p.* 12. n. 10. *Elv. Gled. meth. p.* 44. *Hall. helv. n.* 2184. *Pez. punctata. Linn. Suec.* 1275. *Fl. Dan. t.* 288. *Bull. Champ. p.* 259. *t.* 252. *Sph. punct. Sowerb. t.* 54. *Dec. fr. 2. p.* 288. *S. truncata. Bolt. t.* 127. *f.* 2. *Poronia Gleditschi. Willd. Ber. p.* 400. *P. fime-tar. Pers. Ch. C. S. Poronia. Pers. syn. p.* 15. *Nees Syst. f.* 313. *Fries V. A. H.* 1816. *p.* 131. (*Sci. exs. n.* 182. *Schleich. ! Cr. exs. n.* 179).

Gregaria, carnosu-coriacea, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. alta, intus alba, extus cum stipite fuligineo-nigricans, nunc villosa, nunc nuda. Discus junior excavatus, pulverulentus absque peritheciis, dein explanatus nudus ex ostioliis prominulis nigro-punctatus. Perithecia ovata, sparsa, primo immersa, demum prominula. *In fimo equino, asinino, elephantum; raro in vaccino. Per annum.* (v. v.)

Lichen-Agaricus scutatus albus. *Mich. t.* 54. *f.* 3. (sessilis, tota alba) altera genuina species. *In agris Hetrurix.*

16. *S. candida*, sessilis, cortice candido deciduo, disco convexo, peritheciis periphericis minutis, stromate pulverulento cinereo in cupula nigra insidente.

S. candida. Schwein. ! l. c. n. 20.

Omnino superficialis, subrotunda, 2-3 lin. lata. Cortex candidus, granulatus. Ostiola pulveracea, subumbilicata, cinerea. "Genus aliquo modo dubium" nec e fragmento exiguo quid certi eruere potui. *In epidermide ramorum Fraxini pubescentis in Carotina.* (v. s.)

Trib. III. PULVINATÆ.

Periphæricæ. *Pers. pr. part. — Fries Myc. Heft. 2. p.* 33. *Hemisphær. nudæ. Nees Syst. p.* 290! *Pulvinariæ sp. Ehrenb. Convexæ. Schmidt. l. c. p.* 25.

CHAR. Stroma sessile, convexum, subhemisphæricum, immarginatum, peritheciis periphericis. *Libere evoluta, adnato-superficiales.*

Ser. II. HYPOXYLON. Velum pulverulentum, subinnatum, fugax. Perithecia atra. Asci lineari-clavati; sporidiis septatis, pulveris instar atrerumpentibus.

** 17. *S. globosa*, globosa, rugosa, atra, intus suberosa alba, peritheciis globosis periphericis atris.

S. globosa. Spreng.!

Solitaria, Pisi l. nucis majoris magnitudine, nuda, tuberculosa, opaca. Perithecia majuscula, subconferta, tota immersa, passim disticha. Ostiola latentia. Sph. polymorphæ analogon in hac tribu. *In truncis emortuis Portorici. (v. s.)*

*** 18. *S. concentrica*, globoso-diformis, fusco-nigricans, intus stratis concentricis zonata, peritheciis oblongis periphericis immersis.

Fungus fraxineus, niger &c. *Raji syn. p. 16. Hist. II. p. 109. Mich. gen. p. 104. Valsa tuberosa. Scop. Carn. II. p. 399. Sphær. tuber. Timm. Meg. p. 279. Lycoperdon atrum. Schæff. t. 329. L. fraxineum. Huds. Sph. frax. Sibth. Sowerb. t. 160. S. tunicata. Tod. Meckl. 2. p. 59. t. 17. f. 130. S. concentrica. Bolt. t. 180. Pers. syn. p. 8. Comm. Clavaf. p. 18. Wohl.! Lapp. p. 517. Schum.! Sæll. 2. p. 177. Fries in V. A. H. 1816. p. 154. (Scl. exs. n. 141).*

b. *S. Eschscholzii. Ehrenb. Hor. Ber. t. 18. f. 8. (e descr. & spec. in herb. Kunz.).*

c. obovata, basi angustata substipita. *Pers. l. c. t. I. f. 3, 4. Nees Syst. f. 308.*

Junior turbinata, rubiginosa, pruinosa, lavis; dein major globosa l. hemisphærica, rugosa, inæqualis, cortice exteriori duro deciduo, passim confluens. Stromatis strata cellulosa, a se invicem soluta, cinereo-atra; gelatina, jove pluvio fluxili, conglutinata; qua absorpta fragillima, fuliginem

referens. Perithecia oblonga, fere lanceolata (hoc enim a mutua pressione pendet) antice obtusiora. Variat a magnitudine nucis ad pomi. *Frequens in Fraxino, Acere, Betula, Alno, Corylo, Salice &c.; Europæ, Asiæ, Americæ, insularum maris pacifici. Aut. sq. (v. v.)*

19. *S. fragiformis*, globosa, miniato-rubiginosa, intus atronitens, peritheciis periphericis ovatis, ostioliis prominulis.

Sphæria. Hall. helv. t. 47. f. 10. Lycoperd. variolosum. Linn. — Sowerb. t. 271. Hypoxyl. coccineum. Bull. Champ. p. 174. S. rubra. Willd. Ber. p. 415. S. bicolor. Dec. fr. p. 2. 286. S. fragiformis. Pers. ! syn. p. 9. t. 1. f. 1-2. Ann. Bot. t. 2. f. 5. Schum. ! Scell. 2. p. 168. Nees ! Syst. f. 309. Schmidt Myc. Heft. 2. t. 1. f. 20. Fries l. c. p. 136. (Sch. exs. n. 41. Scheich ! Cr. exs. n. 280. Moug. ! & Nestl. exs. n. 273.)

b. *S. radians. Tod. Meckl. 2. p. 29. f. 101. S. radiata. Schum. ! l. c. p. 169.*

Superficialis, regularis, magnitudine Pisi l. nucis avellanæ, situ gregario ; junior sordide lutescens pruinosa lævis, adulta læte miniata, ex ostioliis prominulis tuberculosa, demum ferrugineo-nigrescens fragilis. Perithecia conferta. *Ad cortices fagineos copiose, raro betulignos aliosque, Europæ & Americæ borealis. Vere - Aut. (v. v.)*

Lycoperd. variolosum Linn., Tremella carbonacea. Retz. ! in Vet. Ac. Handl. 1769. p. 250. Sph. Lycoperdoides Weig ! Obs. p. 47. non ad hanc solum, sed & sequentes spectant.

20. *S. fusca*, convexa, pulvinata, fusca, intus concolor, peritheciis periphericis globosis, ostioliis umbilicatis.

Dill. Musc. t. 18. f. 7. S. Lycoperdoid. Weig. l. c. t. 3. f. 2. Hedw. fil. Obs. Bot. t. 6. S. castorea. Tod. Meckl. 2. p. 28. f. 100. S. tuberculosa. Bolt. t. 123. f. 1. Sowerb. t. 374. f. 8. S. confluens. Willd. Ber. p. 416. t. 7. f. 21. Hypox. glomeratum. Bull. Champ. p. 178. t. 468. f. 3. optime evoluta. Sph.

glomerat. *Dec. fr. 2. p. 287.* Sph. *Coryli. ibid.*
S. fusca. Pers! Ann. Bot. l. c. t. 2. f. 3. syn. p.
r2. A. S. p. 4. Schum! Scell. 2. p. 167. Wahl! lapp.
p. 554. Nees! Syst. p. 291. f. 310. A. eximie. Fries
V. A. H. l. c. p. 137. (Schl. exs. n. 42. Schleich!
Gr. n. 178. Moug! Gr. exs. n. 178. Schmidt &
Kunz! n. 51).

b. *S. fragiform.* *Hoffm. Veg. Cr. 1. p. 20. t. 5. f. 1.*

Omnino superficialis, basi applanata adnata, depresso-hemisphærica, orbicularis, 2-3 lin. lata, sed sæpe confluens & præcipue ad ligna extensa & irregularis; junior pruinosa, purpureo-fusca; dein subnuda; perfectissima polita, atra, cribroso-pertusa, qualis vero a paucis hieme legitur. *Cf. ic. Bull.* Perithecia minuta ovato-globosa, subimmersa, l. parum prominula, atra. *Ad cortices Cratægi, Coryli, Alni, Fagi &c.; etiam Kamtschatkæ, Nepauliæ, Americæ &c. vulgaris; per annum. (v. v.)*

**** 21. *S. argillacea*, subglobosa, argillacea, intus fuscescenti-nigra, peritheciis periphericis prominulis papillatis.

Fries! Obs. 1. p. 171. t. 2. f. 5. V. A. H. l. c. p. 136.

Media inter antecedentem & sequentem; cum illa convenit forma regulari, situ etiam in cortice superficiali; cum hac peritheciis. Pruina, qua junior tegitur, detrita facile fuscescit, præcipue in tuberculis. Videtur prima *S. argillacea* P., pro qua nunc *S. multiformem* juniorem sumit. *Ad cortices duriores ravior, vere. (v. v.)*

22. *S. cohærens*, confluens, convexo-plana, primo lævis sordide fuscescens, dein nigrescens, intus nigra, peritheciis demum prominulis papillatis.

Pers! syn. p. 11. Schum! Scell. 2. p. 167. Nees Syst.
f. 310. B. Fries V. A. H. p. 157. (Schl. exs. n. 43.
Schleich! Gr. n. 357. Schmidt & Kunz! n. 126).

Ad ligna superficialis, per cortices erumpens, sed libera & tum magis regularis. Ceterum *S. fuscæ* affinem dixere Auctores, mihi videtur sequens

in lignis durissimis contracta. Velum tenue, perithecia minora, passim vero bullato-inflata. *Sph. rhodogramma* *Fries Obs.* 1. p. 171. t. 1. f. 4. (semel lecta) videtur ætatas maxime juvenilis. *Ad ligna exsiccata duriora apprime Fagi. Per annum.* (v. v.)

β. *S. connata*, turbinato-stipitata, cinereo-nigrescens, supra plana peritheciis tecta. *Fries Obs.* 1. p. 169.

Videtur monstrosa a loco. *In fago cava.* (v. v.)

23. *S. multiformis*, difformis, primo rugosa fusco-rubiginosa, dein nuda nigra, intus cinereo-nigra, peritheciis subglobosis demum prominentibus papillatis.

S. multiformis. *Fries in V. A. H.* p. 135. (Scl. exs. n. 44).

a. junior. *Fr. Obs.* 1. t. 1. f. 2, 3. *S. pulvinata.* *Hedw. fil. Obs. Bot.* t. 8. f. A. *S. argillacea.* *Pers. ic. pict.* t. 3. f. 1-3. *A. S.* p. 4. *S. cinereo-fusca.* *Schum. Scell.* 2. p. 164. *S. peltata.* *Dec. fr.* 2. p. 287. (ex spec. Cel. Kunz.)

b. adulta. *Hypoxyl. granulosum.* *Bull. Ch.* p. 176. t. 487. f. 2. *S. granulosa.* *Sowerb.* t. 355. *Dec. l. c.* p. 286. non *Pers.* *S. rubiformis.* *Pers. syn.* p. 9. *Ann. Bot.* 2. p. 20, t. 2. f. 1.

Ex ætate & loco colore, forma & superficie magis variat, quam ulla alia species. Basi applanata ligno semper adnata, hinc ad ramos cortice tectos erumpens; junior pulvere lutescente l. sæpius rubiginoso innato, perithecia abscondente obducta, dein nuda fusca, demum aterrima, peritheciis majusculis prominulis. Ceterum forma nulla constans; præcipue sunt aa) *rubiformis*, subrotunda, convexa, receptaculo crasso bb) *coarctata*, elliptico-lanceolata, erumpens, peritheciis vix prominulis cc) *effusa*, plana, peritheciis connatis dd) stromate oblitterato. *Ad truncos pineos &c., præcipue Betulæ, copiose. Multo speciosior in Kamtschatka. Wormsk. Per annum.* (v. v.)

β. *granulosa*, effusa, subnuda, peritheciis ad dimidium liberis papillatis.

S. granulosa. Pers. syn. p. 11. (ad hanc l. analogam *S. cohærentis* var.) *S. mammæformis*. Wahl.! Fl. Lapp. p. 520.

Ex stromate tenui effuso ad sequ. tribum pertinet, sed mera præcedentis varietas. Perithecia fere superficialia, magna, nitida, fuscescenti-nigra, papilla acuta atra. *Ad ligna cariosa & uda.* (v. v.)

24. *S. durissima*, effusa, irregularis, lignea, rubiginosa, intus nigra, peritheciis globosis immerso-periphericis.

S. durissima. Schwein.! l. c. n. 46.

Est *S. multiformis* in cortice durissimo, cui, cum disrumpere non valuerit, innata!, irregulariter effusa aut pustillas confluentes, Pisi magnitudine, exhibens, indeterminata, rugosa, margine sterili. Dissecta fere nitet. Perithecia minora, raro rite evoluta, immersa, similia *S. multiformis* in ejus ætate rubiginosa. *In cortice Cercis canadensis.* (v. s.)

Ser. I. HYPOCREA. Velum nullum. Perithecia membranacea. Asci tenues, sporidiis simplicibus referti, globuli gelatinosi pallidi forma plerumque erumpentes. *Contextus fibrosus, carnosus.*

* 25. *S. Tremelloides*, carnosæ, convexa, basi coarctata, pallide ferrugineo-umbrina, peritheciis in strato peripherico pallidiori immersis.

S. Tremelloid. Schum.! Sæll. 2. 173.

Omnino jungit Hypocreas hujus & primæ tribus; habitus Nemateliæ ob stroma centrale obscurius, nuclei instar, inclusum; sequentibus major, subrotunda, tuberculosa. Perithecia sparsa, rotundata, stromate concoloria, ostiolis subpapillatis perforantibus. *In ligno Fagi putrido.* (v. ic.)

26 *S. rufa*, carnosæ, convexa, irregularis, rufa, intus albida, ostiolis prominulis.

S. rufa. Pers. Obs. 1. p. 20. Syn. p. 13. A. S. p. 5.

S. scarlatina. Schum. *Sæll.* 2. p. 173. (Fries Scler. n. 303).

Sequenti nimis affinis, tamen insignis colore rufo, stromate non solum irregulari, sed & in siccis collabescente. unde superficies inæquabilis & rugosa. Perithecia minus prominent, obscuriora. Reliqua sequentis. *Ad ligna & ramos Fagi, Quercus, Alni, Rubi, Pinuum &c.; in Amer. boreal. ad truncos Liriodendari. Aug. - Dec. (v. v.)*

27. *S. gelatinosa*, carnosa, convexa æqualis, opaca, intus albida, peritheciis prominentibus obscurioribus.

S. gelatinosa. Tod. ! Meckl. 2. p. 48. (Fries exs. Scl. n. 304.)

a. pallida. *S. pallida.* Pers. syn. p. 12. Schum. ! l. c.

b. lutea. Tod. l. c. f. 123. A. S. p. 5.

c. viridis. Tod. l. c. f. 124.

d. umbrina. *S. luteo-umbrina.* Schum. ! l. c. p. 173.

Gregaria, 1-3 lin. lata, pulvinata, mollis, basi tomentulo tenui evanescente laxè adhærens; superficie nuda, & in siccis æquali, sed e peritheciis prominulis obscurioribus punctata. Vidi planiusculam, $\frac{1}{2}$ unc. latam. Formæ allatæ sæpe ætatis modo filia. *Ad ligna molliora putrescentia arborum frondosarum & acerosarum. Sept. - Dec. (v. v.)*

28. *S. armata*, subcarnosa, planiuscula, ochracea, intus pallida, ostiolis conicis spinulosis.

Vegetatio fere *S. citrinæ*, sed minor, interrupta, subrotunda, l. difformis, 3-5 lin. lata. Perithecia subglobosa, peripherica, pallida, ostiolis valde prominentibus spinulosis a reliquis distinctissima. Color fere Pezizæ omphalodes, cum qua mixta occurrit. *Ad terram nudam humosam, rarissime. (v. s.)*

S. rugosa Bolt. t. 123. f. 1. *S. multiformis* icon mala; habitus fere *S. concentricæ* junioris. *S. lateritia* Dec. Fr. 6. p. 137. *S. fragiformis* juvenilis.

Trib. IV. CONNATÆ.

Fries in Myc. Hest. 2. p. 53. (Pers. ex habitu ad Compositas; ex caractere ad Monostichas retulit. Schmidt varie collocavit).

CHAR. Stroma late effusum, indeterminatum, immarginatum, planum, perithecia cingens l. e peritheciis connascentibus ortum. Perithecia collo destituta, in superficie immersa l. prominentia. *Liberæ evolutæ, innato-superficiales; ubi stroma crassiusculum perithecia peripherica.*

Cum tribu subsequente minime jungendæ; in illa perithecia non Periphericorum more superficiali immersa, sed ad basin demersa, stromate obtecta, in collum attenuata; ut vegetationem valde diversam reticeam. Confluunt cum tribu antecedente & *Epiphæricis.* (32—36.)

Ser. I. HYPOCREA. Perithecia membranacea, emergentia. Sporidia simplicia, in ascis tenuibus seriata. Carnosæ, contextu fibroso. Gelatina globuli gelatinosi forma expulsa, in farinam albam mox fatiscens. *In terra, lignis mucidis, fungis &c. obviæ.*

* 29. *S. lactea*, carnosæ, late effusa, nuda, lactea, ostiolis punctiformibus.

Fries in V. A. H. 1816. p. 141. Obs. Myc. 2. t. 8. f. 4.

Superficie in omni ætate nuda a sequente juvenili distinguitur, cui ceterum vix affinis. Tenuis, plana, 1-2 unc. lata & ultra, sed passim interrupta brevior, superficie inæquali, ambitu glaberrimo, a matrice non secedente. *Ad terram & ligna mucida faginea, raro. Aut. (v. v.)*

30. *S. citrina*, carnosæ, effusa, planiuscula, citrina, ostiolis prominulis fusciscentibus.

Pers. syn. p. 18. A. S. p. 7. Fries V. A. H. 1816. p. 141. Næmasp. sulphurea, Wahlenb.! Ups. p. 471. (Schl. exs. n. 31).

Nunc 4-5 unc. longa, nunc brevis interrupta, margine juniore byssino. Specimina terrestria magis carnosa; fungicola juniora pulvere albo innata tecta. Gelatina albida globuli instar (cirrhosa *Wahlenb.*) erumpens, mox in farinam fatiscens. *Ad terram, truncos & Polyporos vetustos exsiccatos, frequens, etiam Amer. borealis. Jul. - Dec. (v. v.)*

β. *S. ochracea*, tuberculosa, ochracea. *Pers. l. c. Locis similibus.*

31. *S. rosea*, effusa, tenuis, rosea, margine byssino albicante, peritheciis prominulis obscurioribus.

S. rosea. Pers. l. c. Fries V. A. H. p. 142.

Præcedenti affinis. Vidi specimen subrotundum, unciale, *S. rosellam* referens, peritheciis prominentibus, fere astomis. *Rarissima ad terram & radices arborum; etiam Carolinæ. Schwein. Aestate. (v. v.)*

** 32. *S. Lactifluorum*, effusa, tenuis, cinnabarrina, peritheciis albo-farctis, ostioliis coccineis.

Schwein. ! Carol. l. c. n. 34.

Ad Agaricos subtus & in pileo provenit, totum fungum mire contortum durum reddens, ut conservari possit. Per ætatem tota coccinea, margine sterili. Perithecia globosa, spargunt pulverem seminalem copiosissimum candidum. *In Agaricis Lactifluis, præsertim piperato. In pratis Carolinæ frequens. (v. s.)*

33. *S. lateritia*, late effusa, carnosa, glabra, pallide lateritia, peritheciis globosis, ostioliis punctiformibus.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 42.

A præcedente diversa substantia crassiore, hyemenium Agarici omnino solidum ipsumque fungum succiosorem reddens, ut conservatæ mox putrescant. Perithecia irregulariter immersa, demum emergen-

tia. minuta, obscuriora. Superficies laevis, pruina tenui albida innata. *Innata Agarico delizioso, semel lecta Jul. in pineto ad Byarum Smolandiae.* (v. v.)

34. *S. Agaricola*, effusa, carnosae, glabra, spadiceae, intus sordide lutescens, peritheciis emergentibus fuscis colliculosa.

S. Agaricola. Chaill. ined.

Superiorem fungi partem praecipue incrustat omnemque carnem in stroma quasi mutatum exedit. Perithecia alia superficialia; alia in stromate l. ipsa matricis substantia immersa, astoma; ovato-globosa, conferta, mollia, fusciscentia, ostioli obtusis. *In Agaricis vetustis Helvetiae.* (v. s.)

35. *S. luteovirens*, effusa, tenuis, sordide lutea, subvirens, peritheciis emergentibus, ostioli congestis fusciscentibus.

S. luteovirens. Fries V; A. H. 1817. p. 253. (Sch. exs. n. —)

b. magis tomentosa & viridis. *S. viridis A. S. p. 8. t. 6. f. 8. nec Sow.*

Hymenium Agaricorum praecipue incrustat stromate tenuissimo nigro, tomento denso sordide luteo subvirente oblitterato, margine sterili. Tomentum saepe adpressum, ut fere glabrata. Perithecia praecedentis, sed pallidiora. *Ad Russulas, "Agar. peperatum" passim; etiam Amer. borealis. Aug. Sept.* (v. v.)

36. *S. hyalina*, effusa, tenuis, glabra, hyalino-fusciscentis, ostioli congestis fuscis colliculosa.

Schwein. l. c. n. 35.

Parasitica, lata, pellucida, badia aut fusciscentis. Colore, absentia stromatis & peritheciis, duplo minoribus hyalinis a praecedentibus differt. *In Russula foetida, rarior.* (v. s.)

Ser. II. HYPOXYLON. Perithecia subcornea, atra, primo velo subinnato fugaci tecta. Sporidia septata, atra.

* 37. *S. rubiginosa*, late effusa, tenuis, pulverulenta, læte rubiginosa, peritheciis prominulis.

Pers. syn. p. 11. A. S. p. 4. Fries V. A; H. p. 138.
(*Scler. exs. n. 142*).

Maculas sistit longitudinaliter effusas, 2-4 unciales, primo pulverulentas sordide lutescentes. Adulta pulvere dense oblecta rubiginosa, demum nuda nigrescens, tum perithecia exigua apice umbilicata fere libera. Vidi vero individua peritheciis solitariis distantibus majoribus papillatis. Margo sterilis. Sporidia atra, copiosa. *In lignis ad terram dejectis Quercus, Fagi, Mali, Tiliæ &c.; etiam Americæ. Aug. — Majo. (v. v.)*

38. *S. perforata*, effusa, brevis, granulosa, rubiginoso-ferruginea, intus atra, peritheciis connatis, ostioliis immersis pallidioribus.

Schwein! l. c. n. 45.

Præcedenti affinis, tamen certe diversa. Crassiuscula, sed 1-2 lin. tantum lata, sæpius vero plures confluunt absque margine sterili. Stroma tenue; peritheciis omnino periphericis, exiguis, elliptico-subrotundis, atris. Ostiola umbilicata, maculam punctiformem pulveraceam ex albo lutescentem efficiunt. Color fuscescens *Non infrequens in lignis Liquidambaris styracifluæ, Carolinæ. (v. s.)*

** 39. *S. atro-purpurea*, effusa, tenuis, applanata, purpurascens-nigra, peritheciis connatis prominentalis, apice plano papillato.

Fries Obs. 1. p. 174. V. A. H. l. c. p. 144. (Scler. exs. n. 75.)

Longe lateque effusa, indeterminata, superficialis, rugoso-inæqualis ob perithecia minus regulariter connata; ceterum magna, depressa, primo velo

fugaci fuscescente testâ, dein nuda, subnitida, intus atra. Papilla atra. Stroma proprium vix ullum, quare etiam nullus margo sterilis. *Ad ligna putrescentia faginea, passim. Perennis.* (v. v.)

S. atropurpurea Tod. Meckl. 2. p. 32. f. 105. Persoonio *S. rubiginosæ*, Schumachero *S. stigmatis*, mihi antecedentis, ipsi vero detectori *S. maculæ* varietas visa. — species dubia & omittenda.

40. *S. serpens*, effusa, tenuis, applanata, nigra, peritheciis subglobosis prominulis papillatis.

Lichen-Agaricus crustaceus, initio subhirsutus &c. Mich. gen. Ord. 2. t. 56. f. 1. *S. mammiformis*, Hoffm. Veg. Cr. 1. t. 3. f. 1. *S. crustacea*. Sowerb. t. 372. f. 11. (fuligineo colore). *S. undulata*. Schum! Sæll. 2. p. 162. *S. serpens*. Pers. syn. p. 20. Obs. Myc. 1. p. 18. A. S. p. 9. cum varr. Nees Syst. f. 317, 318. (*S. uda*) Fries! V. A. H. 1816. p. 145. (Scl. exs. n. 45.)

b. subsimplex.

Forma & magnitudine maxime varia, 3—4 unc. longa & ultra, sæpe in series elongatas serpens. Junior villo cinereo pruinosa, mox nuda, rugosa atra; nunc opaca, nunc nitida. Perithecia exacte globosa, raro depressa l. bullato-inflata. *Ad ligna emortua molliora, frequens in Salicibus, Fago, Populo, Quercu, Alno &c., etiam Siberiæ & Americæ boreal. vere-hieme.* (v. v.)

41. *S. colliculosa*, effusa, tenuis, colliculosa, rugosa, nigra, peritheciis maximis crusta tectis, ostioliis minutis papillatis.

S. colliculosa. Schwein! l. c. n. 82.

Præcedentibus maxime affinis, sed perithecia majora, irregularia, fragilia, basi applanata (non ligno immersa l. linea ambiente cincta) subdistantia, sed stromate tenui suffuso cohærentia. Maculas sistit margine varias, nitore quasi oleoso, superficie valde inæquali, rimosa. *In truncis cariosis Quercus lyratæ &c. Carolinæ.* (v. s.)

- *** 42. *S. coprophila*. effusa, peritheciis subglobosis connatis nigris, tomento tenui evanescente albido tectis, papillis globosis atris.

S. albicans. *Y. A. S.* p. 36. *S. coprophila*. *Fries in Kunz. Myc. Heft, 2.* p. 38.

S. serpenti proxima, sed distinctissima tomento evidentiore & papilla magna supra tomentum prominente. Late effusa, uncialis circiter, rugosa, rigida, stromate proprio nullo, demum nuda atra. *Locis silvaticis supra finem vaccinum, aest. aut.* (v. v.)

43. *S. confluens*, brevis, peritheciis subglobosis rugulosis seriato-confluentibus nigris, circa ostiola subdepressis.

S. confluens. *Tod. Meckl. 2.* p. 19, 63. t. 10. f. 87. *S. uda* var. *salicaria*. *Pers. syn.* p. 33. *S. albicans*. var. l. c. p. 70.

Superficialis, rigida, peritheciis 3 — 6 lineatim dispositis confluentibus in cæspitulum 3 lin. circiter longum, lineam latum, subinde interruptum, nulla linea ligum penetrante circumscripta. Junior tomento mucido albo obducta, dein nuda nitida. Papillæ minores, quam in priori, quam inter & sequentem exacte media. *In ligno carioso salicis. Vere — aut.* (v. v.)

44. *S. botryosa*, cæspitose-conglomerata, rotunda, peritheciis globosis connatis rugosis opacis atris apice depressis.

Scl. Susc. n. 112.

Perithecia 5 — 10 superficialia, in tuberculum valde prominentem corrugatum densissime conglabantur & plane connata; e cortice perithecorum exteriori formatur stroma commune tenue aterrimum. Perithecia prominent, intus atra, primo velata, demum rimosa, irregularia, indistincta. *Supra ligna quercina durissima exsiccata frequens. Hieme — vere.* (v. v.)

45. *S. Sassafras*, erumpens, nigra, peritheciis paucis maximis, stromate fulvo-ferrugineo cinctis, ostioliis minimis deciduis.

S. Sassafras. Schwein! *Car. n.* 10.

Intra rimas longitudinaliter effusa, demum ubi cortice orbatur dilatata. Perithecia Pisi fere magnitudine, globosa, extus intusque atra; raro e mutua pressione varia, superne stromate tenui bicorticato tecta. Ostiola minuta, distantia, decidua, unde superficies pertusa. Occurrit etiam simplex. Ab hac tribu abit ad Subsimplices. Habitus Verucæformium, sed non innata l. basi circumscripta, colla brevissima. *Frequens in rimis corticis Lauri Sassafras.* (v. s.)

- **** 46. *S. incrustans*, crusta effusa nigra, peritheciis subrotundis rugosis subconfluentibus atris, ostioliis crassiusculis conicis obtusis.

S. incrustans. Pers! *Obs.* 1. p. 70. *Syn.* p. 62. *A. S.* p. 41. *Fries F. A. H.* 1817. p. 259. *Dec. Fr.* 6. p. 137.

Crustâ late effusa, contigua, indeterminata, glabra, tenuis, aterrîma, etiam supra cortices superficialis. Perithecia omnia, superficialia, rugosa, nunc solitaria, nunc omnino connata, extus intusque atra; pro more bicorticata, exteriori in crusta extenso. Ostiola perforata, demum decidua. Valde affinis 59—45, certe pro composita habenda. *Ad truncos populinos, acerinos &c. varior.* (v. s.)

47. *S. lobata*, atra, stromate crustæformi tenui, ramoso-lobato, peritheciis connatis globosis pertusis.

S. lobata. Worms k.!

Species elegans, antecelente minor. Crusta plane superficialis, effusa, effigurata, opaca, atra, sæpe ramosa & lobata, inæquabilis. Perithecia nuda, connata, lævia, opaca, semine Sinapcos minorâ, non e crusta emergentia. Crusta namquam

vel rarissime, deest. *Id corticem truncorum Pini silvestris Kamtschatka. Vere.* (v. s.)

Obs. Uterius inquirendum, an hæc & sequens eadem sint cum *S. pithyophila, vere epiphærica*

48. *S. ramosa*, atra, stromate diffuso ramoso, peritheciis oblongis lævibus papillatis.

S. ramosa, Sowerb. t. 395. f. 1.

An præcedentis varietas? Stroma repens, nigrum, superficiale. Perithecia glabra acuta. *Ad ligna in Anglia.* (v. ic.)

49. *S. atramentosa*, atra, peritheciis confertis hemisphæricis lævibus subastomis, e stromate crustaceo tenui inæquabili nigro prominulis.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 38.

Crescendi modus maculæformis omnino *S. rubiginosæ*, sed minor & perithecia prominent omnino ut in ejus ætate vetusta, in ambitu sterilis. Perithecia perexigua. *In asseribus vetustis & ligno decorticato Mali aut.* (v. v.)

50. *S. afflata*, effusa, tenuissima, effigurata, nigerima, peritheciis confertissimis minimis prominulis dense punctata.

! *S. afflata, Schwein! l. c. n. 68.*

Omnium hujus seriei tenuissima, maculas atramentosas opacas variæ figuræ & sæpius lobatas exhibens, ligno quasi afflata (nullo modo immersa), uti mappa geographica effigurata. Perithecia minima, superficialia, stipatissima, plane concreta stroma sistunt. *In lignis siccis Carolinæ.* (v. s.)

Species 37 — 50 unicum procul dubio constituunt tribum! Stroma e cortice perithecorum exteriori extensa (41,46) l. connascente oritur, quare hic in connatis simplex, in solitariis duplex obser-

vatur. A Superficialibus compositis ad simplices contigua serie abeunt!

Ab analogis Epiphericis vegetatione, peritheciis superficialibus velatis nec erumpentibus l. tectis facile dignoscuntur.

Trib V. GLEBOSÆ.

Schmidt Myc. Hefst. 2, p. 25. (Poroniæ spec. Fries l. c. p. 33.)

CHAR. Stroma subeffusum, determinatum, globosum, demum rigidum fragile, a solo natali discretum. Perithecia ovata, ampla, primo demersa astoma, dein in collum breve attenuata, ostiolis æqualibus. *Majores, liberatæ, emergenti-superficiales, nigricantes.*

Species omnes e serie Hypoxylorum velo fugaci subinnato, peritheciis atris, sporidiis opacis oblongis subseptatis e. s. p., eximie vero inter se diversæ. Ab Hypophericis ad Periphericas abeunt.

* 51. *S. deusta*, effusa, crassa, undulato-rugosa, junior cinereo-albida pulverulenta, dein rigida, peritheciis ovatis emersis.

Fungus quercinus niger. *Raji Hist. 1. p. 110. Mich. gen. t. 54. f. 1. Hall. hist. n. 2192. Hypoxylon ustulatum. Bull. Ch. p. 176. t. 487. f. 1. S. maxima. Web. Spic. n. 301. Bolt. t. 181. Sowerb. t. 338. S. versipellis. Tod. Meckl. 2. p. 55. f. 129. S. deusta. Hoffm. ! Crypt. 1. p. 3. t. 1. f. 2. Pers. Obs. p. 19. Syn. p. 16. Schum. ! Sæll. p. 163. Nees Syst. f. 316. Fries V. A. H. 1816. p. 140. (Scler. Suec. n. 261. Moug. ! exs. n. 276.)*

Junior carnosâ, albido-cinerascens; dein durior, nuda, fuscescenti-nigra; demum deusta, fragillima, atra, 1—3 unc. lata, repanda. Perithecia magna, sparsa, emergentia, prope superficiem collocata, collo brevi, ostiolis prominulis. Sporidia fusiformia, biseptata. *Ad truncos vetustos carie consum-*

tos, præcipue Fagi, junior vere, adulta autumno; ex-
oleta hieme, ubique. (v. v.)

Præ ceteris superficialis, tum vegetatione, quum
situ peritheciorum; prima vero ætate e ligni rimis
emergit, unde etiam subinde prominentia stipiti-
formis. *S. platyceps* Pers. Obs. l. c. t. i. f. 4, 5.

** 52. *S. Tubulina*, oblonga, crassa, sublacuno-
sa, e ferrugineo-nigra, peritheciiis maximis de-
mersis in collum teres elongatis.

*A. S. p. 6. t. 4. f. 4. Fries l. c. p. 140. (Scl. exs.
ined.)*

E maxime notabilibus, 2 — 4 unc. & ultra lon-
ga, 1 $\frac{1}{2}$ — 2 unc. lata & ultra, crassa, lignis cariosis
ad dimidium fere immersa, margine repando. Su-
perficies undulato-rugosa, ferrugineo-terrea, ex osti-
olis porosa, dein nigra, ostioliis hæmiphæricis pro-
minulis; demum fragillima, subpulverulenta. Peri-
thecia 3 — 5 lin. longa, 1 — 1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, arcte ag-
gregata, gelatina nigra. *In ligno carioso abieigno Lu-
saticæ, Smolandicæ, raro; Americæ borealis in trunco
Juglandis. Mart. — Mojo. (v. v.)*

*** 53. *S. repanda*, orbicularis, cupulæformis, atra,
extus corrugata, peritheciiis immersis in strato
nigro, a stromate albo distincto, ostioliis pro-
minulis.

*Fries Obs. Myc. i. p. 163. t. i. f. 5. V. A. H. l. 6,
p. 135. Wahlenb. Ups. 469. (Scler. Suec. n. 1.)*

Dura, rigida, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. & ultra, 3 — 4 lin.
crassa, eximie cupularis, junior clausa, dein mar-
gine repando irregulariter inciso rimosoque dehi-
scens. Discus subrotundus, concavus, nudus, primo
albicans, mox niger, ex ostioliis convexis umbilica-
tis papulosus. Stroma tenax, rigidum, glebulosum
album, dein cinerascens. Perithecia in disco sub-
peripherica, conferta oblonga l. e mutua pressione
linearia, nigra, in collum breve angustata. Spori-
dia oblongo-fusiformia, septata. *In rimis truncorum*

Sorbi, primo immersa, mox emersa superficialis; passim in Suecia. (v. v.).

Est Sph. amphipherica optime evoluta; sequentes ad eandem valde accedunt.

54. *S. lutea*, orbicularis, cupulæformis, nigra, disco marginato rugoso, stromate pulverulento luteo, peritheciis polystichis emergentibus.

A. S. p. 10. t. 1. f. 1. Fries l. c. p. 147.

Minor, vix $\frac{1}{2}$ unc. lata, 3—4 lin. crassa, extus rugulosa; disco plano-concavo ex ostioli perforantibus rugoso, margine integro (junior enim non clausus est) cincto. Perithecia subovata, conferta, polysticha, diversæ magnitudinis, superiora tantum ostioli instructa. *Rarissima, reperta in disco truncorum Alni & Salicis, vere. (v. v.)*

55. *S. succenturiata*, oblongo-pulvinata, immarginata, lævis, atra, intus griseo-fuscescens, peritheciis ovatis inordinate emergentibus.

Tod. Meckl. 2. p. 37. f. 109. Schmidt Myc. Heft. 2. f. 19.

Rigida, convexa, 2—3 lin. longa, 1—1 $\frac{1}{2}$ lin. crassa, basi ut in duabus præcedentibus umbilicata. "Cortex lævis, æqualis, ater, resinosis, interior fuscus & inseparabilis. Sphæras duplicis figuræ ac molis continet, alias nempe immersas & ad corticem attenuatum intra fungi cortices dilatantur in capsulam homogeam, sed admodum compressam, vertice demum pertuso, adsunt aliæ altius defossæ, astomæ &c." *Tod. Ad ramos Quercinos aliosque. (v. s.)*

β. *S. lævis*, elliptica, lævis, nigra, intus albida, peritheciis immersis ovatis astomis. — *Sowerb. t. 394. f. 8. Difficilis ex sola icone definita. Ad ligna in Anglia. (v. ic.)*

56. *S. spondylina*, erumpens, difformis, convexa, subrugosa, extus intusque atra, peritheciis demersis, ostioli latentibus.

Quamvis erumpens, omnino libera evadit nec basi adnata ut in *S. Verrucæformibus*. Minor, 1-2 lin. lata & crassa, bullata, situ admodum gregario & sæpius confluyente, unde difformis l. spondylorum instar seriata; specimina solitaria regularia, convexa, cortice duro læviusculo. Perithecia ovata, demersa; vetustate corrupta, rigido-fragilia, ut *S. deusta*. *Ad corticem Fraxini rarissima, vere.* (v. v.)

**** 57. *S. nummularia*, determinata, planissima, contigua, extus intusque atra, peritheciis immersis ovatis, ostioliis globosis prominulis.

Mich. gen. p. 105. n. 5. Hypoxylon nummularium. Bull. Ch. p. 179. t. 468. f. 4. Sphæria nummul. Dec. Fr. 2. p. 290. S. macula. Tod.? fung. Meckl. 2. p. 33. f. 106. S. diffusa. Sowerb. t. 373. S. orbicularis. Pers.! ined. S. anthracina. Schmidt! Myc. Heft. I. p. 55. II. t. 1. f. 16. S. Clypeus. Schwein! Car. n. 42. (Moug. & Nestl.! n. 374.)

Dura, orbicularis, elliptica l. longitudinaliter effusa, $\frac{1}{2}$ — 2 unc. lata & ultra, 1 lin. crassa, contigua, lævis, tantummodo ostioliis distantibus sub lente papillosa, sicca nuda fere nitens, humida e gelatina in pulverem atrum fatiscente pruinosa, atropinquans. Perithecia monosticha, conferta, magna, atra; vidimus vero albofarcta. E matrice solvi potest, hinc & ob perithecia magna immersa Glebo-sis affinis. *Ad ligna & cortices Fagi, Carpini, Cartanæ, Quercus, Tiliæ, "Aceris rubri" &c. Hieme — aut.* (v. v.)

S. atropurpurea *Tod. Meckl. 2. p. 32*, ipse suspicante, maculæ varietas. cf. *S. atropurpuream* nostram.

Trib. VI. LIGNOSÆ.

Sph. compositæ *Pers. Lignosæ. Schmidt l. c. p. 23.*

CHAR. Stroma effusum, tenue, planum, subdeterminatum, lignosum, rigidum, cortice vix separa-

bili; basi matrici innatum, semper circumscriptum, erumpens l. emergens, Perithecia atra, ad basin demersa (etiam in matrice) nec emergentia, stromate plane oblecta, stipata, in collum attenuata, ostiolis prominulis. *Majores, vere erumpunt, corticis l. lignatiles; juveniles pallidæ, mox nigrae.*

Omnes e serie Hypoxylorum, induratæ, sed velum plane innatum l. spurium, contextu granuloso-celluloso, sporidiis subseptatis opacis.

- * 58. *S. lenta*, sublibera, rotundata, repanda, fuscescenti-nigra, intus alba, peritheciis globosis immersis

S. lenta. *Tod. Meckl. 2, p. 30. t. 12. f. 102.* (suberronea).

Gregaria, conferta, 2—3 lin. lata, crassa, margine repando, disco planiusculo, a matrice subdiscreta. Perithecia minuta, globosa, subdemersa, ostiolis superficiali-immersis exiguis. Quoad situm perithecorum minus quadrat icon Todei. Optima species, est quasi *S. disciformis* libere evoluta. Vegetatio fere præcedentis tribus. *In trunco Fagi excisæ putrescente & simul ejus radicibus terra leviter tectis autumno.* Tode. *In ramo decorticato Salicis capræ, æstate.* (v. v.)

Ulterius inquirendum, an eadem sit *S. lenta* Schwein. *Car. n. 28.* (primum eleganter viridis) frequens *Ad asseres & cortices Carolinæ.*

59. *S. bullata*, erumpens, convexo-plana, ovalis reniformisve, atra, intus candida, ostiolis papillosa.

S. placenta. *Tod. Meckl. 2, p. 26. t. 12. f. 97. S. depr. ssa. Bolt. t. 122. f. 1. Sowerb. t. 216. S. bullata. Ehrh. exs. n. 199. Hoffm. Veg. Cr. I. p. 5. t. 2. f. 3. Pers. syn. p. 27. Ic. pict. t. 3. f. 6, 7. Dec. fr. 6. p. 121. Fries V. A. H. 1816. p. 150.*

Gregaria, determinata, forma varia, 2—4 lin. lata, leniter convexa, ambitu adnato. Perithecia demersa, globosa, monosticha, stipata, stromate albo

tenaci testæ. Basis circumscripta linea, ut prior cum *S. disciformi* affinitas. *Ad ramos Salicis albæ, Coryli &c. frequens dicitur, etiam in America boreali; ipse bis modo Lundæ legimus. Vere. (v. v.)*

60. *S. undulata*, effusa, interrupta, undulata, atra, intus alba, ostiolis subrotundis prominulis.

S. undulata. Pers. syn. p. 21. Dec. Fr. 6. p. 120. (Moug. & Nestl. exs. n. 371.)

Sequente brevior, crassior, per plagas sterilis, ceterum nobis mera videtur varietas. Cum *S. serpente*, cum qua comparat Persoon, nulla adest affinitas. *Fr. V. A. H. l. c. p. 145. Ad ramos varios v. c. Coryli, Mespili Pyrenaicæ &c. Perennis. (v. v.)*

61. *S. stigma*, ambiente effusa, applanata, lævis, demum nigra, ostiolis subimmersis planiusculis.

Mich. gen. t. 55. f. 2. Hypoxyl. operculatum. Bull. Ch. p. 177. t. 478. f. 2. S. stigma. Hoffm. Veg. Cr. 2. p. 7. l. 2. f. 1. Pers. syn. p. 21. Dec. Fr. 2. p. 289. Nées Syst. f. 319. Fries l. c. p. 145. (Ehrh. Cr. n. 170. Schlecht. Cr. n. 70. Schenid. & Kunz. exs. n. 101. Moug. & Nestl. exs. n. 372. Fries Sel. Su. n. 45.)

b. *S. cinerea. Schwab. t. 373. f. 11.*

Plagas sistit longissime, latissime & ambiente effusas, $\frac{1}{2}$ lin. crassas, cortice interiori omnino innatas & exteriorem solventes; junior lævis, contigua, pallida l. incarnata, demum varie fuscescens, demum nuda, rimosa, atra; etiam colore cinereo occurrit. *Ad cortices varios ubique frequens, copiosissima in Cratægo Oxycantha & Mespili Perennis. (v. v.)*

β. quadricecca, ostiolis quaternatim junctis.

Vulgari ceterum major magisque evoluta. præsertim specimina Kamtschatica, a Nob. Wormskjöld data. *In Botulis. (v. v.)*

γ. decorata, crassiuscula, ostiolis convexis prominulis.

S. decorticans, Sowerb. t. 137. *S. decorticata*, Desv. Fr. 2. p. 289. Pers. apud Mougl! l. c. n. 373. *S. Stigma* Schum! Scall. 2. p. 163.

Certe præcedentis varietas, sæpius crassiuscula & longitudinaliter effusa. *Al Fagos, Quercus, Corylos &c.* (v. v.)

Obs. Species ex ostiolorum forma distinctæ raro constantes; hæc enim variat ex ætate convexa & excavata, conica & radiato-fissa &c.

62. *S. platystoma*, late effusa, rimosa, nigro-marginata atra, intus concolor, peritheciis confertis globosis, ostioliis sparsis explanatis.

Schwein! l. c. n. 48.

Similis *S. Stigmati*, longissima, unciam lata, rimosa, margine nigro tenuissimo (sterili) in epidermide exarato cincta. Perithecia "cinerea", polysticha. Præcipue distinguitur ostioliis latis, Pezizæ formam æmulantibus & defectu stromatis albi. *Rarior in lignis ignotis Carolinæ.* (v. v.)

63. *S. atropunctata*, latissime effusa, lavis, candida, intus aterrima, peritheciis sparsis, ostioliis punctiformibus nigris.

S. tephromelas, Spreng! Herb. *S. atropunctata*. *Schwein!* l. c. n. 44.

Latissime, interdum viginti pedum longitudine ambit arbores emortuas adhuc stantes, subæqualis, hinc inde rugulosa, margine nigro undulato limitata. Perithecia monosticha, non conferta, tecta stromate tenui nitente, adeo rigido, ut cultro dissectio strideat. Ostiola convexa, lævia, nitida, superficiem nigropunctatum reddunt. *Cingit arbores. ubi cortice orbata sicut, præsertim Quercum falcata, in Carolina.* (v. s.)

*** 64. *S. virgultorum*, oblonga, immersa, extus intusque nigra, peritheciis ampullæformibus conatis, ostioliis hemisphericis umbilicatis nitidis.

Fries in Kunz, Myc. Hæf. 2. p. 43. (Schl. exs. n. 2.)

In ramis adhuc vivis longitudinaliter immersa, sistens foveolas pro ramorum magnitudine varias, 1 — 3 lin. latas & crassas, nigredine ligno & cortice irrepente. Perithecia oblonga, arcte stipata, unde difformia, profunde demersa, in collum teres attenuata, stromate nigro tecta. Ostiola prominula, magna, sparsa. Demum rigida & fragilis, ob vegetationem & peritheciorum formam *S. Tubulinam* in memoriam revocans. *In virgultis betulignis in umbrosis humidis Smolandia. Vere — autumno. (v. v.)*

65. *S. Robinia*, elongata, immersa, extus intusque nigra, peritheciiis stipatis in collum longum teres attenuatis ostioliis in disco erumpente angustato prominulis.

S. Robinia. Schwein. l. c. n. 61.

Tubercula unciam longa, 2 — 3 lin. lata & crassa, usque ad lignum immersa, parte superiore angustata erumpente, planiuscula, opaca. Perithecia ad basin demersa, nullo stromate corticali incumbentia, stipata, ovato-oblonga, prioris multo minor, nitida, stromate crassiusculo concolori tecta, per quod colla longa penetrant, in superficie sistentia ostiola distantia, lævia, umbonata, a) breviora b) 1 — 2 lin. longa. Perithecia circinantia non vidi, sed alia *Sphæria* ex illa tribu etiam in meo specimine adest. *Passim in ramulis dejectis Robinia Pseudacacia in Carolina. (v. v.)*

66. *S. pitulifera*, subrotundo-diformis, immersa, plana, extus intusque atra, peritheciiis globosis in collum longum attenuatis, ostioliis superficialibus globosis maximis.

Maculae confertae, sed non confluentes & epidermide lacerata cinctae, valde irregulares, superficie lævi opaca. Perithecia ad basin demersa, globosa, in collum longum tenue cum stomate crassiusculo tegente connatum attenuata. Ostiola lævia, intus cava! *Sphæriam* epiphericam omnino refe-

rentia. *Ad truncos Fagi Bohemicae.* (v. s. a Cel. Kunze communic.)

67. *S. rhytostoma*, subrotunda, plana, lævis, (albida), intus concolor, peritheciis in collum longum attenuatis, ostioliis dilatatis corrugatis.

S. rhytostoma, *Fr. V. A. H.* 1816. p. 148.

Subrotunda, sed plures confluent, unde irregularis, 2—4 lin. longa, crassiuscula, in ætate modo juvenili lecta; adulta verosimile nigra. Perithecia ad basin demersa, minora, stipata, collo tenui, ostioliis superficialibus nigris. *In cortice dejecto legit optimus, dum vixerit*, Swartz. (v. s.)

(*S. bullata* huc forsân melius locanda).

68. *S. disciformis*, orbicularis, plana, lævis, nigrescens, intus alba, peritheciis in collum tenue attenuatis, ostioliis punctiformibus.

Sphæria. *Hall. helv.* 2186. t. 47. f. 9. *S. disciformis*, *Hoffm. Veg. Cr.* 1. p. 15. t. 4. f. 1. *Ehrh. Beytr. l. c.* p. 176. *Pers.!* *syn.* p. 24. *Schum.!* *Sæll.* 2. p. 170. *Nees Syst. f.* 321. b. (mediæ ætatis) *Dec. Fr.* 2. p. 290. *Fries in V. A. H. l. c.* p. 148. (*Sci. Svec. n.* 71. *Schleich.!* *exs. n.* 69. *Holl. & Schm.!* *exs. n.* 3. *Moug.!* *Cr. exs. n.* 80.)

b. *S. grisea*, *Dec. Fr.* p. 122. Cf. *A. S.* p. 11.

Regularis erumpens, prominens, 1—2 lin. lata, junior incarnata, mox fusca nigraque, b. disco depresso griseo omnino fungus juvenilis simulque morbosus. Perithecia stipata, basi arcte linea nigra circumscripta, ovata, minora, nullo stromate cincta, sed proprio albo tecta. Ostiola minuta, distantia, nunc prominent, nunc immersa. *In cortice Betulæ forma elliptica legi. In ramis exsiccatis, frequentissime in Fago, rarior in Betula alba, Quercu &c. Europæ, Asiæ, Americæ.* Per annum. (v. v.)

Obs. *S. quercina* quædam (ostioliis tetragonis prominulis) ex hac tribu mihi incognita est. Vidi tamen prioris quadricocca.

69. *S. euphorea*, orbicularis, convexa, lævis, nigrescens, peritheciis in collum tenue attenuatis, stromate albo tectis, ostiolis minutis cupulæformibus

Præcedente minor. minus prominet. Perithecia paulo profundius demersa, stipata, mediæ magnitudinis. Ostiola minima, nudo oculo vix discerni queunt. *Ad ramos exsiccatos Betulæ in Kamtschatka Wormsk. in ramo quodam in Svecia lecto itidem vidi.* (v. s.)

70. *S. aspera*, orbicularis l. angulata, convexa, atra, peritheciis in collum tenue attenuatis, stromate sordide albo tectis, ostiolis conico-cylindricis.

S. verrucæformis. Schum. ! Scall. 2, p. 270. nec Pers.

Media inter præcedentes & *S. verrucæformem*. Prominens, 1—2 lin. lata, in Fago angulata, alias subrotunda, basi linea nigra arcte circumscripta. Perithesia fere *S. disciformis*: sed colla paulo breviora. — *S. verrucæformis b. stellata Pers.* potius ad *S. angulatam* pertinet *Ad cortices Fagi, aliarumque arborum cortices, aut - vere.* (v. v.)

- *** 71. *S. favacea*, difformis, nigra, peritheciis oblongo-ovatis, collo brevi, stromate tenui albido tectis, ostiolis prominulis convexo-subrotundis. (*Sci. Suec. n. 306.*)

a. maxima, depressa. *S. verrucæf. V. A. S. p. 12.*

b. media, planiuscula. *S. favacea. Fries V. A. H. 1816. p. 150. Obs. Myc. 2. p. 324. t. 8. f. 5. (spec. vetusta.)*

c. minor, orbicularis, convexa. *S. grossa Pers. ! ined. (S. Betulæ Schum. Scall. 2. p. 171. cf. S. lanciform.)*

Nunc orbicularis, nunc e pluribus confluentibus difformis, prominens, 2—4 lin. & ultra, lata, 1—2 lin. crassa, junior pro more ligneo-pallens. Perithecia subdisticha, inter affines maxima, basi stipata, subconnata, apicibus distinctis, stromate te-

nuiore tecta, quod senio oblitteratur. Basis linea firma nigra circumscibitur. *Ad ligna dejecta betuligna cortice adhuc tecta vulgaris. Aut. - æst. (v. v.)*

β. *conspurcata*, plano-convexa, irregularis, peritheciis ovatis difformibus, ostioliis punctiformibus.

S. *conspurcata*. Kunz. ! *in litt.*

Cave, ne cum S. pilulifera commutes. *In Fago Saxonica. Ficinus. (v. s.)*

γ. *variolosa*, minor, irregularis, corticis laciniis tecta.

S. *variolosa. Schleich.!*

Habitus sequentis. *In Helvetia. (v. s.)*

72. S. *verrucæformis*, angulata, convexa, rugosa, nigra, intus subconcolor, basi circumscripta, peritheciis ovatis collo brevi, ostioliis sublatentibus.

S. *verrucæformis. Ehrh.!* Cr. *exs. n. 280. Pers. syn. p. 26. a. Dec. Fr. 6. p. 120. Fries V. A. H. p. 149. S. Avellanæ. Pers. disp. p. 2. (Scl. Suec. n. 74. Schleich. Cr. n. 181.)*

Prominens, laciniis epidermidis stellatim fissis cincta, 1 — 2 lin. lata, nisi plures confluent. Discus parum angustatus, sed a Circumscriptis differt notis allatis & collibus brevibus. Ostiola sub lente tantum observantur, obsolete prominent. *Ad ramos exsiccatos Coryli, Carpini, Fagi &c. ubique terrarum. Aut — vere. (v. v.)*

β. *difformis*, minor, linearis l. angulata, intus nigra.

S. *difformis. Schum.!* (Sæll. p. 173.)

Analogæ cum prioris varietate *variolosa. In ramis emortuis Alni. (v. v.)*

Obs. Cum antecedente & sequentibus nimia sane affinitas & veterum synonyma communia sunt v. c. *Valsa*

corticalis Scop. Carn. 2. p. 399. Sphæria 2185. Hall. *helv.* 3. p. 121. & *S. pulvinata*. Hoffm. Cr. 1. p. 9, t. 2. f. 3. Interea iisdem locis constanter redeunt &, si omnes jungerentur, *S. verrucæformis* titulus omnino vagus evaderet.

73. *S. Cephalanthi*, subrotunda, verrucæformis, extus intusque atra, basi circumscripta, stromate oblitterato, ostioliis crassis crenatis confluentibus.

S. Cephalanthi. Schwein. ! l. c. n. 59.

Minor, gregaria, lineam lata, confluens, per epidermidem stellatim l. radiatim ruptam erumpens, prominens, rimas corticis infestans. Perithecia aggregata, conica, cortice tenui tecta. Ostiola ex Auctore descripsi. *In omnibus Cephalanthis occidentalibus emortuis frequens.* (v. s.)

74. *S. Liriodendri*, obovata, rugosa, nigrofusca, intus candida, peritheciis amplis monostichis, ostioliis subprominulis.

S. Liriodendri. Schwein. ! l. c. n. 60.

Erumpens, prominens, subconfluens, 2—3 lin. longa & lata, cortici usque ad basin nigrescenti insidet & junior ab eodem circumdatur. Superficies pulverulenta, ostioliis indistinctis variolosa; sed in nostro specimine valde adulto nuda, atra, ostioliis prominulis, intus nigrescens. Perithecia 3—5, subglobosa, collo brevi. *Gregaria in cortice Liriodendri Tulipiferae in Carolina.* (v. s.)

- **** 75. *S. Rhois*, verrucæformis, obovata, rugosa, nigra, stromate cinereo-nigro, peritheciis paucissimis, ostioliis conicis.

S. Rhois. Schwein. ! l. c. n. 62.

“Plures catervam irregularem efformant, fibris epidermidis teguntur aliæque nudæ manent”. Stromma cinereo-album in ipsis etiam simplicibus (occurrunt enim talia), basi linea tenui nigra circumscriptum. Duæ l. tres sphærulæ compositæ, parte

inferiore liberæ in ostiola conica abeunt, sed in meo spec. plures confluentes, ligno subiunctæ. In truncis cariosis *Rhois radicans* in Carolina. (v. s.)

76. *S. flavovirens*, inæqualis, rugosa, nigra, intus pulverulenta flavovirens, peritheciis globosis, ostiolis prominulis punctiformibus.

S. flavovirescens. Hoffm. *Veg. Crypt.* 1. p. 10. t. 2. f. 4. *S. flavovirens*. Pers.! *syn.* p. 22. *A. S.* p. 10. *Dec. Fr.* 6. p. 121. *Fries V. A. H.* 1816. p. 146. (*Scler. Suec. exs.* n. 222. Schmidt & Kunz! *Exs.* n. 201. Moug.! & Nestl. *Gr.* n. 375.)

Maxime varia, nunc brevis interrupta, nunc orbicularis planiuscula, nunc latissime confluens scabrosa; vidimus quoque individua subsimplicia, sed stromate instructa, *S. viridem* Sow. t. 375. f. 5. referentia; sed substantia primo flava, mox flavovirescente, demum olivaceo-nigra facillime dignoscitur. Perithecia præcedentium minora, in ipso stromate nidulantia; nec stipata, stromate tantum tecta, collo brevi. Ostiola superficialia, lævia, l. rugulosa, rarius conica. *Ad ramos emortuos arborum frondosarum fere omnium, imprimis e Rosacearum familia, Fagi &c.; raro in Pino; etiam Americæ. Perennis.* (v. v.)

β. *S. multiceps*, subinnata, ligno elevato tecta, effusa, inæqualis, ostiolis minoribus umbilicatis.

S. multiceps, Sowerb. t. 394. f. 8. (*Scl. Suec.* n. 45.)

Nunc brevis interrupta, nunc in series unciam unam alteramve elongata, minus rugosa, nigrescens, demum cinerascens. Ostiola minora, lævissima, nunc immersa, nunc prominula subconica. *Ad ligna duriora Fagi &c.* (v. v.)

77. *S. prorumpens*, interrupte erumpens, inæqualis, nigra, vage circumscripta, peritheciis subaggregatis, in cortice immersis, ostiolis sublatentibus.

S. prorumpens. Wallr.! *Mscr.*

β. subinnata, extensa, ostiolis prominulis distantibus.

Facies a tribu aliena, *Concrescentibus* affinis. *Perithecia* globosa, irregulariter aggregata, in ipso cortice nidulantia, collis brevibus, superne stromate tenui atro in series irregulares elongatas interruptas erumpente. Non discus singulus, sed in ambitu, sæpe latissimo, irregulariter circumscribitur. — *b. Prioris var. & sequenti simillima, stromate proprio cinereo-nigro dignoscitur. In ramis emortuis Viburni Opuli. b. lignatilis. (v. s. in herb. Kunz.)*

78. *S. immersa, innato-immersa, effusa, lævis, nigra, peritheciis ovatis in stromate concolori immersis, ostiolis prominulis subdepressis,*

S. immersa, Sowerb. t. 374. f. 1.

Leviter prominens, subelongata, interrupte effusa, lævis, opaca, intus concolor. Stromata proprium, tenue, perithecia cingens. Perithecia ovata, subconferta, intus atra, collo brevi. Linea circumscribens profunde in ligno intrat. *Ad ramos Coryli, rarior. Perennis. (v. v.)*

78. *b. S. uda, brevis, determinata, emergens, atra, peritheciis subovatis, ostiolis obtusis inæqualibus.*

S. parallela. Sowerb. t. 374. f. 4. S. uda. Pers. ! syn. p. 33. t. 1. f. 11—13. Fries V. A. H. 1816, p. 55. A. S. p. 16.

Difformis, subelliptica, 2—3 lin. plerumque longa, ligno subimmersa, in quo semper observantur lineæ nigræ. Perithecia apice non connata, ut in præced., sed parum distant, crusta coherentia, pauciora, subprominentia. Cum *S. serpente* confusa. *Ad ligna arida quercina, faginea &c. locis udis dejecta; etiam Americæ. Perennis. (v. v.)*

A *S. confluente* diversissima vegetatione vere immersa, velo nullo, peritheciis ovatis multiseriali-

bus (unde forma subelliptica), inferne linea nigra circumscriptis, superne stromate proprio tectis, ostiolorum indole e. s. p.; ad summum analogæ sunt.

Obs. E speciebus numerosis tribus Hypophericorum centralis primum citantur optime *evolutæ*, superficiali-immersæ, dilatatæ, læves, peritheciis confertis regulariter demersis collo brevi (57—62, Glebosis proximæ); dein maxime *immersæ*, angustatæ, planiusculæ, læves, peritheciis stipatis, collo elongato, stromate denso tectis (63-70); porro *verrucaformes*, prominentes, rotundatæ, convexæ, rugosæ, peritheciis irregulariter stipatis, collo brevi, stromate tenui tectis (71-74; proximæ Geraceis) tandemque innato-immersæ, irregulares, subrugosæ vage circumscriptæ, peritheciis in stromate demersis, collis brevibus (75-78 ad Connascentes accedentes). — Nigredo pustulas *S. ferrugineæ* cingens, lignoque una cum *S. spinosa* &c. innascens cum nota tribus essentiali, linea nigra circumscribente, analogiam indicat. Cf. quoque *S. insidentem* inter Epiphericas (Trib. XIV.) *Linea circumscribens nigra oritur ex cortice l. conceptaculo stromatis, etiam in corticulis ligno semper intrante; hujus defectu sequens tribus facillime distinguitur.*

Trib. VII. VERSATILES.

Lignosæ. Schmidt l. c. Carnosæ Ejusd, pr. p.

CHAR. Stroma immersum, dein emergens, determinatum, sed cum matrice confluent, nulla linea nigra basi circumscriptum, lignoso-ceraceum, demum friabile, absque cortice proprio separabili. Perithecia verticalia, in ipso stromate irregulariter nidulantia, priorum tenuiora, collis distinctis rectis, primo inclusis, dein peritheciis emergentibus exsertis, sæpe in rostellis abeuntibus. Asci subcylindrici, mox soluti, sporidiis uniserialibus elliptico-globosis simplicibus. — *Subrotundæ, ellipticæ l. elongatæ; immerso-erumpentes h. e. perithecia (ligno l. cortice) immersa nascuntur, confluent & matricem in stroma ceraceum mutant; dein evoluta, stromate coniato, h. e. nullo conceptaculo proprio l. linea a ma-*

trice distincto, ægre erumpente, intra hoc ipsa emergunt, quare colla primo inclusa exseruntur & in in optime evolutis in rostella abeunt.

Tribus inter Hypophericas & Amphiphericas media; quo magis ad illas accedit, eo magis lignosum evadit stroma, quo magis lignosum evadit stroma eo magis erumpens & cito nigrescens; quo magis ceraceum eo magis immersum & pallescens *) persistit e. s. p. — In Hypophericorum serie exacte mediæ inter Lignosas & Concrecentes; tantum prima species ad Glebosas valde accedit. (Vide asterisca). Cavendum igitur, ne huc referantur Lignosæ (***) immaturæ v. c. *S. disciformis, rhytostoma* & hujus status juveniles inter Concrecentes relinquuntur. Quamvis perithecia tenuia & primo pallida ab Hypocreis valde distant, & ad Cytisporarum naturam potius accedunt.

79. *S. scabrosa*, emergenti-superficialis, nigricans, tuberculis subrotundis stipatis in crustam latam confluentibus, ostiolis conicis aspera.

Hypoxylon scabrosum. *Bull. Champ. p. 179. t. 468. f. 5.*
S. scabrosa. Des. Fr. 2. p. 288. S. tuberculata
Schum.! Sæll. p. 163.

Crustam sistit late effusam, rigidam; primo subcontiguam, mox vero tota superficies rimosa, tuberculosa; tuberculis subrotundis, difformibus, prominulis, stipatis, ostiolis pluribus lævibus obtusis undique prominulis scabra. Color junior extus ferrugineo-nigricans, intus albidus, dein extus intusque niger, opacus. Perithecia in tuberculis absque ordine & leviter immersa, globosa, minuta, collo brevi. *Ad ligna duriora, præcipue quercina. Perennis.* (v. v.)

80. *S. Podoidee*, liberato-erumpens, prominens, rigida, verrucæformis, nigra, ostiolis subspinulosis brevibus.

*) Nam, ex idea, Lignosæ nigræ; Ceracæ pallidæ.
 Cfr. trib. XI.

Pers.! syn. p. 22. excl. syn.

Est præcedentis varietas per corticem erumpens, conferta, inæqualis, non confluens, lineam lata & crassa, intus albida, demum nigrescens. Ostiola distantia, ad latera plerumque erumpentia, subinde obsoleta. *Ad truncos quercinos, etiam America.* (v. v.)

80. *S. irregularis*, erumpens, prominens, irregularis, fusco-nigrescens, intus rufescenti-fusca, ostioliis latentibus.

S. irregularis, *Sowerb.* t. 374. f. 9.

Tubercula distincta, pulvinata, inæqualia, 2—3 lin. lata. Perithecia globosa, in substantia irregulariter dispersa, absque collis exsertis. *In lignis Angliæ.* (v. ic.)

** 81. *S. friabilis*, erumpens, subrotunda, rugosa, opaca, atra, intus albida friabilis, ostioliis latentibus.

Pers.! syn. p. 24.

Valde prominens, orbicularis l. elliptica, 1—2 lin. lata, convexa aut disco depressa, subplicata; intus pallescenti-alba. In nostro specimine perithecia valde imperfecta, sed basis obsolete circumscripta. *Rarior ad ramos salicinos & quercinos in Europa; frequens dicitur in America in Ilice Prinoide & Viburno prunifolio.* (v. s.)

82. *S. sordida*, erumpens, subrotunda, rugosa, sordide nigra, substantia molliuscula fuscescenti-cinerea, disco depresso, ostioliis latentibus.

Pers.! syn. p. 25. *Fr. V. A. H.* 1816. p. 149. excl. var.

“Magnitudine varia, a lin. 1 ad 2 lata, epidermide cingente privata subcylindrica apparet. Discus parum rugosus. Ostiola nunc obsolete prominent, nunc desunt. Substantia interna molliuscula, nunc virescente-cinerea, ut plurimum fuscescens”.

Rarius ad ramos fraxineos, alneos, quercinos &c.
(v. v.)

β. *S. Cratægi*, subrotunda, rugosa, substantia virescente cinerea, gelatina rubra. *Pers. l. c.* (v. v.)

Species antecedens cum plurimis analogis sæpe, sed semper parcissime mihi obvia, ut claram ideam de illarum natura & affinitate non acceperim. Lignosas immaturas referunt, sed adesse videtur affinitas major cum *Cytisporis* & *S. Epiphericis* v. c. *S. melogramma*, quercum e. s. p. Novas omisi. Ulteriori examine indigent.

83. *S. compar*, erumpens, orbicularis, plana, extus intusque atra, ostiolis convexis superficialibus umbilicatis.

Stroma subinnatum, fusciscenti-nigrum. Perithecia subcellulosa, pauca, immersa, majuscula, difformia, intus albida. Ostiola superficialia, *S. virgultorum* haud absimilia. Facillime e ramis delabitur remanente tantum foveola. *In ramis betulinis Kamtschatkæ. Wormsk.* (v. s.)

84. *S. quercina*, erumpens, suborbicularis, convexa, nigrescens, intus subconcolor, ostiolis prominulis quadrigenis.

S. quercina. Pers. disp. meth. p. 2. Syn. p. 24. t. 1. f. 7. b. A. S. p. 11. Nees Syst. f. 321. A. Fries in V. A. H. 1816. p. 148.

b. *S. lignea. Pers. syn. p. 26. A. S. l. c.*

Junior minor fuligineo-pallescent, pro more ceracea, dein nigrescit. Stroma adest proprium, non vere circumscriptum. Ostiola primum latent, demum, Personio teste, ad lineam dimidiam elongantur. Forsan latent plures species sub hoc nomine. *In ramis quercinis passim; Americæ frequentissima. Aut. — vere.* (v. v.)

85. *S. lanciformis*, transversim erumpens, lanciformis, convexa, atra, intus e cinereo-nigricans, ostiolis demum prominulis.

S. quercina β. A. S. p. 11. S. Betulæ. Schum.! Sæll. 2, p. 171. ex icone. S. cincta, Dec.! Fr. 6.

p. 119. *S. lanciformis*. *Fries Obs.* 2. p. 324. *V. A.*
H. 1816. p. 150. (Scl. exs. 75.)

Eximie distincta, constanter lanciformis, immersa, sublibera, minime vero ad lignum penetrans l. circumscripta, disco tantum erumpente convexo angustato. Perithecia pauca (3 — 6) tenuia, majuscula, globosa, in ipso stromate proprio primo griseo, dein olivaceo-nigro, nidulantia. Ostiola primo latent. Equidem subrotunda nec distincte angulata vidi. In multis cum Amphiphericis liberatis convenit. *Ad cortices betulinos, copiosissime, aut. — vere.* (v. v.)

*** 86. *S. ferruginea*, transversim erumpens, subrotunda, inæqualis, nigra, stromate pulverulento ferrugineo, ostiolis aggregatis teretibus spinulosis.

a. ostiolis longis gracilibus rostellatis. *S. ferruginea*. *Pers. syn.* p. 35. *Obs. Myc.* 1. p. 66. t. 5. f. 1, 2. *A. S.* p. 12. *Schmidt Myc. Heft.* 2. t. 1. f. 12. *Fries V. A. H.* 1817. p. 84. (Scler. exs. n. 305. *Moug. & Nest.!* Cr. n. 377.)

b. ostiolis brevibus, obtusis, distantibus. *Schum. Scell.* 2. p. 160. *Nees syst.* f. 321. c.

Stromate fulvoferrugineo, dein obscuriore facillime dignoscitur; forma ceterum subrotunda l. oblonga varia; scabrosa. Perithecia ovata, aggregata, minime circinantia, passim polysticha, stromate immixta, collis plus minus longis. Ostiola lævia, valde variant, nunc fere obsoleta, nunc longissima tenuia flexuosa, æqualia. Obsolete circumscripta est, sed ad hanc tribum multa revocant. *Ad truncos emortuos Coryli, Populi, Sorbi, Betulæ albæ &c. a. prope terram. b. in ramissicioribus l. lignis denudatis; etiam Americæ. Per annum.* (v. v.)

87. *S. aristata*, transversim erumpens, oblonga, inæqualis, nigra, intus candida, ostiolis rostellatis tenuissimis divergentibus lævibus.

Oblonga, varia, 2—4 lin. lata, plana, sed superficies tuberculosa opaca atra. Perithecia mono-

l. disticha, majuscula, subglobosa, demersa, stromate crassiusculo candido cum cortice interiori omnino connato obtecta. Rostella distantia, divergentia, teretia, æqualia, longa, sed facile diffracta. Habitus exacte *S. undulata*, sed nullo modo circumscripta, quod illa evidentissime. *In ramis exsiccatis Betulae nance in Norvegiæ subalpinis, æstate.* Schubert. (v. s.)

88. *S. Ceratosperma*, erumpens, subrotunda, convexa, nigra, intus albido-fuscenscens, ostiolis spinulosis confertis rectis scabris.

C. Ceratosperma. *Tod. Meckl. 2. p. 53. t. 17. f. 131.*
Pers. syn. p. 23. (Moug. & Nest. ! *Gr. exs. n. 567.*)
b. farcta. Tod. l. c.

Tuberculiformis, 2 lin. lata, cortice sæpe stellatim fisso erumpens, subprominens, opaca, sordide nigra, stromate molliusculo, minus tenaci, pallide fuscescente. Perithecia globosa, irregulariter immersa, collis longis. Rostella brevia, conferta, rudia, minus distincta. *Ad ramos Rosarum, Quercus &c. Vere — aut.* (v. v.)

89. *S. Hystrix*, transversim erumpens, depressa, ovalis, planiuscula, nigra, intus fuscenscens, rostellis distantibus lævibus, superne subincrassatis.

S. Hystrix. *Tod. l. c. f. 127.*

Præcedente minor, tenuior, lineam lata, stromate proprio tenuissimo nigro; interius enim a cl. Tode cinereo-rubens dictum omnino corticale. Perithecia globosa, monosticha, leviter immersa, quare colla brevia; rostella autem longissima, rudia, subdivergentia. Cum variis v. c. *S. pulchella, platanoide &c.* confusa fuit. *In ramis deciduis Aceris &c. varior. Aut.* (v. s.)

90. *S. versatilis*, transversim erumpens, prominens, oblonga, inæquabilis, nigra, stromate corticali, ostiolis conicis.

Ceratospermum &c. n. 2. Mich. gen. p. 125. t. 56.
f. 1. optime ex habitu; sed fig. aucta erronea.

Similis sequenti, sed magis prominet, convexa; perithecia in tuberculo corticali collecta, superficies quasi rugulosa & ostiolorum forma admodum diversa. Hæc rarissime elongantur & divergunt; lunulata vero, qualia pinxit Micheli, in natura nullibi occurrunt. *Ad ramos Coryli emortuos, perennis.* (v. v.)

91. *S. Strumella*, transversim erumpens, depressa, elliptica, planiuscula, nigra, stromate corticali, ostiolis cylindricis lævibus.

Fries V. A. H. 1817. p. 101. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 47. *S. olivacea?* *Ehrenb.!* *Silv. Myc. Ber.* p. 16. (Scl. Suec. exs. n. 115.)

Perithecia numerosa, globosa, admodum conferta, in orbem disposita, quare pro Circinata habita, in cortice interiori nidulantia; facta intus nigra, evacuata tapetio candido cincta. Tuberculum admodum depressum, ellipticum l. lineare, læve, opacum. Ostiola erumpentia, distantia l. conferta, obtusa, lævia, nitida, cylindrica, plerumque brevia, sed locis humidis longa, rostellata, subtorta. *In ramis exsiccatis Ribis rubri, nigri, Grossulariæ, etiam Americanis in horto cultis, abunde. Perennis.* (v. v.)

Obs. *S. tentaculata.* *Batsch. Cont.* 1. f. 183, species jam vaga, melius cum hujus forma rostellata, quam cum *S. Carpini* convenit.

92. *S. leprosa*, immersa, peritheciis paucis in cortice nidulantibus, collis rectis stromate albo conjunctis, disco minuto erumpente, ostiolis minimis.

S. leprosa. *Pers.!* *ined.*

Primo obtutu non potest non ad Circinatas referri, sed affinitas summa cum duabus præcedentibus omnesque characteres hujus tribus. Perithecia globosa, erecta, priorum triplo majora, irregulariter stipata & sæpe disticha, sed pauca in quovis individuo; evacuata intus atra; collis longiuscu-

lis stroma perforantibus proprium. Discus subellipticus, $\frac{1}{2}$ lin. latus, depressus, cortice rupto cingente superatus, opacus. Ostiola oculis bene armatis tantum observantur, ut puncta minima, convexa, lævia, nitida. *In cortice tiliaceo emortuo.* (v. s.)

**** 93. *S. insitiva*, longitudinaliter immersa, elongata, alba, stromate fuscescente, ostiolis prominentibus subglobosis nigris.

S. insitiva. *Tod. Meekl.* 2. p. 36. t. 13. f. 108. *Dec. Fr.* 6. p. 118. *A. S.* p. 9. *Fries V. A. H.* p. 144. (minime *Mart. Erlang.*)

Nunc brevis interrupta elliptica, nunc in series longas lineari-acuminatas nascitur. Stroma perithecia cingens pallidum, non circumscriptum, demum fuscescens, secedente cortice furfuraceo-albo. Perithecia sat copiosa, seriato-erecta, globosa, minima, nigricantia, collis brevibus; ostiola variant elongata. Est *S. virgultorum* hujus seriei. *In rinis sarmentorum Vitis, vere.* (v. v.)

94. *S. Juniperi*, erumpens, oblonga, peritheciis globosis ostiolisque prominentibus nigris, furfure albo tectis.

Brevis, 2 lin. longa, determinata, peritheciis basi omnino connatis, nullo stromate insidentibus, minutis, pulvere albido obrutis, ita vero ut color niger transluceat. Cum *S. confluente* *Tod.* vix commutanda. *In pagina interiore corticis Juniperi ad terram dejecti.* (v. v.)

95.? *S. dispar*, longitudinaliter erumpens, difformis, confluens, nigra, intus concolor, peritheciis immersis pallidis.

Verrucæ plures seriatim erumpunt, ut in *S. melogramma*, cui revera affinis, confluunt, rugulosæ, vix lineam latæ. Perithecia majuscula, aggregata, cellulæformia, supra subtusque stromate tecta, quod vero ex ipsis peritheciis connatis ortum vide-

tur. Ostiola latent. Status perfectior inquirendus! *In cortice Taxi, detexit Cel. Mougeot. (v. s.)*

Ultima subdivisio (**** Sph. innato-immerso-erumpentes) ad Sph. immerso-erumpenti-innatas (vide Trib. XIV) prope accedunt & *S. melogrammam, Quercuum etc.* ex habitu huc omnino referres.

96. *S. verrucella*, minima, epidermide stellatim rupta tecta, extus intusque atra, peritheciis paucis immersis intus albis.

Minima in hac tribu; nudo oculo tantummodo observantur rimæ transversales l. stellatæ, minimæ, quæ obtegunt perithecia 2—3 perexigua, fuligineo-nigricantia, confluentia, fere absque substantia propria, ostioliis nullis distinctis. *In cortice Alni incanæ, Petropoli. Weinmann. (v. s.)*

Species inquirendæ :

1. *S. coarctata. Schum.!* *Sæll. 2. p. 171.* (e descript. *S. lanciformis* varietas.)
2. *S. Castaneæ Scheich.!* (transversim erumpens, carneopallida — immatura lecta.)
3. *S. purpurascens Dec. Flore Fr. 2. p. 118.* (locavit inter *S. Pini* & *insitivam*) maxime memorabilis, sed locus mihi dubius. Crescit in plagas transversales supra ligna denudata, supra quas observantur pustulæ planæ, leviter carnosæ, sordide purpureæ, rotundatæ, 3-4 lin. latæ, sæpe confluentes & punctis exiguis nigris punctatæ. Perithecia ovalia, nigra, in collum attenuata &c. *In Ceraso Aprili.*

Trib. VIII. CONCRESCENTES.

Monostichæ. *Pers. ad part. Lignosæ. Schmidt ad p. S. Concrecentes. Fries in Myc. Heft. 2. p. 33.*

CHAR. Stroma tenue, effusum, indeterminatum, numquam circumscriptum, innatum, nec erumpens, e matrice l. peritheciis connatis formatum. Perithecia subglobosa, verticalia, irregulariter aggregata, primo solitaria, dein concrecentia emergentia, atra, in collum breve rectum attenuata, osti-

olis erumpentibus solitariis. Discus erumpens nullus. *Irregulares, varicæ, innato-erumpentes* h. e. in ligno l. cortice interiori conferta nascuntur perithecia emergentia, sed stroma innatum manet, quare etiam ligno l. epidermide tectæ manent; sed a matrice separari possunt.

Analogæ sunt *S. nummylaria* inter Glebosas, *S. uda, immersa* &c. e Lignosis, *S. verrucella* plurimæque inter Versatiles; sed notis datis distinguuntur. In hac tribu *S. discincola* ad Glebosas, *S. lejoplaca* ad Lignosas, *S. Viburni* &c. ad Versatiles præcipue abeunt, *S. Connatæ* analogæ, sed non affines!

* 97. *S. discincola*, emerso-superficialis, peritheciis globosis confertis nigris truncato-annulatis, furfure cinereo-albo obrutis.

S. discincola. Schwein! n. 65.

Irregularis, subrotunda, rugosa, stromate tenui nigro in ligno profunde penetrans. Perithecia sparsa, majuscula, urceolata, ore minuto orbiculari contractato, apice aperta, sed ex massa farinacea (papilla insititia) obturata. A *S. lutea* videtur admodum diversa. *In truncorum cæsorum Mali disco, Carolina, raro. (v. s.)*

98. *S. spinosa*, latissime effusa, emergens, aterrima, peritheciis connascentibus, ostiolis spinosis crassis quadrigonis sulcatis.

Sph. spinosa. Pers! syn. p. 54. t. 2. f. 9. A. S. p. 17. Schum.! Scell. 2. p. 162. Fries V. A. H. 1816. p. 156. (Scler. Suec. III. Schleich! Cr. exs. n. 180. Moug! & Nestl. n. 376.)

Latissima, indeterminata, lignum atro inquinans; junior immersa, scabrosa, villosa, rugosa, peritheciis subliberis, crusta tenui tectis; adulta subemersa, ostiolis validis prominentibus, pyramidatis l. irregularibus semper rugosis insignis. Perithecia ovato-globosa, crustula junctæ, majuscula. *Ad ligna putrescentia varia, in diversis terræ plagis reperta.*

v. c. *Fagi, Populi, Quercus, Aceris* &c. frequens. Per annum. (v. v.)

Obs. *S. penicillosa* Schwein! Car. n. 47. *S. horrida* I. c. ! n. 85. & *S. limæformis* I. c. ! n. 86 vere hujus formæ e loco & ætate diversæ. Supra cortices *Fagi* legi crustam atram, tuberculis gyrosis pallidis, quæ ad hanc speciem quoque spectat. Icon *Fl. Dan. t. 1311. f. 2.* vere hujus loci, sed nimis erronea ostiolis teretibus lævibus &c.

99. *S. spiculosa*, subeffusa, immersa, atra, peritheciis globosis, ostiolis erumpentibus longis teretibus tenuissimis.

Pers.! syn. p. 35. ex herb. Kunz. *A. S. p. 16.* *Fries V. A. H. 1816. p. 155.*

Ramuli, quibus innascitur, colore nigro maculæformi inquinati. Perithecia immersa, aggregata, sparsave, globosa, minora, stromate proprio vix ullo. Ostiola longitudine & forma varia, subdecumbentia, inæqualia. Ad *** prope accedit. *Ad ramos & ligna Sambuci, salicina* &c. ravior. Vere. (v. v.)

100. *S. lata*, late effusa, emergens, contigua, inæquabilis, peritheciis confertis ligno immersis, stromate tenui nigro tectis, ostiolis prominulis conicis.

S. papillata. Hoffm. *Veg. Crypt. 1. p. 19. t. 4. f. 3.*
S. fuliginosa. Sowerb. t. 373. f. 9. *S. lata.* *Pers.!*
 syn. p. 29. *Obs. Myc. 1. p. 66.* *A. S. p. 12.* *Dec. Fr. 6. p. 121.* *Fries V. A. H. 1817. p. 81.* (*Scl. Suec. n. 112, a. Moug. Cr. exs. n. 568.*)

Species admodum varia, cum *S. stigmatæ* analogæ, sed ut illa cortici, hæc ligno immersa; ceterum contigua, nuda, e peritheciis emergentibus demum tuberculosa, stromate tenui tantum tecta. Sæpius longissime & ambiente effusa, 3 — 4 unc. longa, immo pedalis, indeterminata, sed etiam brevis interrupta. Perithecia ovato-globosa, subdistincta, intus albida. *Ad ramos & ligna arida, raro supra cortices, frequens; etiam Americæ.* Per annum. (v. v.)

β. *polycocca*, ostiolis 4 — 8-coccis.

S. fragifera. *Tod. Meckl.* 2. p. 55. f. 132. *S. lata*.
Nees! syst. f. 320.

Cum vulgari, cujus status magis perfectus videtur, (v. v.)

101. *S. maura*, effusa, immersa, contigua, nigra, peritheciis sparsis profunde immersis, ostiolis hemisphæricis lævibus subdepressis.

S. maura. *Fries in V. A. H.* 1818. p. 101. *Kunz. Myc. Heft. 2. p. 50.* *S. lata glebulosa. Pers.! ined.*
(Schmidt & Kunz.! exs. n. 128.)

A priori bene diversa, magis *S. eutypæ* &c. affinis. Late effusa, indeterminata, lævigata. lignum non emergendo elevans; sed hoc non solum in superficie, sed & intus nigrefaciens & in stroma pulveraceum mutans. Perithecia globosa, multo altius, quam prioris immersa, quare colla triplo fere longiora. Ostiola depresso-superficialia, inæqualia, distincta, sed crusta cohærentia. *In lignis putridis vetustis, vere.* (v. v.)

** 102. *S. lejoplaca*, emergens, interrupta, lævis, nigra, intus concolor, peritheciis stipatis, ostiolis minimis demum umbilicatis.

(*Scl. Suec. n. 112. b. Sph. latæ var.*)

Maculas sistit minores, elongatas, sed interruptas, forma varias, sed superficie læves, opacas, cum ligno nigrefacto parum elevatas. Perithecia in stromate proprio quasi stipata, globosa, minora. Ostiola in superficie depressa, punctiformia. A *S. lata* diversa, eademque ac *S. picea* *Sowerb. t. 374. f. 5.* videtur. *Ad ligna lævigata molliora v. c. ramos acerrinos. Vere — aut.* (v. v.)

103. *S. milliaria*, late effusa, emergens, ligno elevato immutato tecta, unde cinerea, peritheciis globosis confertis, ostiolis subglobosis distinctis nigris.

Fries, V. A. H. 1817. p. 82. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 36. (Scler. Suec. n. 113.)

S. latæ & mauræ affinis, sed habitus magis compositus, præcipue cum perithecia adulta (intus albida) concrescunt & ligni latas plagas elevant, nec atroinquant, nec adest stroma proprium. Ostiola superficialia, regulariter sparsa, lævia, demum umbilicata rugosa; perithecia superficialia referunt. *In ligno vetusto pineo, fagineo &c. frequens. Perennis.* (v. v.)

104. *S. decipiens*, effusa, peritheciis ovato-oblongis immersis cortice cinereo-nigrescente tectis, ostiolis hemisphæricis excavatis rugosis.

S. decipiens. Dec. ! Fr. 2. p. 285.

Simillima præcedenti, sed perithecia ovato-oblonga, profundius demersa intus atra, colla longiora, ostiolis confertioribus magis depressis & rugosis, lignum atro-inquantibus; etiam loco natali. *In cortice truncorum Carpini innata.* (v. s. in herb. Kunz.)

105. *S. subcutanea*, effusa, tecta, emergens, peritheciis in stromate fuliginoso-atro nidulantibus, ostiolis prominulis convexis distantibus.

S. subcutanea. Wahl. ! Lapp. p. 520.

Typus tribus. Tumores sistit usque ad pollicem latos, sed sæpius infra, determinatos fere, supra corticem interiorem nidulantes, superne cum epidermide vix mutata connata; habitu fere *S. undulatæ*. Stroma crassiusculum, fuscum, non circumscriptum. Perithecia subglobosa, erecta, in centro confertiora & fere polysticha, ostiolis majusculis æqualiter distantibus. *Sub epidermide ramorum Salicis Phyllicæfoliæ per omnem Lapponiam.* (v. s.)

106. *S. infernalis*, tecta, subemergens, stromate effuso floccoso-furfuraceo fusco-nigro obvolvente perithecia globosa tenuia collabescentia, ostiolis obsoletis.

S. infernalis. Kunz. ! *in litt.*

Media inter priorem & *S. floccosam* c. affin. Nascitur supra corticem internam, nec huic immersa, epidermide bullato-prominente tecta, indeterminata. Perithecia majuscula, gregaria, valde tenuia, absque ostioliis distinctis, tamen epidermidem perforant, quæ inde luci obversa minute pertusa. *Ad ramos quercinos Lipsiæ.* (v. s.)

107. *S. Viburni.* tecta, bullata, stromate indeterminato candido, peritheciis immersis confertis, ostioliis prominulis punctiformibus.

S. Viburni. Schwein. ! l. c. n. 58.

Nascitur supra corticem internam, epidermide lutescente bullata tecta, (in herb. Kunz. vidi erumpentem), verruciformis, sed $\frac{1}{2}$ unc. usque lata. Stroma crassiusculum, album, subfriabile, in quo nidulantur perithecia majuscula nigra, intus albicantia. *Passim in ramis Viburni Prunifoliæ.* (v. s.)

108. *S. Diospyri.* tecta, emersa, verruciformis, stromate corticali, peritheciis subepiphericis sparsis, ostioliis obsolete.

S. Diospyri. Schwein. ! l. c. n. 57.

Pustulæ prominentes, difformes, 2 lin. latæ, epidermide tectæ, demum e gelatina atroinquinatæ, indeque erumpenti-nudæ apparent. Perithecia minuta, globosa, monosticha, collo brevi, nam supra tuberculum innatum collocata, ob epidermidem tegentem fere peripherica, ostioliis minutis obsolete prominulis, demum perforatis pulverulentis inquinantibus. Stroma fuscum. *In ramis mortuis Diospyri Carolinæ passim.* (v. s.)

109. *S. Viticola.* tecta, emersa, in series parallelas crescens fusco-nigra, stromate brunneo, peritheciis paucis globosis, ostioliis latentibus.

S. viticola. Schwein. ! Car. n. 64.

Series sparse, cum epidermide assurgente prominentes, non vero erumpentes. Perithecia magna, globosa, crassa, rariora. 1-3 in singula verruca, stromate brunneo splendente cincta. *In ramis emortuis Vitis rotundifoliae.* (v. s.)

*** 110. *S. fimeti*, crustacea, immersa, nigra, peritheciis oblongis connascentibus, ostioliis elongatis conicis emergentibus.

S. fimeti. Pers. syn. p. 64. A. S. p. 33. Fries V. A. H. 1818. p. 100. (Scl. Suec. exs. n. 269.)

Late & interrupte effusa, primo tota fimo immersa, dein emergens, peritheciis confertis, ostioliis crassiusculis subobliquis. Gelatina copiosa nigra. Varietas duplex: a) *equina*, crusta tenui, casio-cinerea. b) *vaccina*, crusta crassiore nigra. *In fimo vaccino, equino &c. etiam Americæ. Aut. hieme.* (v. v.)

Obs. Fungi fimicolæ lignicolis semper proxime affines. Analoga cum *S. coprophila* n. 42, a qua differt ut sequens a n. 43, 113 a 44, 114 a 45, 128 a 46 e. s. p.

111. *S. lineata*, immersa, nigra, peritheciis globosis, in seriem simplicem confluentibus, ostioliis prominulis distantibus ex ovato-subteretibus rugosis.

A. S. p. 30. t. 11. f. 6. Fries V. A. H. 1817. p. 32.

Perithecia in series simplicissimas, elongatas, sæpe interruptas, rectilineas disposita, rarissime solitaria, exoleta submersa. Ostiola magna, Sphariam superficialelem simplicem referunt, lineatim disposita, sed inter se omnino distincta, rugosa, opaca, forma varia. *In asseribus pineis, rarior. Vere — æst.* (v. s.)

112. *S. parallela*, immersa, nigra, peritheciis globosis in cæspites seriatim dispositos conglomerata, ostioliis prominulis stipatis globosis lævibus.

S. uda. Schum.! Scell. 2. 161. nec Pers. *S. parallela.* Fries V. A. H. 1816. p. 155. (Scl. Suec. exs. n. 3.)

Præcedenti affinis, secundum rimas ligni etiam in series parallelas interruptas disposita, sed non ita simplices, nam perithecia magis aggregata, minora; demum emersa circumscissa. Ostiola prioris multoties minora, in cæspitulum nitidum conglomerata, poro pertusa. *In ligno decorticato putrido pineo, Stictis parallelæ comes. Per annum. (v. v.)*

113. *S. æquilinearis*, tecta, immersa, stromate elongato-lineari fuliginoso, peritheciis interrupte aggregatis subcircinantibus, ostioliis prominulis confertis rugosis.

Schwein. ! l. c. n. 116.

Stroma ejusdem indolis ac in *S. subcutanea* & *infernali*, sed in series longas parallelas, vix lineam latas, corticis rimas sequentes nascitur, demersum, inter singulam perithecorum gregem constrictum, quasi moniliforme. Perithecia globosa, atra, 4-6 collecta in greges in simplici linea seriatas, distantes. Ostiola singulæ gregis admodum conferta, globosa, subprominentia, papillata, aterrima. Accedit ad *S. Circinatas*. *In ramis emortuis Berberidis in Carolina. (v. 6.)*

114. *S. oppansa*, tecta, effusa, peritheciis sparsis subcircinantibus tenuibus nigris, crusta membranacea pallida junctis, ostioliis erumpentibus.

Fries in V. A. H. 1817. p. 156. Obs. Myc. 2. p. 326.

Crusta videtur a gelatina formata. Perithecia solitaria l. irregulariter circinantia facile collapsa. A *S. lata* differt perithecorum indole & crustæ colore. *Sub arborum cortice, rarissima. (v. v.)*

115. *S. pannosa*, nuda, peritheciis gregariis nigris, crusta pannosa effusa luteo-sulphurea tectis, ostioliis irregularibus.

S. pannosa. Schwein. ! l. c. n. 172.

Byssisedis affinis, sed perithecia numquam superficialia, quare in hac tribu locanda. Tomentum

sulphureum dense contextum, lævigatum, ad 2—3 pedes ligna obtegit; sæpe sterile invenitur. Sub hoc nidulantur perithecia majuscula libera, primo ligno immersa, dein emersa tomentum elevant & variolosum reddunt. Ostiola nigra. *Sub truncis putridis Carolinæ.* (v. s.)

116. *S. floccosa*, tecta, peritheciis sparsis globosis tenuibus nigris, tomento effuso araneoso purpurascente cinctis.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 38.

Indeterminata, subsimplex, sed perithecia ipsa glabra, lævia, pusilla, collabescentia, ostiolis tenuissimis epidermidem perforantibus, quare hac avulsa astoma. Cum priori paulo abnormis in hac tribu, sed ob perithecia semper tecta & collo instructa ad Byssisedas non referenda. *Sub epidermide ramorum emortuorum Sambuci, rara. Autumnno.* (v. v.)

*** 117. *S. velata*, late effusa, tenuis, peritheciis immersis sparsis, crusta membranacea atra tectis, ostiolis erumpentibus.

S. velata, Pers. l. syn. p. 32. (Fr. Scl. Suec. n. 225.)

b. *S. emersa, Sowerb. t. 373. f. 10. S. epithallina. Fries V. A. H. 1816. p. 156.*

Ramos ambit, cortici interiori innata; epidermidem ostiolis perforans, demum excutiens. Perithecia minuta, erecta, ovato-globosa, nunc solitaria, nunc irregulariter aggregata, vix circinantia, minime stipata, in ipso cortice nidulantia; stromate tenuissimo maculæformi tecta, e peritheciis prominulis tuberculosa, ostiolis erumpentibus, difformibus, opacis. *S. latæ analogæ species. In ramis dejectis Tiliæ, non ubique. Aut. — vere. (v. v.)*

Affines fungos Nobb. de Schweiniz ad ramos Berberidis Carolinæ, & Wormskjold in Betulæ tristis Kamtschatkæ collegerunt. Ceterum valde diversæ stirpes sub hoc nomine venduntur.

118. *S. ligniota*, tecta, immersa, peritheciis stromate fuliginoso tectis, ostiolis erumpentibus depressis subtuberculosis.

S. subcutaneæ non absimilis, sed plagas elevatas non format. Perithecia globosa, valde obscura & stromate concoloria, quare nudis oculis in conspectum non veniunt, tenuia, parte inferiori in cortice demersa, superiore stromate floccoso-furfuraceo obtecta; intus evacuata tantum vidi; collis brevissimis, sed ostiola admodum distincta, in superficie corticis prominula, depressa, subrotunda, tuberculosa, nitidula. *In cortice Populi tremulæ*, Steuhammar. (v. s.)

119. *S. crustata*, effusa, atroinquinans, peritheciis immersis solitariis conglomeratisque, ostiolis prominentibus conico-cylindricis truncatis rugosis.

Præcedenti l. magis *S. spiculosæ* affinis, sed magis simplex. Epidermidem non solvit, sed cum cortice (ipso nempe duriori cum epidermide conato) in crustam concrevit, demumque atroinquinans, unde stromate tecta videtur. Rami, quibus innascitur, ob ostiola rigida valde prominentia tactu scaberrimi. *Ad ramos deciduos rarior; in Scandinæ & Lipsiæ* (Kunze) *reperta.* (v. v.)

120. *S. subtecta*, subtecta, peritheciis in greges laticas difformes turgidas aggregatis, stromate tenui nigro tectis, demum disco obtuso erumpentibus.

S. subtecta, Fries in Kunz. *Myc. Heft*, 2. p. 43.

Indeterminata, absque stromate proprio perithecia stipata cingente, cortice interiori immersa, atroinquinans. Perithecia magna, globosa, erecta, collis vix ullis; ostiola enim erumpentia obtusissima solitaria rugosa sunt discus ipsius perithecii. Media inter hanc tribum & XIV; analoga cum *S.*

subcutanea. *Sub epidermide ramorum emortuorum Aceris Pseudoplatani. Aut. — vere. (v. v.)*

121. *S. eunomia*, tecta, peritheciis aggregatis distinctis globosis, epidermidem determinate expallentibus, ostiolis erumpentibus brevibus.

In epidermide conspiciuntur maculæ parum elevatæ, irregulares, expallentes, punctis nigris convexis opacis pertusis, ac Verrucaria simplici, *regulariter* adpersæ. Hæc vero puncta sunt apices colorum perithecorum sub epidermide nidulantium. Perithecia semper immersa, tecta, majuscula, glabra, inter se omnino libera, sed stromate tenui pulverulento lutescente a cortice formato cincta, unde & ob formam subdeterminatam pro Composita habenda. *In ramis putridis Fraxini dejectis, aut. (v. v.)*

122. *S. Salicella*, tecta, peritheciis aggregatis distinctis exiguis, epidermidis plagas expallentibus, ostiolis erumpentibus cylindricis. (Scler. Suec. n. 188).

Primo obtutu non potest non pro *S. Simplici* haberi, sed antecedentibus maxime affinis & sistit maculas expallentes elongatas irregulares parum elevatas, sub qua nidulantur perithecia numerosissima, libera, passim stromate pulverulento albicante corticali cincta. A priori differt peritheciis 4plo minoribus, sparsis, ostiolis pluribus simul erumpentibus & supra corticem prominentibus, subrostellatis. *In ramis salicinis, frequens autumno. (v. v.)*

Ad Simples contigua serie abit hæc tribus. Cf. v. c. *S. latam* & *mauram* cum *S. anserina* & *eutypa*, *S. infernalem* cum *S. lanata* confluenta, *S. lineatam* cum *S. operculata*, *S. velatam* c. *Xylostei*, *S. salicellam* cum *S. pætula* e, s. p.

Trib. IX. CIRCUMSCRIPTÆ.

Pustulatæ *) pr. parte. *Pers. syn. p. 35. Schmidt l. c. p. 21. P. circumscriptæ. Friess V. A. H. 1817. p. 87. Sp. conniventes. Nees Syst. p. 301.*

CHAR. Stroma a matrice formatum, subrotundum, conceptaculo proprio nigro-ventricoso, basi adnato, apice integro coarctato inclusum, absque disco heterogeneo. Perithecia stomati immixta, irregulariter circinantia, aggregata, subpolysticha, in ambitu decumbentia, atra, collis longiusculis convergentibus in medio conceptaculi erumpentibus, confertis, demum umbilicatis. Asci breves, clavati, sporidiis septatis. *Minores, pustulæformes, superficiali — immersæ, i. e. cortici innascentes, basi ligno adnatæ, ab epidermide, quam perforant ostiola, discretæ.*

Characteres Amphiphericarum omnes e loco natali evidentissime pendent, l. si mavis e vegetatione *immersa*; nam ut cortici omnino *adnatæ* erumpere nequeunt. (Hinc *adnatæ* & *immersæ* promiscue dicuntur, ut causa & effectus). *Pustulatæ* vero semper basi ligno *adnatæ*, quare cortice secedente *superficiales* apparent. Analogia quoque ad *Pulvinatas* & *Glebosas* præcipue accedunt. Quando vero conceptaculum cum cortice omnino concrevit (etiam in junioribus) ut linea nigra circumscribens tantum apparet, nec pustulato-prominet.

123. *S. Sacculus*, lagenæformis, immersa, libera, fusco-nigra, peritheciis subperiphericis compressis atris, ostioliis in collum convergentibus.

S. Sacculus, Schwein! l. c. n. 26.

*) *Pustulatas* dicunt Auctores species omnes peritheciis tuberculo prominente inclusis adeoque huc referunt alias a cortice obvallatas, absque conceptaculo proprio, excluduntque non prominentes! quamvis undique *circumscriptæ*. Perperam. Acutis characteribus nostras *circumscriptissimus* tribus.

Forma & vegetatio plane ut in hac tribu, nec obstat perithecorum situs. Refert Sph. simplicem majorem, ostiolo elongato, lagenæformem, rugulosam, 2 lin. altam, $1\frac{1}{2}$ lin. latam, fibris corticis omnino obtectam, sed his ablatis libera est. Perithecia numerosa, flexuosa, compressa, quorum ostiola in collum coalescunt. *Sub cortice Bignonie radicantis in Carolina, sat frequens.* (v. s.)

Obs. S. Bignonie l. c. n. 25. etiam habitu ad hanc tribum accedit, sed immatura procul dubia lecta; sporidia enim nulla adsunt. Forsan sic dicta perithecia ostiola sunt, forsan alterius generis.

124. *S. gastrina*, ventricosa, erumpens, stromate corticali pallido, peritheciis succenturiatis, collis inclusis, disco planiusculo atro.

Species singularis, optime evoluta & ob discum, valde ceterum coarctatum, denudatum ostiola non exserit. Pustulæ orbiculares, pulvinatæ, 2 — 3 lin. latæ, cortici immersæ & juniores adnatæ, adultæ vero liberæ, disco erumpente subangulato; poris obsolete pertuso. Perithecia numerosa, globosa, irregulariter aggregata, varia; alia emersa, collis instructa, alia demersa, astoma. Cum *S. succenturiata*, analogæ & commutata. *In truncis Ulmi, Carpini &c. Aut. — vere.* (v. v.)

** 125. *S. scoparia*, demersa, oblonga, seriata, ostiolis confertis longissimis teretibus liberis lævibus.

S. scoparia. Schwein! l. c. n. 101.

Tubercula alte in fibras ligni penetrant, in series 1 — 3 unc. longas & ultra confluunt; erumpentia frustulis corticis sæpe tecta. Perithecia globosa, demersa, stipata, sed inter se libera, stromate tenui ligneo subcinereo. Ostiola tuberculo triplo longiora, exacte pilos scopæ referentia. *Rara in cortice Juglandis nigre in Carolina.* (v. s.)

126. *S. Prunastri*, lentiformis, stromate corticali, ostiolis elongatis confertis 4—6-gonis sulcatis subdivergentibus.

Pers. syn. p. 57. A. S. l. c. p. 17. Fries V, A. H. 1817. p. 85. (Scl. Suec. n. 226. Moug. ! & Nestl. Gr. n. 378.)

Transversim erumpens, forma nunc elliptica, nunc subrotunda; junior cortice interiori obtecta, tum stroma evidenter corticale & circumscriptum; adulta liberata, stromate cinereo-nigrescente. Perithecia numerosa, aggregata, nullo stromate albido tecta. *Ad ramos exsiccatos Pruni spinosæ, insititice, Cerasi & in Amer. boreali, serotinae. Per annum. (v. v.)*

- β. *Alni*, subglobosa, stromate pallido, ostiolis paucis maxime divergentibus.

Ostiola quoque breviora sunt. *In ramis Alni cordatæ in Kamtschatka. Wormsk. (v. s.)*

127. *S. Sorbi*, subrotunda, pulvinata, peritheciis stromate albido tectis, ostiolis stipatis longis sulcato-angulatis subconvergentibus.

S. Prunastri var. Sorbi, A. S. p. 13. S. coronata, Wahl. ! Lapp. p. 520. S. pentagona. Fries V. A. 1817. p. 88. & forte Pers. S. Sorbi. Schmidt ! Myc. Heft. p. 59. (Scler. Suec. n. 114.)

Antecedenti nimis affinis; forma elliptica & diametro et am latiori (1—4 lin.) occurrit, basis magis innata a corticis indole pendet. Perithecia numerosa, globosa, polysticha. Ostiola in crassum cylindrum fastigiata. Essentialis differentia, monente Schmidt, in ascis tenuioribus filiformibus, sporidiis ovatis exiguis; qui in priori cylindrici, crassi, sporidiis 8—10 magnis referti. *In ramis exsiccatis Sorbi; etiam Padi in Lapponia. Per annum. (v. v.)*

128. *S. stellulata*, subrotunda, immersa, stromate albo circumscripto, ostiolis ovato-globosis brevibus radiato-stellatis,

Minor, cortici interiori primo innata, stromate corticali albefacto. Ostiola pro more in medio erumpentia, primo punctiformia, lævia, adulta vero 4 — 6 gona, in discum convexum stipata. Perithecia minuta, globosa. *Ad ramos siccos Ulmi. Aut. — vere. (v. v.)*

129. *S. enteroleuca*, orbicularis, convexa, libera, stromate albo, peritheciis exiguis, ostioliis confertis liberis globosis rostellatisque subrugosis.

Variolaria *Ceratosperma*. *Bull. Champ. p. 184. t. 432. f. 1. S. Cerat. Dec. Fr. 2. p. 293. ex syn.*

Conceptaculum crustaceum, rugosum, subliberum, Pisi circiter magnitudine. Perithecia minuta, subglobosa, numerosa, stromate albo irregulariter immixta. Ostiola nunc subrotunda, sæpe brevia cylindrica, etiam elongata tentaculata. *In ramis exsiccatis per annum. (v. v.)*

Obs. Ex hac regione *S. tentaculata* Sowerb. t. 120; sed analysis omnis desideratur, quare citari nequit.

130. *S. extensa*, convexa, basi latissime crustaceo-dilatata, stromate fibroso, peritheciis ovatis, ostioliis confertis liberis oblongis lævibus.

Fr. Obs. 1. p. 175. t. 3. f. 2. V. A. H. 1817. p. 88.

Intra epidermidem & lignum adest crusta nigra, latissime ambiente effusa, fibris corticis intertexta, plura specimina jungens. Conceptaculum transversim erumpens, subliberum, rugosum. Perithecia 10 circiter, prioris majora, irregularia, intus albida. Ostiola discoidea, primo globosa, demum umbilicata. *In ramis exsiccatis. Acharius. (v. s.)*

*** 131. *S. anomia*, convexo-diformis, libera, rugosa, stromate ligneo cinereo-nigricante, ostioliis exsertis distantibus magnis lævibus.

S. irregularis, Dec. ! Fr. 6. p. 116. nec Sowerb.

Subiculum adest fere ut in præcedente, latissime effusum, lignum intrans, cui insident pustulæ

difformes, passim confluentes, absque centro regulari, quare ostiola vertice irregulariter & sparsa erumpunt. Perithecia magna, ovata, pauciora, conferta, erectiuscula, basi fere in ligno demersa. Similis *S. Podoidi*. In ramis *Robiniae Pseud-Acaciae* in Gallia. (v. s.)

132. *S. monadelpa*, lentiformis, libera, basi adnata, stromate cinereo-nigro, ostiolis exsertis stipatis in discum convexum connexis.

Hæc & sequentes a cortice mox liberæ, quare in ramis decorticatis nudæ sæpius reperiuntur. Perithecia 5—7, circa centrale circinantia, cum stromate proprio arcte inclusa, collis brevibus, ostiolis confertissimis brevibus in nodum quasi collectis. Supra ligna denudata variat effusa ostiolis distinctis. *Ad ramos, rarior.* (v. s.)

133. *S. Syngenesia*, conica, libera, basi adnata, stromate cinereo-nigricante, ostiolis exsertis in corpus corrugatum deciduum connatis.

S. tumida. Vulgo, nec *Pers.* *S. Syngenesia.* *Fries* *Obs.* 2. p. 323. t. 7. f. 1. *V. A. H.* 1817. p. 86.

Præcedenti minus affinis; sæpius in ramis decorticatis libera occurrit. Conceptaculum concentricè striatum, apice coarctatum ostiolisque deciduis albo-umbilicatum. Perithecia subquina, globosa, immersa. *Ad ramos exsiccatos. Per annum.* (v. v.)

134. *S. detrusa*, conica, stromate læte luteo ligno immerso, supra conceptaculo cincto, ostiolis conjunctis umbilicatis.

Fries in Myc. Heft. 2. p. 43. (*Sci. Suec.* n. 6.)

Inferne absque conceptaculo, a cortice tegente discreta, quare illo deciduo nuda persistit. Perithecia stipata, ovata, ligno ad dimidium immersa, stromate luteo tecta, ex quo facillime dignoscitur hæc species. *Ad ramos siccos Berberidis, copiose.* (v. v.)

135. *S. Pugillus*, ligno immersa, superhe conceptaculo tecta, stromate albido, ostioliis in cylindrum compressum conflatis, supra divergentibus.

Schwein. l. c. n. 107.

Priori affinis, stromate sub disco lutescente. In ligno nidulant perithecia circinantia, numerosa (minus conferta, quam in priori) stromate ligneo cincta. Cylinder erumpens (conceptaculum) dividitur in ostiola 3—5 divergentia, “quorum singulum est forma cylindrica, transversim plicatum, aterrimum, coronatum capitulo, Sphæræ forma, lutescente, viridi-pruinato, papilla nigra” *Schwein. l. c. Ad ligna duriora acerina cortice orbata in Carolina.* (v. s.)

**** 136. *S. haustellata*, tecta, basi innata late conica, stromate tenui pallido, ostioliis distantibus cylindricis pertusis.

Pustulæ basi cortici profunde immersæ, lineaque tenui nigra ad lignum penetrante laxius circumscriptæ. Perithecia profunde demersa, collis longis convergentibus stromate conjunctis, unde discus prominens convexus angustatus, ostioliis brevibus distinctis levibus, subinde apice dilatatis. *Rarissima sub cortice rami.* (v. s.)

137. *S. cerviculata*, innata, stromate corticali tenui arcte circumscripto, peritheciis ovatis stipatis, ostioliis exsertis conjunctis rugosis.

Fr. V. A. H. 1817. p. 88. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 43.

Conceptaculum rotundatum, depressum, cortici innatum, quare ut linea firma perithecia 4—5 majuscula decumbentia arcte circumscribit. Stroma a cortice fere innatato, parcissimum; nullum sterile in ambitu. Ostiola sola erumpunt, corpus tuberculosum rugosum sistentia. *In ramis dejectis. Cum aliis rarissimis dedit p. d. Swartz.* (v. s.)

138. *S. corniculata*, innata, stromate albido, conceptaculo nigro tecto, peritheciis decumbentibus, ostioliis confertis subcylindricis distinctis lævibus.

Sph. corniculata. *Ehrl. Cr. exs. n. 300. Pers. syn. p. 40. Nees Syst. p. 302. f. 330.*

A *S. enteroleuca*, cum qua olim junxi (*V. A. H. l. c. p. 87.*) diversa videtur statura multo minore $\frac{1}{2}$ lin., innata e. s. p., sed species mihi non satis nota. A *S. haustellata* certe differt ostioliis solis erumpentibus, crassiusculis e tereti-subrotundis, obtusis, umbilicatis. *In ramis tenuioribus exsiccatis Salicis, Quercus &c. (v. s.)*

139. *S. fibrosa*, innata, conico-depressa, stromate fibroso circumscripto, ostioliis confertis subrotundis lævibus nitidis.

S. fibrosa. Pers. ! syn. p. 40. t. 2. f. 3.

Subiculum adest latissime effusum, ut in *S. extensa*. Conceptaculum distinctum, clausum, subinnatum. Discus nullus adest; expallens, a Personio memoratus, est epidermidis particula, illa avulsa, supra singulam pustulam persistens. Ostiola erumpunt, epidermidem in ambitu pallidam reddunt, minora, demum umbilicata. *In cortice fibrosa Prunorum &c. (v. s.)*

140. *S. Carpini (Betuli)*, innata, stromate corticali pallido, linea circumscripto, ostioliis confertis globosis lævibus subpapillatis.

Pers. syn. ! p. 39. Fries V. A. H. 1817. p. 89. (Sci. Suec. n. 228.)

b. ostioliis rostellatis.

Perithecia circinantia, numerosa, stipata, linea tenui arcte circumscripta. Ostiola epidermide stellatim fissa erumpunt, inter se libera, primo subpapillata, demum umbilicata; locis vero udis elongantur subrostellata. *Ad ramos siccos Carpini, etiam Americæ, frequens. Perennis. (v. v.)*

141. *S. lixivia*, innata, stromate lutescenti-pallido laxi circumscripto, peritheciis sparsis, ostioliis erumpentibus primo junctis opacis.

b. ostioliis rostellatis, teretibus, umbilicatis, *Fries in Kunz, Myc. Heft. 2. p. 44.*

Præcedentibus minor, subirregularis. Linea circumscribens inferne deficit, quare tuberculum corticale facile diceret. Perithecia minuta, globosa, in stromate irregulariter sparsa. Ostiola valde varia mihi visa; primo disci opaci instar juncta erumpentia; dein distincta globosa, aliaque rostellata. *Ad ramos putrescentes Juglandis, raro. Aut. — vere. (v. v.)*

142. *S. juglandicola*, innata, prominens, pustulis in series parallelas confluentibus, stromate corticali circumscripto.

Schwein! l. c. n. 102.

Crescendi modo facile dignoscitur, longitudinaliter erumpens & confluens; etiam perithecia in pustulis seriatim collocata. Conceptaculum oblitteratum, quare jure in tribus limine militabit. *In ramis corticis Juglandis albæ in Carolina. (v. s.)*

Inquirenda:

S. radula, *Schum. Sæll. 2. p. 172.* (Similis *S. enteroleucæ*, sed intus ferrugineo-umbrina, ostiola subflexuosa, apice incrassata. *In cortice Coryli.*

Nimis succinctæ sunt *Cel. Persooni* definitiones Sphæriarum e Pustularum tribu. Omnem pustulæ & peritheciarum indolem reticet. Quis ex tribus verbis *v. c. S. Betuli* &c. cognosceret? Sic & *S. Radula* inter Circumscriptas in *S. enteroleucam*, inter obvallatas in *S. leiphæmiam* quadrat.

Trib. X. INCUSÆ.

S. Pustulatæ, *Pers. l. c. S. disciferæ*. *Schmidt l. c. pr. part. S. pust. incusæ Fries V. A. H. 1817. p. 91.*

CHAR. Stroma a matrice formatum, orbiculatum, inferne in conceptaculo proprio aperto dimidiato (scutelliformi), superne *epidermide* tegente subconnato inclusum, per *hanc* erumpit formans discum subceraceum, planiusculum. Perithecia in centro subaggregata, irregulariter circinantia, in ambitu & superne stromate cincta, collis discum perforantibus, minus exsertis quam in priori tribu. Asci tenues, fere præcedentis tribus. — *Pustulæformes, orbiculatæ l. parum irregulares, erumpenti-immersæ, sub epidermide arborum nascentes.*

In statu juniore Cytisporis incusis adeo similimæ, ut jam plures ante annos (V. A. H. l. c.) de differentia dubitaverimus. In speciebus prioribus conceptaculum emersum, vix ligno adnatum & ab epidermide formatum appret; in inferioribus cortici innatum, pustulam inferne lineæ instar nigræ, quæ non raro etiam epidermidem tegentem circulo nigro circumscribit. Hæ præcipue a Circumscriptis caute distinguendæ; sed linea circumscribens in illis superne saltem numquam deficit.

143. *S. nivea*, conica, stromate albo in conceptaculo arcte incuso, disco truncato farinaceo niveo, ostiolis subprominulis globosis lævibus.

Lichen rosaceus. *Fl. Dan. t. 825. f. 1. S. Talus a. cylindrica. Tod. Meekl. 2. p. 23. t. 11. f. 92. (erronea) S. nivea. Hoffm. Veg. Cr. 1. p. 26. t. 6. f. 3. Sowerb. 219 Pers. ! syn. p. 38. Dec. Fr. 2. p. 291. Wahl. Lapp. p. 519. Schum. Sæll. 2. p. 169. Fries V. A. H. 1817. p. 92. (Scl. Suec. exs. n. 76. Ehrh. ! exs. n. 239. Holl. & Schmidt ! exs. n. 6. Moug. & Nest. ! n. 278.)*

Conceptaculum orbiculatum, scutelliforme, dimidiatum, cum epidermide superne tegente connatum, quare illa avulsa a cortice interiori secedit, ac si intra epidermidis membranas incusum esset stroma (demum cinerascens) conicum pulverulentum, parte erumpente formans discum planum sensim pro more cinerascens & fere nigrescens,

in quo erumpunt ostiola exigua, lævia (4 — 10). Perithecia immersa, globosa, collis tenuissimis nigris. *Ad cortices varios; præcipue vero populinos, Europæ, Asiæ, Americæ. Per annum. (v. v.)*

145. *S. leucostoma*, subconica, stromate corticali arcte incluso, disco truncato albo, poris nigrescentibus perforato.

S. marginata. Sowerb. t. 372. f. 7. S. leucostoma. Pers. syn. p. 39. A. S. p. 19. Nees Syst. f. 352. Fries V. A. H. 1817 p. 91. (Scler. Suec. n. 253. Moug. & Nest. Cr. n. 659. S. pustulata.)

b. polypora, ostiolis pluribus sparsis subexsertis. *S. Talus. var. pileata. Tod. Meckl. p. 24. f. 80. S. leucost. var. polypora. Fr. l. c.*

Pustulæformis, disco ostiolis 1 — 2 nigris inclusis quasi pertuso & indole perithecorum omnino Cytisporam refert; sed b., quæ vera Sphæria est, ostiola gaudet numerosa, minuta, exserta, sparsim prominula & status rite evolutus videtur. — A priore disci habitu, stromate oblitterato & conceptaculo cortici magis adnato quodammodo differt. *Ad cortices Prunorum &c. frequentissima. Per annum (v. v.)*

144. *S. cincta*, convexa, stromate corticali arcte incluso, ostiolo centrali immerso pertuso, reliquis discum truncatum albidum cingentibus globosis.

Fries V. A. H. 1817. p. 90. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 44.

Præcedentibus major, pustulata, conceptaculo cortici interiori adnato, epidermidem pustulas tegentem linea nigra sæpe circumscribente. Stroma mere corticale. Perithecia circinantia, globosa, centrali majore. Discus planus, nudus, sordide albus, ostiolis copiosis exsertis marginalibus cinctus, in centro unico incluso pertusus. *Ad arborum cortices. Aut. — vere. (v. v.)*

146. *S. diatrypa*, immersa, stromate oblitterato peritheciisque arcte inclusis, disco truncato niveo, primo poro simplici pertuso, ostiolis in centro confertissimis minimis.

(Fr. Scl. Suec. n. 79.)

Simillima præcedentibus, sed multo minor, conceptaculum in cortice interiori immersum, & ostiola nudo oculo non discernibilia omnia in centro disci erumpunt, stipatissima, maculam minimam nigram constituunt. In ætate vero juvenili, disco astomato l. poro simplici pertuso vix discerni potest. In ramis Alni, passim. Vere. (v. v.)

147. *S. melastoma*, convexa, stromate albido arcte incluso, disco subelliptico, ex ostiolis minimis hemisphericis stipatis oblitterato.

Fries V. A. H. 1817. p. 90. Kunz. Myc. Hest. 2. p. 44. Inter minores. Conceptaculum ligno subadnatum, epidermide bullata expallente tegente avulsa dimidiatum persistit. Perithecia ovata, pro ratione majuscula. Discus minutus, opacus, niger, ex ostiolis nudo oculo minime discernibilibus. Ad cortices Pyri Mali. Vere. (v. v.)

148. *S. microstoma*, orbicularis, subimmersa, disco prominente planiusculo, ostiolis minutissimis globosis obtecto.

Pers. syn p. 40. Nees Syst. f. 331. Fries V. A. H. 1817. p. 96. (Scl. Suec. n. 185. Obs. immixta passim *S. carpini*.)

Ad Obvallatas accedit, sed præcedentibus quoque affinis. Lin. 1 — 2 lata, 1 alta. Perithecia majuscula, arcte incusa. Ostiola plurima, conferta, granulæformia, magis distincta quam in priori. Ad cortices, præcipue prunorum. (v. v.)

149. *S. Kunzei*, conica, stromate luteo-pallido arcte incuso, disco ceraceo sordido, primo poro pertuso, dein ostiolis minimis atris umbilicatis.

S. Pini. α. Schmidt & Kunz, *Deutschl. Schw.* n. 153.
S. Kunzei. Fries in Kunz. *Mye. Heft.* 2. p. 45.
 (Exs. 1. c.)

S. niveæ & *leucostomæ proxima*, a *S. Pini* abunde diversa Orbicularis, prominens, disco erumpente, angustato, truncato, sordide cinereo l. olivaceo. Conceptaculum vix 1 lin. latum, scutelliforme, nigrum, cortici interiori adnatum, quare lineam nigram firmam refert (hoc deest in *S. Pini*.) Perithecia minuta, numerosa, conferta. *In cortice Pini Piceæ; etiam in Abiete. Vere.* (v. s.)

** 150. *S. Colliculus*, convexa, pustulata, peritheciis in orbem stipatis incusis, ostiolis conjunctis in disco minuto punctiformi atro.

S. colliculus. Wormsk.! ined.

S. pustulata Hoffm. similis, sed vera *Sphæria* conceptaculo omnino præcedentis. Pustulæ orbiculatæ, hemisphæricæ, eumorphæ, ex epidermide tegente cinereæ, magnitudine seminis cannabini; dissectæ monstrant perithecia circinantia, atra, stromate tenui tantum tecta quorum colla brevia, valde convergentia, juncta in discum minutum, orbiculatum, planum, ex ostiolis minutissimis confertis papillæformibus compositum. Gelatina nigra. *In cortice ramorum Pinus pygmeæ* Wormsk. in *Kamtschatka.* (v. s.)

151. *S. tumida*, majuscula, turgida, disco prominente planiusculo obtuso nigro, ostiolis nullis. *Pers. syn.* p. 41.

Lata $1\frac{1}{2}$ lin., alta, substantia interna ex olivaceo-subcinerascens. *Ravior ad ramos exsiccatos quercinos.*

152. *S. melasperma*, elliptica, aterrima, peritheciis erectiusculis ovatis stromate proprio pulveraceo cinctis, disco erumpente rugoso.

(*Sci. Suec. exs.* n. 157.)

In ætate juvenili pustulæ cortici omnino innata, linea fusca circumscriptæ, stromate lutescentipallido absque peritheciis; disco erumpente lineari jam atro. In adulta pustulæ ellipticæ, 2 lin. longæ, depressæ, cortici interiori innatæ. Conceptaculum subliberum, tenue, fragile, opacum, atrum, epidermide adnatum, ut hac sublata [dimidiatum persistit scutelliforme. Stroma pulveraceum, ex olivaceo-fuligineo-nigricans. Perithecia reliquorum majora, pauca, aggregata, erectiusculo-convergentia, ovata, fragilia. Discus erumpens, ellipticus, minutus, niger, ostiolis obsolete prominulis, sparsis. An *S. lanciformis* status adultus? Nunc mixtæ crescunt diversissimæ, nunc confluant!! *Ad cortices vetustos betulignos, passim.* (v. v.)

154. *S. scutellata*, orbicularis, atra, peritheciis vasculosis confertis conceptaculo scutelliformi impositis, ostiolis acutis erumpentibus.

Pers. syn. p. 87. Nees Syst. p. 303. f. 333.

Præcedenti affinis, sed ostiola non in discum juncta. Aetate juniore Sphæriam quandam simplicem representat & ostiolum sæpe unicum, crassum, subrotundum protrudit, deinde totus cespitulus conspicitur tumidus, 2 lin. latus, 1 fere crassus, tandem partem superiorem cum sphæruis amittit, basi scutellarum difformium adinstar remanente". *Pers. l. c.* Quoad ostiola cum *S. dissepta* analogæ. Plures latent species! *Ad ramos acerinos, alneos &c., aut.* (v. s.)

*** 155. *S. angulata*, laxè circumscripta, stromate corticali, peritheciis paucis in centro confertis, disco plano nigro, ostiolis perexiguis.

(Scl. Suec. n. 72.)

Pustulæ 1 — 2 lin. latæ, immersæ, passim confluentes, epidermide stellatim fissa erumpentes. Perithecia magna, ovata, albofarcta, decumbentia, pauca (1 — 4) in quavis pustula, in centro aggregata,

in ambitu stromate mere corticali cincta. Conceptaculum immersum, cupulæforme, lineæ instar circularis nigræ ad lignum usque descendens singulam pustulam & sæpe etiam epidermidem superne tegentem circumscribens. Discus erumpens, angustatus, subangulatus, ostiolis sub lente primum punctiformibus, dein cupulæformibus. Videtur *S. verrucæformis*. *b.* Pers. syn. p. 26. *In ramis exsiccatis Fagi, Betulæ; hieme — vere.* (v. v.)

β. circumvallata, major, depressa, rotundata.

S. circumvallata. *Nees! ined.*

Inter majores, 2 — 3 lin. lata, ob excipulum dimidiatum prominens quasi marginata & epidermis superne tegens circa discum erumpentem concentrice depressa. Sub disco stroma parcum (albium). *Ad ramos Coryli, raro.* (v. s.)

156. *S. aractina*, laxè circumscripta, stromate pallido, peritheciis in centro confertis, ostiolis magnis convexis radiato-rimosis.

Obiter inspecta *S. papulæ* similis, sed distinctissima, major. Conceptaculum scutelliforme, crassiusculum, rugosum, dimidiatum, superne epidermide tectum, 1 — 3 lin. latum, passim confluens. Perithecia magna, 6 — 8, ob mutuam pressionem difformia, nullo stromate discreta, sed in ambitu corticali cincta & superne albido tecta. Ostiola superficialia, opaca, atra. in disco angustato (albido) sparsa, rimis radiatis dehiscentia. *Ad ramos arborum in Kamtschatka.* Wormsk. (v. s.)

157. *S. talcola*, laxè circumscripta, stromate corticali, peritheciis in centro confertis, disco albo, ostiolis punctiformi-immersis lævibus.

Pustulæ subrotundæ l. ellipticæ, cortici interiori innatæ, depressæ, superne epidermide tectæ, qua sublata patet stroma corticale in superficie pallide testaceum (ab epidermide coloratum). Perithe-

cia numerosa, exigua. Ostiola in disco sparsa, pauca, prominula, *S. nivæ* admodum similia. *In ramis dejectis quercinis.* (v. v.)

β. *S. radula*, ostiolis rostellatis subteretibus inæqualibus scabris,

S. radula. *Pers. syn. p. 37.* (ob locum inter *S. niveam* & *scutellatam*) *A. S. p. 18.* pro parte, *Fries V. A. H. 1817. p. 86.*

Vix distincta species, sed prioris status magis evolutus rostellatus. *Ad ramos quercinos.* (v. v.)

**** 158. *S. profusa*, peritheciis globosis linea nigra varia circumscriptis, basi in subiculo latissime extenso immersis, ostiolis in disco minuto albido prominulis.

S. profusa *Fries l. c. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 43.* (Scl. Suec. n. 11. Schmidt & Kunz. ! exs. n. 155. *S. circumscripta.*)

Subiculum longissime effusum, fibrosum, atrum ramos integros ambiendo plurimas pustulas, cortici omnino immersas, jungens. Perithecia magna, 2-5 l. ubi plura confluent usque 20 linea nunc orbiculari, nunc elongata & flexuosa laxè circumscripta, stromate albido corticali cincta & tecta, ex quo formatur discus minutus erumpens, corticem vix superans, in quo prominent ostiola primo solitaria, dein pauca minuta, convexa l. subglobosa; "subconica, rudia". *Schm. & Kunz. l. c. S. nivæ* analogà in hac sectione. *In cortice ramorum emortuorum Robiniæ Pseudacaciæ, aut — vere.* (v. v.)

159. *S. dissepta*, laxè circumscripta, peritheciis sparsis excipuliformibus amplis, ostiolis erumpentibus subjunctis.

Fries in V. A. H. 1817. p. 102. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 49. (Scler. Suec. exs. n. 224.)

Species admodum singularis & polymorpha! Perithecia globosa, subrecta, in cortice interiori sparsa nidulanta, raro solitaria, passim circinantia, sæ-

pius in plagas corticem elevantes aggregata, crustula tecta & in ambitu linea nigra, nunc subrotunda, nunc maxime flexuosa (1 lin. — 2 unc. lata) circumscripta. Stroma corticale, perithecia disseptans; quando perithecia valde conferta nigrescens; quando epidermis facile secedit ab hac coloratum testaceum. Ostiola collo tereti brevi erumpunt, papillæformia, sæpius in discum inæquabilem homogœneum collecta, raro solitaria. Gelatina atra, mox evacuata. *Multis sub formis reperitur in ramis exsiccatis, præcipue Ulmi, Aut.* (v. v.)

Media quasi inter antecedentem & sequentem sed distinctissima. Hæ species peritheciis stromate disseptis, subrectis e. s. p. a reliquis hujus tribus recedunt, & ad *S. prorumpentem* accedunt.

160. *S. tessella*, laxè circumscripta, peritheciis circinantibus globosis, ostioliis erumpentibus solitariis determinate distantibus.

Pers.! syn. p. 48. *A. S. p.* 23. *Fries V. A. H.* 1817. p. 104.

Perithecia irregulariter circinantia, collabentia, prioris multo minora, stromate mere corticali immersa, linea subflexuosa circumscripta. Ostiola superficialia circinata l. in quincuncem sparsa, juniora convexa nitida, dein umbilicata, linea nigra epidermidem penetrante cincta. *Ad ramos salicinos Europæ & Americæ, rarior. Aut. — vere.* (v. v.)

β. *S. subscripta*, linea cingente subobliterata, ostioliis in disculo erumpente solitariis.

(*Sci. Suec. n.* 187.)

Media inter priorem, *S. salicellam* & *S. salicellam!* In hoc puncto confluent *S. Concrecentes*, *Circinatae* & *Simplices*. *Cum priori.* (v. v.)

Plures adhuc ex hac tribu legimus, sed non ita perfectas, ut assumi possint. *S. clandestina* *Fries*

& *S. ampullacea Pers.* ex conceptaculo huc omnino pertinent, sed alio loco servantur. Cf. *Sph. Obtectas & Cytisporas.*

Trib. XI. OBVALLATÆ.

Pustulatæ & Circinatæ. Pers. l. c. S. Pust. obvallatæ. Fries V. A. H. 1817. p. 95. S. disciformes. Schmidt l. c. p. 25.

CHAR. Stroma mere corticale, absque omni proprio conceptaculo. Perithecia (cortici interiori) immersa, tenuia, e membrana simplici confecta, in orbem aggregata, superne a matrice, cum collis convergentibus erumpentibus adscendente, pustulato-elevata in tuberculum subdisciforme collecta. Apices collorum subclavati, exserti sistunt ostiola primo papillata, dein umbilicato-pertusa, globosa l. rostellata, nunc sola in discum stipata, nunc in stromate, cum ostioliis adscendente erumpente, disciformi exserta. Asci subclavati, sporidiis subseptatis. Gelatina fluxilis l. evacuata. *Orbiculares, cortici interiori semper immersæ, nec ad lignum demersæ, ostioliis epidermidem perforantibus, peritheciis junioribus sæpe pallidis cellulæformibus, adultis atris.*

Ostiola perithecia referunt, in omnibus ad typum *S. capsularis Pers.* plus minus formata. Pustulæ nunc prominent (*Pustulatæ* Auct.) nunc cortici immersæ (*Circinatæ* Auct.) sæpe pro corticis ratione in eadem specie v. c. in *S. ambiente*, Analogæ sunt *Cytisporæ obvallatæ!*

(*S. corniculata & microstoma. Vide supra.*)

* 161. *S. ciliata*, pustulata, peritheciis ovatis convergentibus, ostioliis subsetaceis acutis divaricatis subflaccidis,

Pers.! syn. 2. 35. *Obs. Myc.* 2. p. 67. t. 5. f. 3. *Nees Syst.* p. 302. f. 329. *Fries V. A. H. 1817. p. 84.*

Perithecia subdena, erecto-convergentia, in ostiolum attenuata, circinantia in cortice interiori ni-

dulantur, pustula subrotunda minori corticali prominente tecta. Ostiola tenuissima, ciliæformia, longitudine varia, (circiter 1 — 2 lin.), lævia, dein e gelatina profluente subnodosa, tamen a sequente omnino diversa. *Ad cortices Ulmi, Alni &c. passim. Hieme — vere.* (v. v.)

162. *S. tortuosa*, pustulata, peritheciis globosis aggregatis, ostiolis fasciculatis subcylindricis inæqualibus obtusis subdivergentibus.

b. ostiolis rostellatis, rugoso-nodosis. *S. tortuosa.*
Fr. V. A. H. 1817. p. 98. *S. Hystrix?* *Nees Syst.*
f. 329. *B.*

Perithecia globosa, glabra, lævia, conferta, in orbem cortici interiori immersum disposita, pustula corticali prominula tecta. Ostiola intra pustulam convergunt, fasciculatim erumpunt, brevia, subdivergunt, læviuscula l. in b. elongata, deflexa, subnodosa, habitu *S. pulchellæ*. *Raro in cortice ligneo colore tincto.* *Aut.* (v. v.)

163. *S. coronata*, peritheciis subdifformibus circumstantibus, ostiolis lævibus obtusis, primo globosis stipatis, dein rostellatis.

S. coronata. *Hoffm. Veg. Cr.* 1. p. 26. t. 5. f. 2.
Pers. syn. p. 45. *Dec. Fr.* 2. p. 292. *Schmidt Myc.*
Heft. 2. t. 1. f. 14. optima.

Perithecia numerosa, decumbentia, subglobosa, in cortice interiori nidulantia, pustula orbiculata corticali tecta, sed minus prominente quam in reliquis. Ostiola in centro erumpentia, coronæ instar imposita, primo globosa in discum convexum orbicularem nitidum stipata; dein spinulosa clavata l. cylindrica, divergentia, lævissima, obtusa. In hoc statu priori non absimilis, sed peritheciolorum indole & magnitudine triplo minore certe diversa. *In ramis exsiccatis Corni, "Cratægi" &c.* (v. s. a Cel. Kunz. miss.)

164. *S. Frit*, pustulata, peritheciis globosis circumstantibus, ostiolis erumpentibus distinctis strictis sursum attenuatis.

S. coronatæ var. *Pers. l. c.* (Scl. Suec. n. 227.)

Nunc a priori, viso illius specimine, etiam mihi cum *Cel. Persoonio* omnino diversa videtur. Major adest cum *S. Hystrice* affinitas. Pustulæ leviter prominulæ, e cortice interiori formatæ, epidermide stellatim fissa erumpentes, sæpe in series elongatas dispositæ. Perithecia admodum pusilla, globosa, subsena, vix decumbentia. Ostiola erumpunt distincta, teretia, æqualia l. sursum attenuata, tenuia, erecta, stricta, atra, sed apice pallido diaphano, saltem in media ætate. *In ramis exsiccatis Aceris Negundinis Sc. aut — vere.* (v. v.)

165. *S. Liquidambaris*, pustulata, minor, peritheciis decumbentibus, ostiolis minutis stipatis teretibus brevibus.

S. Liquidambaris. Schwein. ! l. c. n. 103.

Media inter *S. coronatam* & *S. decorticanem*. Pustulæ lineam vix latæ, subinde vero plures confluent, prominentes, conceptaculo a cortice interiori formato brunneo, epidermidem radiato-fissam demum excutientes. "Stroma cinereum, in quo nidulantur spherulæ nigræ flexuosæ". Discus nullus, sed ostiola in centro exserta, minuta, conferta, lævia, nitida. *In ramis Liquidambaris in Carolina, non infrequens.* (v. s.)

166. *S. decorticans*, pustulata, peritheciis subdifformibus aggregatis, ostiolis minutis confertis globosis umbilicatis.

Fries V. A. H. 1817. p. 95. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 46.

Pustulæ orbiculares, depressæ, minutæ, lineam latæ, e cortice interiori elevato formatæ, erumpentes & epidermidem ramorum excutientes; tandem nigræ, sed inferne nulla linea nigra circumscribuntur. Perithecia conferta, numerosa, absque stromate proprio. Discus mere corticalis, ostiolis plurimis stipatis nitidis. Exstant varietates plures quoad magnitudinem pustulæ perithecorumque situm. *In*

ramis exsiccatis Fagi, Sorbi &c. passim. Hieme, vere.
(v. v.)

** 167. *S. spectabilis*, pustulata, peritheciis ovatis erectiusculis stromate corticali tectis, ostioliis teretibus brevibus in discum stipatis.

Habitus *S. Pini*, sed magnitudine cum *S. Prunastri* certat. Pustulæ tumidæ, subrotundæ, late conicæ, epidermide tectæ; sed stroma a cortice interiori omnino formatum cinerascens. Perithecia ovata, magna, polysticha l. succenturiata; colla a corticis substantia cum peritheciis adscendente in discum juncta, exserta, stipata, teretia, lævia, obtusa, fastigiata; nudo oculo facile distinguuntur. *In corticibus non definiendis, rara.* (v. s.)

In hac & proxime sequentibus stroma cum ostioliis adscendit indeque formatur discus evidentior quam in prioribus, ubi ostiola sola erumpunt. Illæ cum *Circumscriptis*, hæ cum *Incusis*, etiam quoad vegetationem, analogæ.

168. *S. Pini*, pustulata, peritheciis ovatis exiguis, stromate flavido tectis, ostioliis exsertis subglobosis obtusis lævibus in discum planum stipatis.

S. Pini. A! *S. p.* 20. t. 8. f. 1. *Fries V. A. H.* 1817. p. 93. *Schmidt Myc. Hefst.* 2. f. 13. (*Scl. Suec. exs.* n. 7.)

b. stromate corticali, ostioliis minus prominulis. *S. leucophæata, Reb. ! Neom. p.* 329. f. 2.

Pulchra. Pustulæ orbiculares, prominentes, convexæ, passim confluentes, epidermide leucophæato tectæ, basi absque conceptaculo in corticem interiorum, cui perithecia semiimmersa, abeuntibus; apice ostiolorum cylindro brevissimo disciformi coronatæ, unde conico-truncata apparet. Perithecia perexigua, copiosissima (quibus facile differt ab affinibus), collis convergentibus, stromate junctis, apicibus capitatis exsertis copiosis obtusis unifor-

mibus, primo minutissime papillatis, dein pertusis subopacis; raro rostellatis. *In cortice Pini silvestris frequens. Per annum.* (v. v.)

β. *Ledi*, minor, stromate parco flavicante l. e.

Variat ceterum uti prior ostiolis plus minus exsertis rostellatisque. *In Ledo.* (v. v.)

169. *S. Abietis*, immersa, stromate tenui albido, peritheciis ovatis aggregatis, ostiolis oblongis lævibus in discum stipatis.

S. Abietis. Fries V. A. H. 1817. p. 96. Kunz, Myc. Heft. 2. p. 47. (Scler. exs. n. 77.)

Pustulæ orbiculares, in cortice interiori omnino detrusæ, quare conceptaculum nullum distinctum prominet. Perithecia numerosa, profunde immersa, aggregata, sæpe irregularia; collis ut in *S. coronata* junctis, elongatis. Ostiola numerosa, stipata, perexigua, oblonga, fastigiata, nitida, umbilicato-pertusa, discum constituunt. *In cortice squamoso Abietis. Perennis.* (v. v.)

β. *ceratina*, pustulata, erumpens, ostiolis in discum exsertis tentaculatisque.

S. corniculata. β. A. S. p. 20.

Quoad externam faciem *S. Pini* similior. *In ramis abiegnis.* (v. v.)

170. *S. deformis*, pustulata, irregularis, stromate pulverulento ferrugineo, ostiolis solitariis aggregatisque globosis, tandem rostellatis.

Fries V. A. H. 1817. p. 93. Kunz, Myc. Heft. 2. p. 46. (Scler. Suec. ined.)

Perithecia minuta, ovata, pustula corticali difformi tecta, stromate ferrugineo immixta. Ostiola erumpunt in centro absque disco distincto, primo papillæformia lævia, dein exserta tentaculata. Vix præcedens a loco mutata, cum junior *Cytisporam* refert & adultæ omnes partes diversæ sint. *In pa-*

gina interiori corticis abiegni ad terram dejecti. Aut.
(v. v.)

171. *S. leiphæmia*, pustulata, stromate corticali, discoque erumpente pallido, ostiolis exsertis ovatis rostellatisque.

S. radula var. *A. S. p.* 18. *S. Saturnus. Sowerb. t.* 218. (quoad spec. hujus status, sed minus convenit). *S. leiphæmia Fries V. A. H.* 1817. *p.* 95. *Kunz. Myc. Heft. 2. p.* 46. (*Scler. Suec. exs. n.* 78.)

Similis *S. niveæ* & *S. taleolæ*, sed nidulatur in cortice interiore, a quo pustula & discus erumpens formantur, absque omni conceptaculo proprio, sed pustulæ orbiculares demum superne nigrescunt. Perithecia globosa, aggregata, tenuia. Ostiola sparsim prominula, ovata, papillata, dein conferta pertusa teretiuscula locisque suffocatis tentaculata. In ætate juniore perithecia obsoleta l. pallida, discus erumpens planus farinosus lutescenti-pallidus. *In ramis emortuis quercinis. Vere — æst.* (v. v.)

172. *S. suffusa*, immersa, subpustulata, pulvere lutescente suffusa, disco minuto pallido nigro limitato, ostiolis erumpentibus paucis globosis.

Fries V. A. H. 1817. *p.* 95. *Kunz. Myc. Heft. 2. p.* 46. (*Scl. Suec. exs. n.* 229.)

b. omphalea, (vetusta) pulvere evanescente, ostiolis oblongis umbilicatis.

Pustulæ orbiculares, depressæ, a cortice interiore formatæ, superne ab epidermide tectæ, qua avulsa pulvere lutescente, a cortice corrosio orto, suffusa apparent. Perithecia globosa, aggregata, gelatina pallida. Discus vix erumpens, sed formatur ex epidermide avulsa (ut in *S. pupula*) lutescenti-albus, minutus, nigro-limitatus. Ostiola in centro exserta, pauca, lævia, pertusa. *In ramis Alni glutinosæ & incanæ. Aut. — hieme.* (v. v.)

173. *S. melastroma*, pustulata, subverruciformis, peritheciis aggregatis, disco erumpente angulato nigro obsolete pertuso.

(Scl. Suec. exs. n. 223.)

Habitus *S. verrucæformis* & *angulatæ*, sed minus prominet & conceptaculum omnino corticale. Perithecia subsena, erectiuscula, conferta, profunde immersa, verticaliter collabentia. Discus epidermide angulato-fissa erumpens, a cortice interiore formatus, sed superficies plana, lævis, opaca, nigro-facta. Ostiola discum perforant, sed non prominent. Ambigit inter hanc tribum & **VERSATILES!!** *In ramis exsiccatis Ulmi. Aut. — vere. (v. v.)*

*** 174. *S. sphinctrina*, pustulata, peritheciis globosis circinantibus, collis inclusis, disco erumpente convexo nigro.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 48. nec Decand., quæ Galic. turbinatum!

Perithecia octo circiter in cortice interiori immersa, circinantia, corticis fibris dissepta (non aggregata) globosa, atra, evacuata plerumque tapetio candido vestita, collis brevibus. Discus erumpens, subrotundus, niger, opacus, absque ostioliis prominulis, sed sub acutis lentibus pertusus poris perexiguis papillato-elevatis; forsan ex ostioliis conatis formatus. Certe a *S. sordida* b. diversa. *Ad ramos varios apprime Fagi & Oxyacanthæ. Aut. — hieme (v. v.)*

175. *S. turgida*, pustulata, peritheciis globosis erectiusculis confertis, ostioliis in disco minuto coarctato demum exsertis convexis obtusis.

Pers.! Obs. Myc. 1. p. 17. Fries V. A. H. 1817. p. 101.

b. *Sph. faginea. Pers.! syn. p. 44. (Scl. Suec. exs. n. 262. Moug. & Nestl. exs. n. 179)*

Perithecia suboctona, magna, globosa, turgida, erecta, stipata, ab epidermide in pustula hemisphærica prominente arcuè obvallatis, absque omni stromate cum peritheciis adscendente; ex horum habitu mox dignoscitur hæc ceterum *variabilis* species.

Discus primo punctiformis erumpens, dein subrotundus fusco-niger, ostiolis convexis obtusis umbilicatis. Gelatina atro-inquinat ramos; in b. vero rubiginoso colore eleganter tinctos nudos. "Ostiola hamata aspera" non vidi; sed teretia, globosa e. s. p. sed rarius. *Ad ramos Fagi & Alni*. "Liriodendri Americæ". *Aut. — vere. (v. v.)*

176. *S. clopina*, pustulata, peritheciis globosis circinantibus, stromate nullo, ostiolis junctis in disco minuto punctiformi.

(Scl. Suec. exs. n.)

Habitus *S. pustulatae* Hoffm., sed peritheciis omnino genuinis instructa. Pustulae hemisphaericae, depressae, lineam fere latae, apice maxime coarctatae, ut papilla modo pertusae appareant. Perithecia prioris multa minora, majora quam in *S. Pini*, erectiuscula, conceptaculo corticali tantum nec stromate tecta. *In cortice arborum; etiam Pini. (v. v.)*

177. *S. salicina*, pustulata, peritheciis globosis circinantibus, disco albescente poro pertuso, ostiolis globosis minimis sero exsertis.

S. cancellata. *Tod. Meckl. 2. p. 34. f. 107. S. salicina. Pers.! syn. p. 47. Obs. Myc. 1. p. 64. A. S. p. 23. Dec. Fr. 6. p. 124. Fries V. A. H. 1817. p. 101. (Scl. Suec. exs. n. 10. Schmidt & Kunz. n. 130.)*

Perithecia distincta, tenuia, minuta, suboctona in quovis circulo, collis junctis in discum ceraceum erumpentem minutum leviter prominentem, primo fuliginosum, dein albescentem, poro nigro pertuso; tum *S. leucostomae* l. diatrypae haud ab-similis; sed in perfectissimis discus ex ostiolis globosis nitidis obliteratedus. *In ramis salicinis vulgarissime; sed & aliis, Vitis e. s. p. etiam Americæ. Perennis. (v. v.)*

178. *S. Vitis*, pustulata, circinata, nigra, peritheciis majusculis subtrinis coalitis, ostiolis pulveraceis.

Schwein. ! l. c. n. 117.

Tres l. quattuor sphærulæ majusculæ sub cortice interiori seu libro nidificant, corticem bullosum reddunt & in pustulam coalescunt. Ostiola irregularia, subpulveracea, nigra. Sphærulæ farctæ materia indurescente. *Schwægr. l. c. Rarior in junioribus ramis Vitis decorticatis in libro. Carolina. (v. s.)*

179. *S. leucopis*, pustulata, peritheciis ovatis erectis subquinis, intus albissimis, ostiolis conjunctis in discum minutum, globulo centrali albo.

Fries in Kunz. Myc. Hest. 2. p. 48.

Perithecia conferta, subcircinata, pauca, majuscula, tuberculo minuto a cortice interiori formato obvallata, dissecta cava albissima; colla brevissima, apicibus in discum minutum inæqualem nigrum, globulum centalem minutum expellentibus. A *S. ambiente* omnino diversa. *Rarissima ad Coryli ramos, aut. (v. v.)*

*** 180. *S. capsularis*, subcircinata, disco erumpente albido, ostiolis exsertis perithecia ovato-papillata mentientibus.

Pers. ! syn. p. 42.

Species minuta & *S. stilbestomæ* &c. maxime affinis. Perithecia pauca, globosa, fere libera. Discus erumpens, minutus "linea nigra cinctus", demum obliterated. Ostiola pauca, subinde solitaria, maxime prominentia, exigua. An distincta species? *Ad ramos exsiccatos, raro. (v. s. a Cel. Kunz, c. omnibus rariss. missa.)*

181. *S. centripeta*, pustulata, peritheciis circinantibus, disco ceraceo niveo tectis, ostiolis minimis centro in maculam nigram stipatis.

Pustulato-elevata, subrotunda l. elliptica, disco transversim erumpente; ceterum non minus, quam sequentes, varia. Perithecia majuscula, globoso-

depressa, tecta, disco erumpente plano, in cujus centro observatur macula nigra, sæpius linearis, raro subrotunda, ex ostioliis minimis exsertis semiglobosis stipatis, plerumque in duplici serie parallela dispositis, orta. *In Salicis specie Kamtschatkæ.* Wormskjold. (v. s.)

182. *S. ambiens*, peritheciis immersis circinantibus, ostioliis subglobosis lævibus discum ceraceum albidum cingentibus.

S. Talus var. Licheniformis. *Tod. Meckl.* 2, p. 25. f. 95. *S. ambiens*. *Pers.*! *syn.* p. 44. *A. S.* 12. *Fries V. A. H.* 1817, p. 100. *S. mixta*. *Schum!* *Scall.* 2, p. 166. *S. calvula*. *Wahl!* *Lapp.* p. 519. t. 30. f. 4. optima. (Scl. Succ. exs. n. 3.)

In cortice tenuiore ramulorum pustulato-prominet; in crassiore fibrosa (v. c. Tiliæ, Mali) depressa; inde nulla differentia. Perithecia cortici interiori immersa, adscendentia, centralia astoma, marginalia in collum attenuata, cujus apices clavati exserti, sed non prominentes, discum planum ceraceum primo album, dein cinereum, demum atrum, immo aterrimum! conferti ambiunt. Hæc ostiola obtusa, subrotunda l. ovata, lævia, primo papillata, dein pertusa. Magnitudo admodum varia. b) peritheciis ostioliisque triplo minoribus, his discum niveum cingentibus. c) disco in cortice interiori immerso, ostioliis raris depressis. *In omnibus arboribus frondosis, ubique, præsertim Cratægo, Corylo, Rosis &c.; b. & c. in Kamtschatka, illa in Populo, hæc Rosa. Per annum.* (v. v.)

182. *S. stilbostoma*, peritheciis circinantibus, disco ceraceo albido tectis, ostioliis sparsim erumpentibus prominentibus, demum discum obliteratedibus.

Fries V. A. H. 1817. p. 23. (Scl. exs. n. 145.)

Perithecia numerosa in quovis circulo, a cortice interiore leviter tecta, erecta, collis adscenden-

tibus discum elevantibus. Discus erumpens, forma & magnitudine quam maxime varius, nudus, primo astomus, dein ostioliis sparsim prominentibus tesseraformis, demumque ex ostioliis plane obliterated. Ostiola globosa, lævia, nitida, primo papillata, dein umbilicata. Horum situ & prominentia a priori maxime affini ægrius dignoscitur. Varietates infinitæ, synonymorum causa aliquot notabimus. *In omnis fere arboris frondosæ cortice; etiam Asice & America. Per annum.* (v. v.)

α. papula, disco elliptico prominente, peritheciis globosis subdecumbentibus.

Fries ap. Kunz. l. c. p. 48.

Major; specimina *Kamtschatica* eximie pustulato-elevata. *In Betulis apprime.* (v. v.)

β. umbilicata, disco subrotundo lutescenti-pallido, ostioliis minoribus subprominulis. (*S. Pseudoplatani*) *l. c.*

Discus junior pruinosis. Vidi quoque hujus specimina disco albo, ostioliis perexiguis (nomine *S. Tympani*) in ramulis tenellis nata. *In ramis variis.* (v. v.)

γ. conferta, disco irregulari, ex ostioliis confertis obliterated.

S. Talus, var. *conferta*. *Tod. Meekl. 2. l. c. f. 94.*

S. Platanoides. *Pers. syn. 45.* (*Sci. Suec. exs. n. 186.*)

Discus subconvexus, angulatus, mox obliterated. *In Acere Platanoide, Alno &c.* (v. v.)

Obs. Quales anteedentes species sumo omnibus certe specierum promptuarium primo intuitu videantur, sed certam sequor experientiam! Si in eadem arbore persequantur, in cortice crassiore magnæ, in ramis minores, (etiam respectu ostiolorum & peritheciolorum), in ramulis minimæ & sæpe simplices inveniuntur. Variant quoque e situ peritheciolorum forma, ex ætate disci colore, e loco ostioliis ovatis rostellatisque e. s. p. — Analogæ sunt n. 179 & 143, 180 & 146, 181 & 145, 182 & 144.

183. *S. tessera*, peritheciis irregulariter circinantibus, disco erumpente plano mere corticali tectis, ostioliis sparsis prominulis.

Immersa. Perithecia subdena, aggregata, globosa, exserendo ostiola globosa, sublævia, ad dimidium prominula corticem interiorem elevant, qui erumpens format discum planum, irregulari — subrotundum, 1 - 2 lin. latum, colore & substantia omnino corticis interioris. *S. Tessellæ* analogæ, sed in illa discus non erumpens. *Hactenus in cortice Coryli. Aut. (v. v.)*

184. *S. dolosa*. peritheciis aggregatis depresso-globosis, tectis, disco mere corticali suberumpente ostioliis exsertis convexis stipatis obliterato.

Pustulæ irregulares, epidermide rimoso — l. stellatim fissa parum prominent, sed discus intra rimas fere occultatus, ubique tectus ostioliis convexis lævibus nitidis pusillis. Verticaliter vero dissectus discus facile patet. Perithecia irregulariter circinantia, immersa, depresso-globosa, collis brevibus angustatis convergentibus. *In cortice salicino. (v. s. dedit optim. Kunze.)*

Tribus XII. CIRCINATÆ.

Pers. syn. p. 42. (exclus. disciferis). Nees Syst. p. 305. Schmidt Myc. Heft. 2. p. 20. (exclusis Circumscr.)

CHAR. Stroma nullum, nisi matrix subinde corrosa. Perithecia tecta, simplicia, aggregata, in orbem disposita, subdecumbentia, pallida, mox nigra, gelatina fluxili turgida l. collapsa; in colla attenuata, quæ iuncta epidermidem perforant, dein sæpius libera, absque omni conceptaculi genere & disco heterogeneo. Ostiola simplicia, pertusa. Asci sporidiis uniserialibus, subsimplicibus. — *Innato-immersæ, supra corticem interiorem epidermide tectæ*

nascentes; indeque cortex interior neque in pustulam nec in discum elevatus.

Ad Compositas refero ob situm gregarium, ostiola primo junctæ & vegetationem (quæ apud me primaria differentia) juvenilem, sub qua floccoso-furfuraceo junctæ. Species quædam immersæ ad præcedentem tribum prope accedunt.

* 185. *S. ciliatula*, circinata, peritheciis globosis decumbentibus, ostioliis longissimis capillaceis liberis acutissimis.

(Scl. Suec. exs. n. 147.)

Perithecia numerosa, in circulum oblongum disposita, minuta, opaca, turgida gelatina alba facta. Ostiola $\frac{1}{2}$ unc. usque longa, vere capillacea, flexuosa, sursum attenuata, acutissima, ob summam subtilitatem non perspicue perforata, sed evomunt gelatinam (tum fusciscentem); unde viva glutinosa & sicca nodulosa reperiuntur. *Sub libro Betulæ raro; aut. (v. s.)*

Obs. Analogia cum *S. ciliata* evidentissima, sequentis cum *S. tortuosa* e. s. p.; sed etiam tuberculo neglecto admodum diversæ.

186. *S. pulchella*, circinata, peritheciis globosis decumbentibus, ostioliis longissimis flexuosis obtusis.

Pers.! *syn. p. 43. A. S. p. 22. Nees Syst. p. 305. f. 333. optime. Schmidt Myc. Heft, 2. t. 1. Fries V. A. H. 1617. p. 98. a) minor, in Betula. Scl. Suec. exs. 146. b) major in Ceraso Moug. & Nestl. exs. n. 279.)*

b) minor, rostris brevibus. *S. pusilla. Wahl.!* *Lapp. p. 320.*

Perithecia præcedentis majora, firmiora. Ostiola quadruplo crassiora, decumbentia l. adscendentia, æqualia, apice primo junctæ, mox libera; extra corticem locis humidis exserta & flexuosa. Gelatina non profluit ut in priori. *Sub cortice Betulæ albæ, Cerasi, Prunorum; etiam Americæ, frequens. Per annum. (v. v.)*

187. ? *S. pentagona*, circinata, ostiolis rectis tere-
tibus rugosis ut plurimum pentagonis.

Pers. syn. p. 42.

“Ad majores & elegantiores hujus familiae per-
tinet. Sphaerulae totae corticis substantia tectae (!).
Ostiola atro-nitida, in cylindrum crassum obtusum
approximata, primo sulcato-angulata, demum di-
stinctius 4 - 5-gona. *In ramis Sambuci Ebuli?*” Per-
soon. l. c. “*Lauri Sassafras*”. Schwein. l. c.

Species mihi ignota & a *S. Sorbi* non diversa
videtur. Distinctas tamen varii statuunt. Ad hanc
vero l. *prunastri* juniores specimina mihi missa per-
tinent. *Speciem tam evolutam in mollibus Ebuli cau-
libus eniti posse*, Thomas totus sum! Sed Schwei-
nizii species, a me non visa, forsitan melior & sic
restituenda haec Sphaeria!

188. *S. operta*, circinata, peritheciis crusta tenera
atra tectis, ostiolis rectis longis scabris.

Schmidt Myc. Heft. 1. p. 60.

Perithecia exigua, cortici interiori immersa,
subinde irregulariter aggregata, superne crusta te-
gente juncta. Ostiolarum peritheciis duplo longiora,
erumpentia, primo pro more convergentia, dein
erecta, apice perforata. Nudo oculo ut puncta irre-
gularia apparet. *In ramis populinis, Lipsiae, autumn.*

** 189. *S. hypodermia*, circinans, peritheciis globo-
sis crustula nigra tectis, ostiolis subglobosis
confertis nitidis.

*Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 49. (Scl. Suec. exs.
n. 32.)*

Perithecia perpusilla, distincta, pauciora in or-
bem regularem disposita, cortici interiori subimmer-
sa, erectiuscula, minime pustulata, collis subjunctis,
apicibus exsertis l. ostiolis in discum tuberosum
nigrum nitidum stipatis. *In ramulis emortuis Ulmi,
aut. (v. v.)*

190. *S. vasculosa*, circinans, peritheciis subovatis, ostiolis longis apice incrassatis in discum opacum transversim erumpentem junctis.

Eries V. A. H. l. c. p. 99. S. oblonga. Sowerb. t. 374. f. 7. Ob defectum conceptaculi (an prætervisi?) hoc loco, alias melius ad S. melaspermam, citanda.

Species ænigmatica ob ingentem analogarum specierum numerum in ditissima Betula; tamen a *S. melasperma* &c. certe diversa. A *S. pulchella* affini differt perithecorum situ & ostiolis apice dilatatis discum formantibus. *Sub epidermide Bctulæ. (v. v.)*

191. *S. conjuncta*, circinata, peritheciis globosis confertis, collibus brevibus, ostiolis in discum tuberculolum nitidum junctis.

Nees! Syst. p. 305. f. 557.

Pulchra. Perithecia 3 — 9 in circulos subregulares stipata, leviter decumbentia, juniora materia crustacea albida fugaci evidentius collecta, quam plurimæ aliæ. Discus erumpens, orbicularis, punctiformis, omnino *homogeneous* h. e. ex solis ostiolis junctis formatus. *In ramis Coryli vere. (v. s.)*

192. *S. decumbens*, circinata, immersa, peritheciis confertis, ostiolis exsertis subteretibus in cylindrum brevem junctis.

S. decumbens. Schmidt! ined.

Pusilla. Perithecia in speciminulo viso subseena, globosa, erectiuscula, ob epidermidem non secedentem immersa; colla admodum brevia; ostiola valde prominentia, teretiuscula, brevia, conferta, rigida, sublibera, lævia, nitida, obtusa. *In Pino Lusaticæ. (v. s. in herb. Kunz.)*

*** 193. *S. thelebola*, circinata, libera, peritheciis globosis decumbentibus, ostiolis exsertis subglobosis confertis lævibus, primo papillatis.

Præcedente major. Perithecia subsena, conferta, valde decumbentia, collis convergentibus subjunctis. Ostiola valde prominentia, incrassata, perithecia minuta referentia, inæqualia, primo papillata, dein umbilicata nitida, rigida, unde rami, quibus innascitur, ad tactum asperi. Est *S. capsularis* analogæ. *Ad ramos alneos.* (v. v.)

194. *S. umbilicata*, circinata, parva, ostioliis confertis subcupularibus asperis. *Pers. syn. p. 45.*

“Inter minores hujus familiæ species numeranda. Ostiola prominent, ad tactum aspera, apice excavata l. profunde umbilicata”. *Pers. Rarior ad ramos coryleos. In Lonicera sempervirente Carolinae.*

195. *S. quaternata*, circinata, peritheciis subquaternis nudis decumbentibus, ostioliis brevibus obtusis lævibus pertusis.

Pers. l. Obs. 1. p. 64. Syn. p. 45. t. 2. f. 1. 2. A. S. p. 23. Nees Syst. f. 336. Schum. ! Scall. 2. p. 60. Dec. Fr. 6. p. 127. Fries V. A. H. 1817. p. 103. (Scl. Suec. exs. n. 9.)

b. americana, major. Schwein. l. c. n. 110.

Perithecia 3—6 decumbentia, circinantia, libera, ovata, ceteris plerisque majora. Ostiola brevia, subincurva, epidermidem perforant, sed non prominent, inter se quidem libera, sed discum minimum convexum tuberosum plerumque opacum formant. *Copiose sub cortice Fagi, Aceris, &c. b. etiam in ramis Rhois glabræ. Perennis* (v. v.)

196. *S. furfuracea*, irregulariter circinans, peritheciis globosis pulvere furfuraceo immixtis, ostioliis brevissimis junctis obsolete prominulis.

Fr. V. A. H. 1817. p. 105. Myo. Hest. 2. p. 49.

Præcedenti affinis, præcipue indole & magnitudine perithecorum, sed diversa ostioliis in discum obsoletam, corticem non superantem, junctis, pulvereque lutescente-cinereo peritheciis im-

mixto. Hoc procul dubio oritur a cortice interiori, a quo junior subincrustedata est. *Sub arborum cortice.* (v. v.)

197. *S. vestita*, circinata, peritheciis confertis globosis, flocco mucoso. lutescenti-pallido subevanescente obductis, ostiolis junctis.

(Scl. Suec. exs. n. 250.)

Similis *S. ovinæ*; vere circinata, rostelloque instructa; demum magis nuda. Variæ ex hac tribu quidem juveniles floccoso-urfuracæ, sed non ita persistenter, peritheciis jam evolutis. *Sub epidermide Ribis rubri, raro. Aut.* (v. v.)

Obs. *Sphæria olivacea* Pers. vix hujus loci, cum nullus adest discus. *S. strumella* defectu omnis vestigii pulveris olivacei diversa videtur. Quadrat optime descriptio in priorem, quæ vero loco distincta. Hinc ut dubia deleatur.

*** 198. *S. acclinis*, circinata, minuta, peritheciis subquinis globosis erectis, ostiolis parallelis stipatis incrassatis prominentibus.

Admodum pusilla. Perithecia subimmersa, materia corticali cincta, globosa, minus conferta, sed colla basi inclinata; ostiola cæspitose erumpunt, admodum prominent, stipata, globoso-teretia, nitida, brevia, pro ratione crassiuscula, obtusa. Similem vidi nomine *S. acutangulæ* Pers. *In ramis tenuioribus Pyri Mali.* (v. s.)

199. *S. convergens*, circinata, minuta, peritheciis subsenis ovatis, ostiolisque convergentibus teretibus subattenuatis erumpentibus.

Tod. Meckl. 2. p. 39. f. 111. Pers. syn. p. 46. Fries V. A. H. 1817. p. 99. Sowerb. t. 374. f. 6. (non obstat.)

Primo obtutu a priori differt cæspitulorum minimorum confertorum punctiformium fissa epidermide minus prominentium facie, quam icon Todei optime exprimit. Perithecia subimmersa, non de-

cumbunt, sed leviter convergunt, ostioliis apice perforatis. *In cortice lavigato, rarior.* (v. s.)

199. b. *S. pusilla*, circinata, minutissima, peritheciis globosis decumbentibus, ostioliis rectis subascendentibus teretiusculis.

Pers. syn. p. 46 t. 1. f. 14. a.

Minutie & peritheciis subternis non immersis distinguitur. *Parasitat in S. velata sub epidermide ramorum Tiliæ.*

200. *S. abnormis*, circinata, pusilla, peritheciis globosis liberis, ostioliis in disco spurio prominulis solitariis.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 49.

Perithecia suboctona, minuta, vix decumbentia, pusilla, sub rimis tuberculis in ramis Sambuci nigrae nidulantia. Colla leviter convergunt, in rima citata, quæ discum æmulatur, erumpunt solitaria, nec ut in reliquis conjuncta. *Sub epidermide rara suo loco, autumno.* (v. v.)

Obs. S. pruinosa, decedens &c. vide inter S. Simplicis. S. perforata Sowerb. t. 372. f. 2. ex sola icone non definienda.

Trib. XIII. CÆSPITOSÆ.

Lichen-Agaricus: ord. 111. *Mich. gen. p. 105. S. Cæspitosæ. Pers. syn. p. 48. Schmidt l. c. p. 20. S. impositæ. Nees syst. p. 298.*

CHAR. Stroma subrotundum, determinatum, convexum, grumosum, spurium l. a matrice formatum. Perithecia superficialia, simplicia, libera, absque collis elongatis, ostioliis æqualibus l. rarius rimosis, gelatina primo facta, demum evacuata. Asci breves, sporidiis simplicibus perexiguis. *Superficiali-innatae, stromate suberumpente l. obliterate, in corticibus arborum emortuis.*

†. Ostiolo papillæformi.

- * 201. *S. cinnabarrina*, cæspitosa, peritheciis globosis corrugatis cinnabarrinis decolorantibus, ostiolo papillæformi.

Mich. gen. p. 105. n. 2. Hall. helv. n. 2189. Tod. ! Meckl. 2. p. 9. f. 68. S. fragiformis. With. Arr. IV. p. 391. Sowerb. t. 256. S. decolorans. Pers. ! syn. p. 49. Fries V. A. H. 1817. p. 105. S. Pezizoidæa. Dec. Fr. 6. p. 125. var. a. (Scl. Suec. n. 184. Holl. & Schmidt ! n. 34. Moug. & Nestl. ! n. 570.)

Stroma Tuberculariis maxime affine, ne dicam idem; sæpe pro magna parte denudatum & vera Tubercularia. Perithecia juniora lætissime colorata, demum fusciscenti-expallentia, subcollapsa; sed a *S. Cucurbitula* vere diversa. *In ramis arborum frondosarum, frequens; etiam in America. Hieme, vere. (v. v.)*

202. *S. coccinea*, cæspitosa, peritheciis ovatis lævibus læte rubris, ostiolo papillæformi.

Mich. gen. l. c. n. 3. S. Mori. With. & Auct. plur. — Sowerb. t. 255. S. decidua. Tod. Meckl. 2. p. 31. f. 104. S. coccinea. Pers. ! Syn. p. 49. Ic. & descr. t. 12. f. 2. Fries V. A. H. l. c. p. 106. Dec. Fr. 6. p. 126. S. decolorans. Schum. ! Sæll. 2. p. 165. (Scl. Suec. 183.)

Stroma varium, sublutescens. Perithecia tenuia, sed non regulariter collabescentia, variant colore plus minus intenso; ochraceo-rubro vidi in *Betula*. *E frequentissimis in cortice arborum frondosarum & Abietis, etiam Kamtschatkæ & America. Hieme, vere. (v. v.)*

- β. *parasitica*, peritheciis aggregatis, subiculo oblitterato. *Fr. l. c. A. S. p. 24.*

In Sphæriis, unde his destructis perithecia stromati nigro insidere videntur. *Fassim. (v. v.)*

- γ. *sanguinella*, peritheciis subsolitariis erumpentibus, stromate nullo. *l. c.*

δ. *Moxi Weig.*

Minor, sæpe purpureo-coccinea. Cum *S. sanguinea* sæpe commutata. *Rarior v. c. in cortice Tiliae &c.* (v. v.)

203. *S. Ribis*, cæspitosa, stromate compacto, peritheciis subglobosis lævibus fusco-purpurascentibus, ostiolo papillæformi.

Mich. gen. l. c. n. 4. Trem. granulosa. b. Retz.!
in V. A. H. 1769. p. 250. S. Ribis. Tod.! *Meckl.*
2. p. 31. f. 103.

b. stromate villosio-appendiculato. S. appendic. Pers. syn. p. 50. Fries V. A. H. l. c. p. 107. Schum.! *l. c. p. 165. S. Laburni. b. Pers. Obs. 1. p. 69.*

Cæspites subrotundi, transversim erumpentes, 1—2 lin. & ultra. Stroma inferius corticale lutescens, superius rubens, cui perithecia quædam imperfecta immersa, quæ dissecta puncta albida referunt. Perithecia facile decidua, primo purpureo-rubra, dein fuscescentia, massa ceracea alba farcta; "alia cera nigrofusca farcta" *A. S. p. 25. In ramis Ribis rubri; etiam Americæ. Hieme — vere.* (v. v.)

** 204. *S. Laburni*, cæspitosa, stromate subcompacto, peritheciis globosis rugulosis nigris, ostiolo papillæformi.

S. Laburni. Pers.! *syn. p. 50. Obs. Myc. 1. p. 69. A. S. p. 24. Fries V. A. H. 1817. p. 110. Nees syst. f. 325. (Scl. Suec. exs. n. 34).*

Tota atra, cæspitibus pro ramorum crassitie magnitudine variis, sæpe confluentibus. Perithecia primo massa ceracea farcta, dein evacuata. — *Mich. t. 54. f. 5. (in Anagyride foetida) ex habitu iconis huc referenda. In ramis, frigore enecatis, Cytisi Laburni. Hieme — vere.* (v. v.)

205. *S. populina*, cæspitosa, stromate compacto, peritheciis ovatis lævibus atris, ostiolo papillæformi.

Pers. Obs. 2. p. 67. t. 5. f. 10. II. Syn. p. 50. Fries V. A. H. 1817. p. 50.

Præcedenti similis, sed perithecia magis prominentia, oblongo-ovata, lævia, subnitida, primo massa ceracea facta. Cæspites sæpius amplos, sed & vidi exiguos; in his perithecia minus divergunt, subconnata. *Ad ramos populinos. Hieme, vere. (v. v.)*

β. elatina, stromate subobliterato, peritheciis globoso-ovatis. *A. S. p. 24.*

Forsan species distincta. *In ramulis Pini Piceæ & Ledi. Majo.*

206. *S. Micheliana*, cæspitosa, stromate corticali, peritheciis obovatis lævibus collabescentibus nigris, ostiolo papillæformi.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 37.

Stroma proprium nullum. Cæspites subrotundi, subeffusi, varii. Perithecia nitida, collabescendo inæqualia, Pezizoidea. *S. Cupulari affinis. In ramis exsiccatis quercinis. (v. v.)*

207. *S. conglobata*, cæspitosa, peritheciis subglobosis rugulosis nigris, ostiolo papillæformi obsolete.

Tremella granulosa. a. Retz. in V. A. H. 1769. p. 250. S. conglob. Fries Obs. 1. p. 176. V. A. H. 1817. p. 110.

b. elliptica, major.

Species minor. Cæspites subrotundi, lineam lati, prominentes; reperiuntur & individua solitaria. Perithecia opaca, rigida, facta; ostiola sub lente tantum distingui possunt, quare facile pro astoma haberes. *Ad ramos exsiccatos Coryli & Betulæ. Aut. — vere. (v. v.)*

208. *S. inversa*, cæspitosa, peritheciis perexiguis subovatis lævibus nitidis nigris, apice umbilicatis.

Fries V. A. H. 1817. p. 111. Kunz. Myc. H. 2. p. 36.

Cæspites minuti, subrotundi l. elliptici, prominentes. Stroma pro ratione compactum atrum. Pe-

Perithecia microscopica, subdivergentia, rigida, farsa. Ostiolia S. Thelebolæ non æsimilia. An junior ætas sit Tympanis alneæ, dubitamus. *Ad ramulos alneos raro.* (v. v.)

** Ostiolis simplicibus; sæpe rimose dehiscentibus.

* 209. *S. Cucurbitula*, cæspitosa, peritheciis ovato-globosis lævibus aurantiorubris, collapsis cupulæformibus, ostiolo obsoleto.

Tod. Meckl. 2. p. 58. f. 110. Pers. syn. p. 53. Nees syst. f. 327. A. S. p. 26. Fries in V. A. H. 1817. p. 107. S. Pezizoidea. b. Dec. Fr. 6. p. 125. (Scl. Suec. exs. n. 263.)

Cæspites subrotundi, rarius elongati, 1—3 lin. longi. Perithecia mollia, tenacia, in formam Pezizoideam regulariter collapsæ; nec senio laceratæ. *In cortice arborum frondosarum raro; frequens in Pino & Melia Azederach. Hieme miti — vere.* (v. v.)

210. *S. punicea*, cæspitosa, peritheciis globosis lævibus puniceis astomis, collabescendo concavis.

Schmidt Myc. Heft. 1. p. 61.

Cæspites exigui, $\frac{1}{2}$ lin. lati, subrotundi, seriatim erumpentes. Perithecia perexigua, armato oculo tantum distinguenda, mollia, late punicea, intus rosea, sporidiis ovatis. *In ramis Rhamni Frangulæ, autumnno.*

211. *S. Berberidis*, cæspitosa, peritheciis globosis astomis, primo rubris, mox rufofuscis, demum rimoso-rugosis nigris.

Pers. syn. p. 52. A. S. p. 25. Fries V. A. H. 1817. p. 108. Nees syst. 1. f. 324. S. rufofusca. Fries Obs. 1. t. 4. f. 3. in jun. æt. (Scl. Suec. exs. n. 35. Holl. & Schmidt! exs. n. 7.)

Cæspites magnitudine varii, sæpius elongati, stromate tenui fusco-atro. Perithecia juniora lævia, mox decolorantia, farsa, rimose dehiscentia. *In ramis Berberidis emortuis, frequentissime; etiam America. Per annum.* (v. v.)

212. *S. naucosa*, cæspitosa, peritheciis coacervatis globosis lævibus fusciscenti-nigris astomis.

Fries in Myc. Heft. 2. p. 36.

Cæspites minuti, rotundati l. angulati. Perithecia semper lævia, opaca, sæpe polysticha; intus nunc farcta, nunc evacuata, semper alba. Stroma vix ullum. Pro *S. Ribis*, a qua vero nostra diversa, habita videtur ab A. S. *In ramulis Ulmi, raro. Aut. (v. v.)*

*** 213. *S. varia*, cæspitosa, peritheciis astomis atris; aliis minoribus ovatis cavis; aliis majoribus subglobosis farctis.

Pers. syn. p. 52.

“Transversim erumpens. Inter minores observantur nonnullæ, quæ duplo majores & pomiformes sunt, intus farctæ, disco subumbilicatæ, lineam latæ” *Pers. Ad ramos Pruni Cerasi, rarissime; sed & Americæ.*

214. *S. acervata*, cæspitosa, peritheciis turbinatis læviusculis astomis nigris, collabescendo cupulæformibus.

Cum sequente a plerisque commutata, sed evidentius erumpens; stromate proprio nullo, peritheciis majoribus, inter se liberis turbinatis, semper nudis admodum diversa. Nec cum *Tympani* conspersa, eisdem locis obvia, confundenda. *Ad cortices Pyri Mali &c. Hieme, vere. (v. v.)*

215. *S. cupularis*, cæspitosa, peritheciis globosis rugulosis astomis nigris, collabescendo cupulæformibus.

S. Cucurbitula. b. nigrescens. Tod. Meckl. 2. p. 39. fide Pers. — S. Cupularis. Pers. ! Obs. 1. p. 65. Syn. p. 53. t. 1. f. 9, 10. A. S. p. 26. Fries V. A. H. 1817. p. 112. S. Pruni. Schum. ! Sæll. p. 164. (Scl. Suec. exs. n. 231. An Holl & Schmidt! n. 6?)

Cæspites subirregulares, stromate tenui nigro. Perithecia mollia, exacte globosa, sed sæpius arcte collapsa reperiuntur exacte Pezizam e Ceracellis referentia, absque ostioli vestigio. Summa mihi videtur affinitas cum *S. tristi*. In ramis arborum exsiccatis passim v. c. *Ulm*i, *Carpini*, "*Tilia*" &c.; etiam *Americæ*. Hieme — vere. (v. v.)

216. *S. Rhamni*, subeffusa, peritheciis rotundatis concentrice sulcatis astomis nigris, collabescendo umbilicatis.

Nees! Syst. p. 299. f. 326. *S. lacunosa*. *Fries V. A. H.* 1817. p. 111. (pr. parte ad *S. pulicarem* &c.)

Cæspites longitudinaliter effusi locis cortici orbatis, irregulares, stromate tenui nigro l. oblitterato. Perithecia inter se libera, subaggregata, alia distantia, nuda, opaca; collabescendo apice depressa, rima una alterave concentrica rugosa. Ad ramos exsiccatos *Rhamni* &c. Vere — æst. (v. v.)

**** 217. *S. pulicaris*, cæspitosa, difformis, stromate a cortice formato, peritheciis perexiguis stipatis rimoso-dehiscentibus, collabescendo complanatis.

Fr. l. c. in Observ. S. pulicaris. Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 37.

Minima in hac tribu. Cæspites subrotundi l. elliptici, in tuberculis rimosis prominentibus corticis nidificant, planiusculi; stroma ab his tuberculis formatum, e fuligineo-nigrescit, subinde carnosum. Perithecia superficialia, confertissima, astoma, opaca, demum subcupulata. In ramis *Sambuci nigrae* recens emortuis. Aut. (v. v.)

218. *S. morbosa*. cæspitosa, maxima, stromate corticali bullato, peritheciis irregularibus stipatis lævibus, collabescendo umbilicatis.

S. morbosa. Schwein! l. c. n. 134.

“Ramulos crusta deformi, bullosa, nigra, ad pollicis crassitiem obducit. Huic insident ubique densissime innumeræ sphæraulæ, minores, irregulares, atro-nitentes, astomæ aut minutissime papillatæ, applanatæ l. umbilicatæ, continentes gelatinam albam conflata ex ascis clavatis. Crustæ subjacet cortex defiguratus arboris, nam cortex ramuli extenditur ad longitudinem pedalem in massam spongiosam, $\frac{1}{2}$ unc. crassam, versus ambitum cavernulis aliquot irregularibus refertam, quarum parietibus interne granula gummi adhærent &c.” *Ad ramulos Prunorum omnium languescentes, quarum morbum lethalem efficit, in Carolina. (v. s.)*

Tuberculum corticale a Cyniphe omnino formatum videtur, cui demum innascitur hæc Sphæria admodum paradoxa.

219. *S. Vaccinii*, cæspitosa, superficiali-innata, peritheciis subglobosis farctis astomis, primo villosis, dein nudis.

S. Vaccinii. Sowerb. t. 373. f. 1. status senilis. Fries! S. accumulata. Pers.! ined. (Scler. Suec. exs. n. 51. Moug.! & Nestl. n. 665.)

Cæspites minores, subrotundi, sæpius irregulariter confluentes, vere *superficiali — innatæ!* Perithecia minuta, coacervata, subconnata, passim obmutuam pressionem oblonga, aterrima, opaca, astoma; villo in junioribus Sclerotii — l. Dothideiformibus evidenti, in adultis evanescente, intus albedo-farcta. *In ramis Vaccinii Vitis ideæ vivis; sed in emortuis primum fructificat. Hieme, vere. (v. v.)*

220. *S. Nidula*, cæspitosa, superficiali-innata, peritheciis stipatis ovatis acutis glabris atris.

Sowerb. t. 394. f. 2.

Cæspites minuti, sublanceolati, stromate proprio vix ullo. Perithecia subconnata papillata? An hujus loci. *Reperta in Anglia ad radices fabarum locis excavatis. (v. ic.)*

Species inquirendæ :

1. *Mich. t. 55. f. 5.* (qualis nempe in *Anagyride fœtida*; ceterum in n. 205, 207 non male quadrat.
2. *S. angustata.* Schum. Sæll. 2. p. 163. Pusillitate & stromate deorsum angustato insignis. *In cortice Pini.*

Obs. S. fissivela. *Tod. Meckl. 2. p. 18. f. 86.* erronea depicta (cf. p. 63.) revera est status *Tympanis conspersæ.* — *Lycop. pisiforme* Huds. Angl. 2. p. 644. ad species nigras pertinet. — *Cf. Trib. sequ.*

Trib. XIV. CONFLUENTES.

Monostichæ & Cæspitosæ. *Pers. syn. p. 28, 48.*

CHAR. Stroma tenue, subrotundum l. effusum, indeterminatum, vere innatum; pro maxima parte ex peritheciis connascentibus ortum. Perithecia tenuia, simplicia, mollia, connata; primo immerso-innata, dein erumpentia, subliberata; primo albidofarcta; demum evacuata. Asci cylindrici, sporidiis subovatis septatis. *Erumpenti — innatæ, l. juniores innatæ, sub epidermide nidulantes, dein liberatæ; in ramis &c. nuper emortuis; immo vivis.*

A Concretescentibus quibus ex analogia habitu simillimæ, defectu colli peritheciisque emersis facile distinguuntur. Olim forsàn *S. Agaricolæ* (n. 32 — 36) melius huc referantur, limitesque a priori tribu acutius determinantur.

- * 221. *S. gyrosa*, subrotunda, confluens, aurantio-miniata, stromate lutescente, peritheciis gyrosis pulverulentis, demum prominulis.

Schwein.! l. c. n. 24.

Minor, gregaria, sub ipsa epidermide innata, mox erumpens, planiuscula, dein subrotunda, e tuberculis variis aspera, subgyrosa. Perithecia e tribus more primo immersa, connato-latentia, demum

prominula, teretia, pauca, radiatim divergentia, gelatina albida farcta; ostiola nulla distincta. Vera hujus tribus species quoad vegetationem; ceterum Cenangiis junioribus v. c. C. Cerasi non absimilis. *In cortice languescente & vivo Fagorum & Juglandorum Carolinæ.* (v. s.)

222. *S. melogramma*, subrotunda, obconica, nigrescente-fuliginea, peritheciis confluentibus subprominulis.

Lichen-Agaricus &c. *Mich. gen. p. 105. t. 54. f. 2. Hall. helv. n. 2187. Variolaria melogramma. Bull. Champ. p. 182. t. 492. f. 1. S. melogr. Pers.! syn. p. 13. Dec. Fr. 2. p. 288. Fries V. A. H. 1816. p. 139. S. ocellata. Pers. disp. p. 2. S. caudata. Schum.! Scell. 2. p. 169. (Moug. & Nestl.! exs. n. 274.)*

In series elongatas erumpens, subconfluens, orbicularis, superne planiuscula; extus sæpius atra, opaca; intus fusco-l. ferrugineo-nigra, disco subgriseo. Peritheciis proprie cæspitosa & obovata, sed confluentia, absque ostiolis distinctis, reperiuntur etiam individua solitaria & simplicia. *Ad ramos Fagi silvaticæ languescentes Europæ passim copiose; rara in Suecia. Aut. — vere.* (v. v.)

223. *S. Quercuum*, subelliptica, planiuscula, nigra, peritheciis subglobosis albifarctis connatis, papillis prominulis.

Schwein.! l. c. n. 125.

Gregaria, minuta, lineam circiter longa, difformis, elliptica l. lanceolata, ostiolis prominulis rugulosa, opaca, tota atra. Perithecia stromate tenui insident, sed nullo tecta l. cincta, demum evacuata intus atra. Mihi præcedenti affinis visa; intermedia specimina in Europa. *In cortice juniore Quercus Carolinæ.* (v. s.)

224. *S. Castaneæ*, ovata, planiuscula, atra, peritheciis confluentibus truncatis rugulosis papillatis.

Schwein! l. c. n. 124.

Cæspites difformes, ovati, 3 lin. longi, confertim nascentes, pro more erumpentes, epidermide cincti. Stroma tuberculosum, fusco-nigrum, subelevatum. Perithecia globoso-depressa, pauca l. numerosa (30-100), manifeste papillata, papilla cum superiore parte decidua inania, apum cellulas referunt. In juniore ætate intus albido-farcta. *Frequens in Castanearum cortice Carolinae, aut.* (v. s.)

225. *S. Calycanthi*, subovata, prominens, atra, peritheciis confluentibus depressis lævibus albifarctis subpapillatis.

Schwein! l. c. n. 126.

Cæspites minuti, lineam lati, parum prominentes, sparsim erumpentes, "stromate byssoide". Perithecia minuta, opaca, parum difformia, circiter 12, alia astoma, alia papillata. *In ramis emortuis Calycanthi, Carolinae.* (v. s.)

226. *S. Gleditschiae*, difformis, atra, stromate spadiceo, peritheciis conicis connatis farctis atris astomis.

Schwein! l. c. n. 31.

Cæspites sparsi, 2 lin. longi & infra, sparsim erumpentes. Stroma videtur corticale. Perithecia subdena. Antecedentes species admodum inter se affines videntur. *Frequens in cortice Gleditschiae Carolinae.* (v. s.)

227. *S. Dulcamaræ*, subrotundo-elongata, atra, stromate tenui virente, peritheciis globoso-depressis coacervatis granulatis primo papillatis, dein pertusis.

Schmidt! Myc. Heft, 1. p. 62.

Cæspites subrotundi, sæpius vero longitudinaliter elongati, immersi, 3 lin. longi. Stroma fere ut in *S. chloromela* sequentis tribus. Perithecia confluentia, subpolysticha, albidofarcta, viva nitida, sicca opaca. *In ramis Solani Dulcamaræ Lipsiae.* (v. s.)

Inter Cæspitosas & Seriatas fera media. Locus natalis quoque in frutice subherbaceo.

** 228. *S. insidens*, effusa, stromate subrotundo innato fusco-nigro, peritheciis emergentibus confertis ovatis flexuosis subpapillatis.

Schwein! l. c. n. 22.

Stroma innatum, ex habitu superficiale, sed revera matrici basi immersum & subcircumscriptum, difforme, opacum, ex parte sterile. Perithecia plus minus emersa, difformia, farcta, ad dimidiam magnitudinem seminis Papaveris accedentia. *In ligno & præcipue corticibus suffusa Carolinæ. (v. s.)*

229. *S. acinosa*, effusa, interrupte erumpens, atra, peritheciis globosis in crustam scabrosam irregularem aterrimam confluentibus, ostiolis latentibus.

Pro typo tribus facile haberem. Latissime effusa, sed interrupta, stromate *innato*, sub epidermide latente, fusco-atro, cui primo immersa perithecia globosa, dein erumpenti-prominula, confluentia in valde difformes plagas, sæpius inter se epidermide stipante discretas; intus primo albo-farcta, dein nucleus ater, tandemque evacuatus. *In cortice crassiore Tiliæ. Mougeot. (v. s.)*

230. *S. elongata*, nigra, stromate longissimo ambiente effuso, peritheciis primo immersis, dein erumpentibus subcæspitosis globosis, circa ostiolum papillæforme annulato-depressis.

Fries Obs. I. p. 175. V. A. H. 1817. p. 109. (Scler. Suec. exs. n. 33.)

b. minus evoluta, astoma. *S. scabra. Schmidt! Myc. Heft. I. p. 58. (Deutschl. Schw. n. 203.)*

Præcedenti affinis. Stroma vere innatum, cum cortice concretum, ejusque fibris intertextum, opacum, fuligineo-nigrum, pro crassitie rami, quem ambit, plus minus crassum. Perithecia primo farcta,

stromati ut puncta alba immersa, polysticha, dein emersa astoma conferta, demum cespitosa & confluentia, depressa, papillata, cera nigra farcta; variant opaca & nitida, rugulosa & lævia &c. *Ad ramos emortuos Robinia Pseudacaciae, varo alios. Perennis.* (v. v.)

β. *Coronilla*, stromate tenuissimo, peritheciis in series elongatas erumpentibus. *Fr. l. c.*

Media quasi inter priorem & *S. Laburni*; cum illa convenit perithecorum indole; cum *S. protracta* vegetatione seriata. Stroma in *S. elongata* vera non parum a matricis indole pendere videtur Cf. *S. anomiam, profusam* &c. *In ramis Coronilla Emeri.* (v. v.)

γ. *simplex*, stromate subobliterato, peritheciis solitariis. (*Scl. Suec. n. 232.*)

Cum præcedentibus in ramis tenuioribus mixta; *sola in Cytiso sessilifolio* &c. (v. v.)

231. *S. fuliginosa*, subeffusa, erumpenti-innata, peritheciis confluentibus globosis farctis astomis fuliginoso-nigris.

Pers.! *Obs. 2. p. 68. Syn. p. 52. Fries V. A. H. 1817. p. 109.*

Affinis præcedentibus, sed admodum notabilis cortice interiori sub stromate proprio nigro tenuissimo ad subiculum crassum subceraceum olivaceo-luteum turgescente. Perithecia inæqualia, astoma, nunc libera, nunc confluentia, læviuscula, opaca, demum poro simplici pertusa. *Ad ramos salicinos, nec alios. Vere.* (v. v.)

232. *S. Dothidea*, subrotunda, erumpenti-innata, stromate pallide fusco, peritheciis globosis subimmersis albofarctis.

S. Dothidea. Moug.! *in litt.*

Qualem vidi ad *Dothideam* facile pertinet, sed junior fuit status præcedentibus in hac ætate ana-

logus. Sub cortice tenui observantur tumores orbiculares, 2 — 3 lin. lati, epidermide in rimas flexuosas dehiscente tecti, sub qua latet stroma fusco-atrum, tuberculo corticali subprominente incumbens. Perithecia primo immersa, cellulas albas referunt; adulta non vidi, sed procul dubio emersa. *In ramulis dejectis Fraxini.* (v. s.)

Obs. S. Diospyri prope accedit; sed epidermide constanter tegitur indeque collum exserit nec ipsa erumpens est. *S. subsecta* vero Concrecentes cum sequentibus omnino jungit!

*** 233. *S. Spartii* Nees, nigra, stromate tectis ambiente effuso, peritheciis erumpentibus ovatis aggregatis confluentibusque, ostioli obtusis.

(Scler. Suec. exs. n. 254. Schmidt & Kunz! exs. n. 178. Moug! & Nestl, exs. n. 664.)

In speciminibus optime evolutis adest stroma, ut in *S. elongata*, sed in ramulis, ubi hoc desideratur, simplex, cum illius varietate ita dicta analogo. Junior cortice omnino tecta, dein erumpens; ostioli truncatis demum pertusis epidermidem perforantibus. Nucleus primo albus farctus, demum evacuatus. *In ramis Spartii Scoparii exsiccatis. Perennis.* (v. v.)

234. *S. fissa*, stromate villosifurfuraceobadio, peritheciis globosis subconfluentibus rugulosis papillatis, demum dehiscens.

Pers. syn. p. 79. A. S. p. 40. Fries V. A. H. 1817. p. 252.

Stroma tenue, subcorticale, indeterminatum, Perithecia seriatim disposita, erumpentia, majuscula, juniora fuscescentia. An cum priori ad Simplices ableganda? *An ramos exsiccatos Rosæ, vere.* (v. v.)

235. *S. mutila*, atra, stromate innato, peritheciis confluentibus globosis, superiore parte prominente inæquali rugosa, ostiolo simplici.

Perithecia in series flexuosas erumpunt, confluent, intus albido-farcta, demum evacuata atra; stromate vix genuino, sed cortex nigrescit. Affinitas cum Sclerot. Sphæroide Pers. *Sub epidermide ramorum Populi.* (v. v.)

236. *S. protracta*, atra, stromate tenuissimo, peritheciis subglobosis exiguis papillatis in seriem linearem per paria confluentibus.

Pers. syn. p. 54. Nees! Syst. p. 297. f. 322.

Reliquis minor, *S. parallele*, longissimæ &c. analoga; longitudinaliter erumpens, seriebus primo brevibus (2 — 4 lin. longis); dein confluentibus uncialibus usque, sed $\frac{1}{2}$ — 1 lin. tantum latis. Perithecia exigua subdepressa, in serie simplici l. gemina disposita, non prominentia, ostiolis brevissimis obtusis subrugoso-angulatis. *In ramis Aceris campestris.* (v. s.)

*** 237. *S. pithyophila*, atra, stromate tenui, peritheciis erumpentibus confertis primo globosis papillatis, dein pertusis, demum collabescendo-concavis.

(Schmidt & Kunz! exs. n. 133.)

Superficialem primo obtutu facile diceret; sed accuratius inspecta erumpens & innata mihi visa est, quod quoque testantur perithecorum indoles & locus natalis. Stroma crustaforme, raro deest. Perithecia fere libera, secundum rimulas epidermidis aggregata, raro confluent, lævia, opaca; intus primo albido-farcta. *Ad corticem truncorum & ramorum adhuc vigentium Pini silvestris in Lusatia. Vernalis.* (v. s.)

238. *S. mucosa*, effusa, mollis, erumpens, confluens, astoma, primo rubescens, demum opaca nigrescente-grisea.

Pers. Obs. 2. p. 68. Syn. p. 29. A. S. p. 12. Dec. Fr. 6. p. 122.

Stroma proprium vix ullum; sed ipsa perithecia per epidermidem erumpentia confluentia in maculas 1—3 unc. latas; ceterum globosa, mollia, in siccis rugosa. Quoad vegetationem omnino hujus tribus species. In fructu Cucurbitarum Pesonis &c., etiam Americæ. Hieme, vere. (v. s. a Cl. Kunz. miss.)

Species affinitatis dubiæ :

S. divergens, cæspitosa, atra, receptaculo papyraceo, ostioliis longissimis rectis divergentibus. Schwein!
l. c. n. 123.

Perithecia epipherica, sed erumpentia esse rostella testantur. In ramis Liquidambaris dejectis, (v. s.)

S. genistalis &c. vide Dothideam.

Trib. XV. SERIATÆ.

Monostichar. spec. Pers. syn. p. 23. Granular. spec. Schmidt Myc. Heft. 2. p. 22.

CHAR. Stroma tenue, effusum, indeterminatum, tecto-innatum, granulosum, a parenchymate matricis corrosæ formatum l. nullum. Perithecia stromati insidentia, sed epidermide adnatâ primo tecta, demum subnuda, tenuia, simplicia, subglobosa, in series parallelas disposita, sæpius inter se connata, sed a matrice subdiscreta, atra, intus facta, sero evacuata, ostioliis brevibus. Asci clavati, sporidiis subsimplicibus. — *Immerso-innatae*, in caulibus herbarum emortuarum l. languescentium obviæ, peritheciis minoribus, epidermide secedente l. rupta nudis.

* 239. *S. polita*, stromate late effuso latente nigro, peritheciis cæspitose-erumpentibus subconnatis nitidis astomis.

Species admodum memorabilis, quoad stroma cum *S. elongata* analogâ, peritheciis acervulis *Doth. rubiformi* similis. Stroma tenue, effusum, cortice interiori innatum & cum hoc a caule de-

ciduum, tenerrima epidermide tectum. Perithecia seriata, primo immersa, dein caespitose erumpentia, conglomerata, laevia, prominentia, intus albido-cinerascentia. *In caulibus mortuis Heraclei Sphondylii Dresdæ.* (v. s. a Cl. Schubert miss.)

240. *S. canosa*, erumpens, tuberculosa, opaca, in series longissimas confluens, peritheciis cellulosus in stroma nigrum connatis.

Stroma effusum nullum. Caespituli minuti, subrotundo-inæquales, prominuli, e peritheciis connatis orti, tuberculosi, in plagas elongatas conferti erumpunt, ut nudo oculo distingui nequeant, demumque confluent. Perithecia primo tota connata, cellulas Doth. Ribesiae referentia, demum prominula, astoma. *In caulibus Umbelliferarum.* Schubert. (v. s.)

** 241. *S. rimosa*, tecta, lineari-oblonga, nebulosa, per rimas parallelas erumpens, stromate nigro peritheciis periphericis seriatis albo-farctis.

A. S. p. 13. t. 3. f. 1. Fries V. A. H. 1816, p. 151. Schmidt in Myc. Heft. 2. t. 1. f. 15.

Admodum pulchra, bullas sistit 1 - 6 lin. latas, $\frac{1}{4}$ - 2 unc. longas, acutas, stromate distincto, demum pulveraceo, peritheciis substrato. Perithecia minuta, stipata, inde compressiuscula, in series parallelas regulares stromate distinctis disposita, astoma. *Ad culmos Arundinis Phragmitis &c. locis nemorosis humidis. Vere.* (v. v.)

242. *S. flicina*, subinnata, parallela, confluens, nitida, nigra, per rimas parallelas erumpens, stromate nigro, peritheciis seriatis connatis.

S. Pteridis. Sowerb. t. 394. f. 10. Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 35. nec Rehbent. — nec A. S. Hyster. aquilinum Schum. Sall. 2. p. 152. S. rimosa. h. atra. A. S. l. c. (Scl. Suec. exs. n. 48. Schmidt & Kunz! exs. n. 202.)

A priori abunde diversa. Bullæ minores irregulares, varie confluentes, nitidæ, primo læves, dein ex peritheciis ostiolisve prominulis punctatæ; serius & minus distincte rimose ruptæ. Perithecia minus distincte peripherica & conferta, globosa, pro ratione majora. *In stipitibus Pteridis aquilinæ, copiose. Vere. (v. v.)*

243. *S. Junci*, tecta, dein rimose erumpens, subrotunda, tuberculosa, peritheciis seriatis nigrofartis, stromate nigricante primo immersis.

S. striæformis Junci. A. S. p. 15. S. Junci. Fries in (Scl. Suec. exs. n. 5. Schmidt & Kunz! exs. n. 152.)

Perithecia minuta, globosa, l. parum compressa (intus nigra, primo facta, dein evacuata), inter culmi fibras seriatis immersa, in stromate tenui nigro nidulanti, parva formant tubercula, culmi epidermide e fusco-nigrescente tecta. Tubercula convexa, prominula, pauca solitaria, plurima confluent in maculas irregulares 5—4 lin. latis; demum epidermide longitudinaliter rimosa perithecia emergunt subastoma. *In culmis exsiccatis Junci conglomerati effusique frequentissime, etiam Americæ. Per annum. (v. v.)*

244. *S. striæformis*, epidermide atrata innata tecta, demum medio rampens, lanceolata, brevis, acuta, peritheciis seriatis albofartis astomis.

(Scler. Suec. exs. n. 195, nec Moug. exs.)

Leptostoma refert, sed adsunt perithecia cellulæformia, serie simplici l. duplici disposita, sed non ut in priore immersa. Striæ confertæ, lanceolatæ, $\frac{1}{2}$ —2 lin. longæ, utrinque acutæ, parallelæ, atræ, opacæ, epidermide obiectæ, sed rima longitudinali rumpentes, sæpius in macula dealbata. *In caulibus exsiccatis herbarum majorum v. c. Epilobii angustifolii &c. Aut — vere. (v. v.)*

S. striæformis Auct. species plures complectitur, hinc nulla citavi synonyma. Persoon (Syn. p. 32.) suam

ad caules *Pastinacæ*? legit, forsan nestram, sed nuperrimè ad *Xylomata* retulit (Ic. pict. t. 17. f. 3. a.)

245. *S. arundinacea*, erumpens, linearis, nigra, stromate vix ullo, peritheciis 1-2-serialibus conatis subastomis, intus nigris.

S. arundinacea. Sowerb. t. 336. *S. striæformis* Arundinis. A. S. l. c.

Perithecia minuta, globosa, sæpius in serie simplici disposita, strias formant simplicissimas breves, sed passim confluentes $\frac{1}{2}$ — 1 unciales, semper vero angustissimas. In culmis arundinaceis denudatis nec epidermide tectis, ut *S. rimosa*, copiose in Kamtschatka; & America boreali in *Arundinaria macrospema*. Vere. (v. v.)

246. *S. Pedicularis*, erumpens, peritheciis liberis in seriem longissimam simplicem dispositis, intus albis.

Præcedenti affinis & a *S. longissima* peritheciis erumpentibus diversa. Perithecia admodum pusilla, seriata, astoma; in centro subinde biserialia. In caulibus *Pedicularium Sibericæ*. (v. s.)

*** 247. *S. linearis*, peritheciis uniserialibus globosis confluentibus in strias breves lineares, intus nigris, ostioliis minutis globosis prominulis.

S. linearis. Nees! ined.

Striæ breves, vix 2 lin. longæ, lineares, nigricantes, ex ipso caule suberumpentes nec solum epidermide tectæ. Ostiola fere superficialia. In caule *Solidaginis*. (v. s.)

248. *S. Anethi*, elongata, interrupta, rugosa, nigrescens, peritheciis cohærentibus subnudis papillatis, intus albobarctis.

S. microscopica. Ehrh. ! *Crypt. exs.* n. 222. *S. Anethi*. Pers. syn. p. 30. *Obs. Myc.* x. p. 47. Fries V. A. H. 1816. p. 152. (Scler. Suec. exs. n. 193. Schmidt & Kunz! Schw. n. 129.)

Jam in caulibus semivivis observatur, subcinerea, mollior, astoma, Dothideam referens. Perithecia polyserialia, prominula, epidermide tenui solum tecta, in strias 2—4 lin. longas, 1—2 latas inæquales aggregata. *In caulibus exsiccatis Anethi graveolentis; Americæ "in Ambrosiarum".* Aut. (v. v.)

249. *S. culmicola*, maculæformis, tecta, peritheciis aggregatis immersis globosis, ostioliis prominulis globosis pertusis.

Perithecia inter se plerumque libera, sed stromati passim insident maculamque in epidermide griseam sistunt; majuscula, libera, lævia, nitida, albo-farcta, demum nuda collapsa. Ostiola papilliformia obtusa. *S. Anethi culmigena* A. S. p. 14, a me quondam visa, magis cum hac, quam *S. arundinacea* convenit. *In culmis gramineis siccis, vere.* (v. v.)

250. *S. nebulosa*, tecta, peritheciis minimis gregariis maculas griseas interruptas inæqualiter lineatas efformantibus, ostioliis prominulis subacutis.

Pers. syn. p. 31. A. S. p. 15. Nees Syst. p. 308. f. 341. Reb. neom. p. 329. Fr. l. c. p. 154. (Scler. Suec. exs. n. 197. Schmidt & Kunz! n. 54.)

Maculis griseis forma & magnitudine variis, e crustula subcuticulari nigra ortis, facile dignoscitur. Perithecia admodum pusilla, inter se libera & irregulariter seriata. *Ad caules Umbelliferarum, Solani, Phlogis paniculatæ &c. frequens; etiam Americæ. Vere.* (v. v.)

251. *S. longissima*, tecta, nigra, peritheciis minutis in series longissimas parallelas confluentibus, ostioliis obsolete.

Pers. Obs. 2. p. 68. Syn. p. 31. A. S. p. 15. Fr. l. c. p. 153. (Hell. & Schmidt! exs. n. 30.)

Striæ lineares, ad uno caulis nodo ad alterum porrectæ, vix lineam latæ, passim confluentes, epidermide mox nigrescente tectæ. Perithecia stroma-

te tenuissimo insidentia, demum subprominula. *Ad caules Umbelliferarum &c.; etiam Americæ. Hicme, vere.* (v. v.)

*** 252. *S. melana*, indeterminata, ambiente effusa, epidermide atrata tecta, peritheciis seriatis albobarctis astomis.

(Scl. Suec. exs. n. 200.)

Nudo oculo caules modo undique atro-inquinati apparent; sed his dissectis observantur perithecia subglobosa, inter se libera, secundum fibras caulium seriata, stromate effuso atro conjuncta, leviter prominula, subglobosa; demum pertusa. *In caulibus exsiccatis Lathyrorum & Astragali glycyphylli, frequens. Aut.* (v. v.)

253. *S. picea*, elongata, inæqualis, picea, peritheciis sparsis subdepressis latentibus astomis, demum pertusis.

Pers. syn. p. 31. ic. & descr. 2. p. 40. t. 10. f. 7, 8.
A. S. p. 15. Fr. l. c. p. 154.

b. sublongissima. (Scl. Suec. n. 194.)

Maculæ opacæ, unciam fere longæ, 1 — 4 lin. latæ, piceæ l. nigræ, epidermide connata tecta. Perithecia inter se distincta, subellipsoidea, mollia, subprominula; intus atra vidi. — b. habitu gaudet omnino *S. longissima*, sed etiam brevis occurrit. *Ad caules aridos firmiores passim, etiam Americæ. Vere.* (v. v.)

254. *S. profuga*, nigra, epidermide obiecta, peritheciis stromate concolori incumbens, ostiolis minimis nudis.

Ehrenb. Hor. Phys. Ber. t. 19. f. 10.

Stroma inæquale, sæpe oblongum, nigrum, griseo-adsersum, tumidulum, per epidermidem colore obscuro conspicuum. Perithecia parva, globosa; stomata non emergentia, ab epidermide libera, atra. Asci magni clavati, sporidiis magnis sex-annulatis! *In cortice Pandani insularum maris pacifici.* (v. ic.)

255. *S. chloromela*, tecta, peritheciis confertis planiusculis prominulis astomis nigris, stromate tenui flavovirescente insidentibus.

Habitus Leptostromatis confluentis, sed minor, stromate a matrice formato admodum distincta. Perithecia gregaria, raro connata, maculas sistunt minores oblongas confluentes, primo convexa astoma, demum collapsa concava. *In caulibus herbarum exsiccatis Dresdæ legit amiciss. Schubert. (v. s.)*

256. *S. polygramma*, tecta, peritheciis prominulis seriatis subconfluentibus, in maculas late effusas dispositis, albofarctis, apice umbilicatis.

(Scler. Succ. exs. n. 196.)

Analoga cum *S. nebulosa*. Stroma nullum. Perithecia prominula, ut facile superficialia crederes, minuta, globoso-depressa, mollia, astoma, nigra, nitida, sæpe in maculas eleganter eliguratas, scripturam tenuissimam referentes, aggregata. *Ad caules plantarum majorum v. c. Eallotarum Sc. vere. (v. v.)*

- β. albicans*, peritheciis gregariis epidermidem elevatam exalbicantibus. *In durissimo caule. (v. v.)*

257. *S. esuberans*, tecta, oblonga, nigra, demum nuda, peritheciis globosis minimis mollibus subcoacervatis astomis, demum liberis

Genus minus certum. Maculae striæformes, lineares l. oblongæ, primo epidermide tenerrima tectæ, demum subnudæ Perithecia intus atra, Sclerotia minima referunt, stipata, opaca, subinde stromate insidentia. — b. *S. Porri* Pers !, perithecia dispersa, subinnata. *In caulibus Alli Ampeloprasi. b. Porri, vere. (v. v. b. v. s.)*

Observa.

Habitu conveniunt *S. Himantia* & *stipata* (etiam caulicolæ); sed perithecia vera desunt & cellulae in ipsa tenerrima epidermide innatæ = Dothideæ. *S. ni-*

grella, rubella & poliota stromati quidem maculæformi insident, sed perithecia solitaria, sparsa, nec seriata meliusque evoluta ad Simplices ablegant.

Attuli primum species stromate erumpente liberato, peritheciis superficialibus (239, 240); dein per epidermidem rimose erumpentes, sed non prominulas (241 — 246); porro epidermide tectas, ostiolis erumpentibus (247 — 251), tandemque epidermide subinnata tectas astomas (252 — 256). Ultima aberrans.

Trib. XVI. CONFERTÆ.

CHAR. Stroma effusum, subdeterminatum, innatum, granulosum, a parenchymate folii formatum l. sæpius nullum. Perithecia tenuia, simplicia, aggregata, epidermide innata, sæpius nigrefacta, tecta, nigra, primo facta, dein evacuata. Asci tenues, sporidiis simplicibus. *Innata, in foliis larguescentibus l. emortuis obvia, sub epidermide vidulantes.*

Loco natali a *Seriatis* facile differunt, sed ægre characteribus, quæ ab eodem omnino pendent. Sic v. c. *perithecia* in illis *seriata* ob sitam inter fibras caulis longitudinales, qualia in hac tribu in foliis Monocotyledonearum, quarum nervi conferti paralleli, observantur; *immersa* ob epidermidem laxiorem e. s. p. — Dothideæ epiphyllæ in ipsa epidermide innatæ, quare superficiales crederes, absque peritheciis veris, vix unquam evacuatis, vegetatione e. s. p. haud difficile dignoscuntur.

* 258. *S. epiphylla*, cæspitosa, nigrofusca, nitida, stromate pulveraceo lutescente, peritheciis confertis obovatis minutissimis astomais.

Schwein.! l. c. n. 150.

Ad Cæspitosas, habitu a sequentibus diverso, deflectit. Cæspites subrotundi, oblongi l. lineares, lineam haud lati, sparsi. Stroma a mutata substantia folii ortum, pulveraceum, lutescens l. fuscescens. Perithecia juniora subpellucida. *In foliis Galeæ virginicæ virentibus Carolinæ.* (v. s.)

** 259. *S. disticha*, subtecta, prominens, rotundata, atra, peritheciis in duplici serie dispositis confluentibus, ostioliis seriatis umbilicatis.

S. disticha. Ehrenb. ! in litt.

Dothideam refert. Tubercula subrotunda, superficialia apparent, sed epidermide tecta erumpere vidi, valde prominentia, vix lineam lata, superficie tuberculosa inæquali, ex ostioliis majusculis favulosa. Perithecia cellulæformia, 4 — 5 in quavis serie parallela, globosa, albobarcta, dein evacuata. In foliis *Dracænæ Draconis emporeticis*. (v. s.)

260. *S. Scirporum*, tecta, prominens, elongata, confluens, rugulosa, atra, peritheciis subpolystichis, ostioliis seriatis brevissimis.

S. Scirporum. Schwein. ! l. c. n. 71.

Sclerotium durum refert. Tubercula prominentia, planiuscula, lineam crassa, plures lineas longa, demumque confluentia, dimidiam paginam dorsalem folii occupantia, cum epidermide innata demum decidua, opaca, margine undulato. Perithecia adsunt genuina, globosa, in stromate cinereo-nigrescente immersa, demum emergentia, ostioliis minutis confluentibus lineas folii subtilissimas sequentes. In foliis siccis *Scirpi triquetri Amer. boreal.* (v. s.)

261. *S. Graminis*, tecta, inæqualis, rugulosa, prominula, nigra, peritheciis subseriatis ostioliisque latentibus.

a. *Elymorum*, oblonga sublinearis. Pers. ! Obs. I. p. 18. t. 1. f. 1, 2. Syn. p. 30. A. S. p. 15. Nees Syst. f. 314. Fries V. A. H. 1816. p. 251. (Schmidt & Kunz ! exs. n. 53.)

b. *Poarum*, subrotunda, transversim elliptica, minor. (Fries Scl. Suec. exs. n. 282.)

Forma & magnitudo variæ, passim confluens; a.) epidermide adnata aterrima nitens; b.) epidermide tecta cinerascenti-nigra, opaca. Perithecia ad-

sunt omnino genuina, globosa, in substantia folii nigrescente immersa, nec prominula; in foliis languescentibus gelatina scatent, in exsiccatis evacuata. *In foliis gramineis, etiam Americæ, aut. serotino-verc.* (v. v.)

262. *S. Caricis*, tecta, inæquabilis, confluens, nigra, ex peritheciis prominentibus astomis tuberculosa.

Præcedenti affinis, sed folii parenchyma in stroma non mutatum, perithecia eidem immersa, omnino genuina, globosa, majora sunt, prominentia, inter se distincta, sed epidermide nigrefacta tecta, unde habitus compositus. Raro reperiuntur individua solitaria. *In foliis Caricis Ôderi &c. vere* (v. v., etiam a Cel. Kunz. miss.)

263. *S. Trifolii*, tecta, subrotunda, prominula, tuberculoso-rugulosa atra, peritheciis in stromate pulverulento immersis.

Pers.! syn. p. 30. *A. S.* p. 14. *Fries l. c. p. 152.* (Schmidt & Kunz! exs. n. 177.)

Tubercula hypophylla, $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ lin. lata, inæqualia, subconfluentia, opaca, epidermide innata tecta, supra parenchyma tota elevata. Perithecia tenerri- ma, juniora albo-farcta, demum evacuata, ostiolis latentibus. Cave, ne cum Polythrincio Trifolii com- mutes. Ad hoc spectat *S. Trifolii* Biv. Bernh. Stirp. rar. t. 6. f. 7. Potius Dothideæ species? *In foliis Trifolii repentis, montani &c.; in "Lespedezarum Ame- ricæ". Aut., hieme.* (v. v.)

464. *S. conferta*, innata, hypophylla, difformis, ni- gra, peritheciis prominulis globosis farctis in centro confluentibus.

Macula exarida l. propria nulla. Perithecia prominula, minuta, aggregata, opaca, astoma, albo- farcta, centralia confluent, marginalia sublibera.

Non *S. maculæformis* varietas. *Ad folia languescen-*
tia, V. c. vaccinii uliginosi non rara, aut. (v. v.)

*** 265. *S. fimbriata*, tecta, peritheciis confertis in tu-
berculum nigrum confluentibus, ostiolis erum-
pentibus spinulosis, basi fimbria albicante cinctis.

S. spiculosa. Batsch. Cont. 1. p. 273. f. 182. S. Car-
pini. Hoffm. Veg. Cr. 1. p. 1. t. 1. f. 1. Dec. Fr. 6.
p. 128. S. fimbriata. Pers. ! Obs. 1. p. 70. Syn. p.
36. (Scl. Suec. exs. n. 242. Ehr. Cr. exs. n. 209.
Holl. & Schm. ! exs. n. 31. Moug. & Nestl. !
n. 277.)

Tubercula in utraque folii pagina prominent,
primo planiuscula atra, demum convexa ab epider-
mide cinerascen-*t*ra; perithecia in parenchyma-
te folii nidulantia globosa, primo farcta, demum
evacuata; ostiola in pagina inferiori tantum erum-
punt distantia, teretia, lævia, æqualia l. clavata,
recta l. deflexo-flexuosa. *In foliis Carpini Betuli,*
vulgaris. Aest. — vere. (v. v.)

Ob ostiola recta, distantia perithecorumque in-
dolem minime ad *Amphiphericas* pertinet; probant se-
quentes.

266. *S. Coryli*, tecta, peritheciis distinctis in cir-
culum dispositis, ostiolis erumpentibus spinu-
losis, basi fimbria albicante cinctis.

S. Coryli. Batsch Cont. 2. f. 231. Dec. Fr. 6. p. 129.
S. fimbriata. h. Pers. syn. p. 36. Fr. V. A. H.
1817. p. 97. S. Gnomon. Schum ! Sæll. 2. p. 157.
(Scl. Suec. exs. n. 201. Schm. & Kuaz ! exs.
n. 156.)

Simillima priori, sed minor, magis dispersa, in
superiori pagina plures observantur tubercula con-
ferta lævia ob perithecia inter se distincta. *In fo-*
liis Coryli. Aest. — vere. (v. v.)

267. *S. ulmea*, tecta, peritheciis subcircinatis di-
stinctis, superne tuberculis corrugatis nitidis
prominulis, ostiolis solitariis conicis punctifor-
mibus.

Xyl. ulmeum, *Schwein!* l. c. n. 288.

Sphæræ species optima & pulcherrima. In pagina superiore folii observantur maculæ indeterminatæ, lacteæ, quibus innata insident tubercula distincta subconcentrica corrugata nitida, quæ, si epidermis tollatur, sunt bases perithecorum evidentissimorum in folii parenchymate fere libere nidulantium, globosorum. Ostiola in pagina inferiori prominent minuta, recta. *In foliis emortuis Ulmi Americane locis udis.* (v. s.)

268. *S. muricella.* tecta, peritheciis latentibus aggregatis in macula expallente, ostiolis conicis acutis nudis.

Media inter Confertas & Simples. Perithecia subcircinantia, in parenchymate folii latentia, nec prominentia, maculas sistunt determinate expallidas, non vero axaridas, admodum pusilla, ut nudo oculo distingui nequeant. Ostiola solitaria in pagina inferiore erumpunt, stricta, atra, vix $\frac{1}{4}$ lin. longa. *In foliis exsiccatis Georum in Kamtschatka, vere. Wormskjold.* (v. s.)

269. *S. allicina,* tecta, peritheciis globosis confertis subpapillatis nitidis, utrinque in macula crustæformi cinerea prominulis.

Eries V. A. H. 1817. p. 247. *Obs. Myc. æ.* p. 330.

Macula amphigena oritur ex epidermide folii, perithecorum greges tegente, cinerascente; nec exarida tantum est, ut in Depazeis. Perithecia genuina, mediæ magnitudinis, nunc confluentia, nunc sparsa, in juniore ætate astoma. *In foliis Allii.* (v. v.)

**** 270. *S. Tuccæ,* innata, primo epidermide cinerea secedente tecta, peritheciis globosis immersis, ostiolis minutis punctiformibus.

Schwein! l. c. n. 88.

Maculæ subrotundo-inæquales, irregulariter sparse, confluentes, lineam latæ, non prominentes

1. totam folii substantiam penetrantes, ab epidermide primo velatæ. Perithecia minuta, numerosa, in stromate parco albido nigro-cincto. *In foliis emortuis Tuccæ gloriosæ.* (v. 9.)

271. *S. Cayanensis*, innata, orbicularis, convexa, folio decolorato limitata, peritheciis 2 — 3 vix prominulis mamillosa.

Xyloma. *Dec. Fr. Mem. Mus.* 11. p. 321. t. III. f. 6.

Pustulæ nigræ, 1 lin. latæ, mamillis 2 — 3 vix prominulis onustæ; folium circa pustulam decoloratum, parte limitata linea nigra. *In foliis arboris Cayanensis.* (v. ic.)

272. *S.* (Depazea) *bifrons*, innata, amphigena, orbiculatim disposita, applanata, nigra, demum circumscissa, peritheciis convexis prominulis, demum umbilicatis.

Xylomá *bifrons.* *Dec. Fr.* 6. p. 156. *Mem. Mus.* p. 322. t. c. f. 11. Xyloma *circinans.* *Pers.!* *ined.* Depaz. *quercina.* *Fries Obs.* 2. p. 365. (vetustissima) *S. circumvallata* *Sow.* t. 373. f. 4. *S. bifrons.* *Schm. & Kunz.!* (Deutschl. Schw. n. 204. *Moug. & Nest.!* *Cr.* n. 480.)

In foliis siccis observantur maculæ exaridæ, albidæ, indeterminatæ, passim confluentes, circa quas circinant pustulæ atræ (10-20) maculæformes, planæ, in utraque folii pagina similes, subrotundo-angulatæ, elongatæ, lineam haud latæ, nisi plures confluentes; in superiori pagina supra singulam pustulam demum secedit epidermis innata, linquens discum cinerascens (parenchyma folii), linea marginali nigra circumscriptum. Perithecia in quavis pustula pauca, subinde solitaria, superne prominula, distincta, convexa, apice demum umbilicato-pertusa; demumque cum epidermide secedente sæpe profuga. Asci clavæformes, sporidiis 4 — 5 ovalibus referti. *In foliis exsiccatis quercinis, hieme — vere.* (v. v.)

273. *S.* (Dep.) *ceuthocarpa*, innata, applanata, angulata, opaca, nigra, in macula expallente sparsa, peritheciis subsolitariis latentibus.

Xyloma populinum. *Pers. syn. p.* 107. *A. S. p.* 66. *Dec. Mem. l. c. p.* 325. *X. concentric. Poir. Dict. 8. p.* 810. *Chant. Conf. t.* 17. *f.* 39. (Moug. & Nestl. ! *exs. n.* 269. Schmidt & Kunz. ! *exs. n.* 181.)

Junior sistit maculas tenuissimas, nigras, angulatas, folio vix crassiores, lineam latas, in utraque folii pagina observabiles; sed in pagina inferiori demum prominent perithecia prioris simillima, leviter convexa, astoma, solitaria l. plura, quæ intus etiam cava alba vidi. *In foliis exsiccatis Populi, hieme, vere.* (v. v.)

274. *S. Evonymi*, innata, hypophylla, peritheciis in macula grisea confertis, utrinque prominulis, opacis, astromis.

S. Evonymi. Kunz! in litt.

Maculæ angulato-difformes, ex epidermide elevata ortæ, nec exaridæ, 2—3 lin. latæ. Perithecia globosa, albofarcta, in pagina inferiore potissimum prominent & in hac adesse ostiola non distincta testatur analogia cum *S. fimbriata*. *In foliis languescentibus Evonymi.* (v. s.)

Ultimæ species potius DEPAZÆ. E Pyrenomycetibus epiphyllæ maxime dubiis premuntur! Restant procul dubiæ plures hujus species, etiam descriptæ; Cf. *Xyloma* &c.

Confertæ contigua series a Simplicibus abeunt. Inter has quærendæ species peritheciis sparsis crustulæ maculæformi insidentibus (*S. geographica*) &c. Maculæ exaridæ innatæ Depazæ sunt!

Tri b. XVII. BYSSISEDÆ.

Fries V. A. H. 1817. p. 249. *Obs. 2. p.* 350. *S. tomentosæ, Schmidt l. c.*

CHAR. Simplices. Perithecia inter se libera, ostiolo brevi subpapillæformi, per se glabra, sed primo cincta, dein subiculo tomentoso e fibris dense intertexto insidentia. Asci clavati, sporidiis septatis, mox diffluentibus. *Libere evolutæ, superficiales, in corporibus mucidine corruptis.*

275. *S. Trichoderma*, peritheciis conicis minimis aurantio-rubris, membranæ tomentosæ lutescente insidentibus.

Hoffm. Veg. subt. 1. p. 9. t. 6. f. 1. Pers. syn. p. 69.

Expansio membranacea, innumeris fibris byssinis contexta, ex cinereo-luteo & aurantio variegata. Superficies granulosa a minutissimis spherulis gregatim pronascentibus, dilute sanguinei & aurantii coloris, in basi mucida sessilibus. Spherulæ exsiccatae nigrescunt, tenuioris & pellucis ad lentem fabricæ, diu satis tamen persistente expansione byssino-tomentosa. *Hoffm. l. c. In fodinis Hercynicis in vetustissimis plenariæ destructione proximis lignis. (v. ic.)*

276. *S. aurantia*, peritheciis gregariis subrotundis papillatis aurantio-rubris, e subiculo effuso aurantio emergentibus.

Pers. syn. p. 68. Ic. & descr. 2. t. 11. f. 4, 5. A. S. p. 35. Schum.! Scell. p. 160. Fries V. A. H. 1817. p. 250. Nees f. 362. Schmidt Myc. Heft. 2. t. 1. f. 17.

Subiculum irregulariter effusum, e tomento delicato contextum, primo sterile, pallide aurantiacum; demum subferrugineum. Perithecia minuta, mollia, lævia, ostiolo obtuso dilutiori; non nigrescunt. Gelatina villi instar expellitur. *Ad ligna mucida, fungos suberosos putrescentes &c. passim; etiam Americæ. Aut. — vere. (v. v.)*

β. *fulgens*, peritheciis subconfluentibus rubris, subiculo subglabrato ochraceo, margine albo.

Major, subinnata, in hymenio Polyp. squamosi aut. (v. v.)

277. *S. rosella*, peritheciis gregariis globoso-ovatis papillatis sanguineo-roseis, subiculo tomentoso dilutiori insidentibus.

A. S. p. 38. t. 9. f. 3. nimis acuta perithecia, Fries V. A. H. 1817. p. 250. Nees l. c. f. b.

Præcedenti affinis, sed subiculum laxè contextum album, dein præcipue in centro incarnatum, margine, quando sterilis adest, candido persistente. Perithecia juniora globosa mollissima astoma, adulta firmiora ostiola exserendo obtusa ovata. In terra locis umbrosis, ad ligna mucida &c.; etiam America. Aut. (v. v.)

β. *hamatea*, peritheciis sanguineo-rubris, subiculo sanguineo insidentibus. Fr. l. c.

Tota fere unicolor, sanguinea. Perithecia e sporidiis albido-pruinosa vidi. In Polyporis vetustis, vere. (v. v.)

278. *S. violacea*, Schmidt!, peritheciis confertis globoso-depressis umbilicatis purpurascens, e subiculo tenui albido emergentibus.

Subiculum effusum, breve, interruptum, flocculoso-contextum. Perithecia minuta, depressa, subconfluentia, glabra, astoma, demum superficialia. In viva denuo observanda. In Fuligine violacea, aut. (v. s. in herb. Kunz.)

** 279. *S. thelena*, peritheciis confluentibus globosis tenuibus papillatis fusco-atris, e subiculo purpurascens evanescente emergentibus.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 36. (Scl. Suec. n. 49.)

Subiculum dense contextum subglabratum, omnino superficiale, laxè adhærens, indeterminatum. Perithecia magna, S. mammæformis simillima, lævia, glabra, e subiculo conferta tota emergunt, de-

num confluent & subiculum totum obliterant. Ostiola villo albido coronatæ. *Supra cortices Fagi effusa, vere, æst.* (v. v.)

280. *S. aquila*, peritheciis gregariis globosis firmis papillatis fusco-atris, e subiculo tomentoso fusco persistente emergentibus.

S. byssiseda β . *Tod. Meckl.* 2. p. 10. f. 70. *Pers. syn.* p. 67. *S. aquila.* *Fries V. A. H.* 1817. p. 251. (Schmidt & Kunz. exs. n. 58.)

Subiculum late effusum, adnatum, e tomento delicato laxè contextum. Perithecia magna, subiculo primo tecta subvillosa, mox semiemersa, glabra, bicorticata, papilla acutiuscula nigra. *Ad ligna & ramos, passim; hieme, vere.* (v. v.)

β . *Corticium*, subiculo orbiculari, peritheciis subsolitariis, ostiolo impresso.

S. Corticium. *Schwein!* l. c. n. 173.

In ramis Castaneæ Carolinæ. (v. s.)

281. *S. byssiseda*, peritheciis sparsis depresso-globosis firmis papillatis cinereis, subiculo interrupto fibroso griseofusco insidentibus.

S. byssiseda. α . *Tod. Meckl.* l. c. f. 69.

A præcedente bene distincta. Subiculum nullum late effusum, sed breve ad basin perithecorum & raro plura confluent, e fibris laxè contextum. Perithecia glaberrima, lævia, nitida, livido-canescencia, dein nigrescentia, papilla obtusiuscula concolori. *Ad ligna & ramos salicinos, etiam Americæ. Vere.* (v. v.)

282. *S. truncata*, peritheciis solitariis truncatis papillatis atris, primo involutis tomento fusco, in subiculum subrotundum confluens expanso.

S. truncata. *Schwein!* l. c. n. 174.

Elegans, præcedentibus similis, sed omnino simplex est, nisi subiculum breve byssaceum basin pe-

ritheciorum cingens primumque undique involvens cum affinis confluat, unde oriuntur maculæ nigrofuscæ, 2 — 3 lin. latæ. Perithecia magna, demum glabra, nitida, “oblonga dolioli-forma, margine annulata”, ostiolo conico. *In corticibus Carolinæ.* (v. s.)

283. *S. cinerea*, peritheciis confertis globosis papillatis atris, crusta crassa cinerea cinctis. — *Pers. syn. p. 68.*

Perithecia ipsa glabra, sed undique ætate præsertim juniore tomento cinereo laxo involuta. Ostiolum papillato-acutum. *Ad ligna exsiccata Germaniæ.* *Pers.* “*In fimo Carolinæ*”. *Schwein. l. c.*

284. *S. subiculata*, peritheciis confertis hemisphæricis papillatis atris, subiculo floccoso-furfureo sulphureo insidentibus.

Schwein! l. c. n. 175.

Subiculum longitudinaliter effusum, tenue, pulveraceum, floccis vix conspicuis intertextum, in ambitu album; subinde evanescens, sed basis sulphureo-pulverulenta. Perithecia majuscula, in serie elongata sparsa, glabra, lævia, nuda, superficialia; “interdum ad dimidium tecta tomento araneoso evanescente”. *In Carolina ad lignum cariosum Liriodendri, Quercus &c.* (v. s.)

*** 285. *S. nidulans*, peritheciis gregariis globosis subtuberculatis papillatis atris, subiculo piloso nigro cinctis.

Schwein! l. c. n. 185.

Subiculum 2-unc. longum, ambiens, subinnatum, nigrum l. fuscens, byssaceum, Helmisporium referens ob fibras rigidas breves subrectas laxè intertextas. Perithecia minora, dein pertusa, demum fracta referunt cupulas in subiculo. *Ad ramos v. c. Corni emortuos & virides in uliginosis Carolinæ.* (v. s.)

286. *S. conferta*, peritheciis confertis globosis granulosis apice depressis subpapillatis subiculoque repente fibroso radiato aterrimis.

Schwein! l. c. n. 187.

Subiculum e fibris crassiusculis stellatim in cortice repentibus; ubi sparsa occurrunt perithecia eleganter centrum filorum occupant. Perithecia sequentis simillima, etiam collapsa occurrunt, ostiolo minimo deciduo. *In cortice Lauri Benzoin emortuo Carolinae.* (v. s.)

287. *S. tristis*, peritheciis confertis globosis rugulosis collapsis astomis nigris, subiculo strigoso insidentibus.

Tod. Meckl. 2. p. 9. t. 9. f. 67. Pers.! ic. & descr. t. 12. f. 5, 6. Syn. p. 87. Fries V. A. H. 1817. p. 252.

Opaca, aterrima. Subiculum tenue, effusum, indeterminatum, contextum. Perithecia minuta, planiusculo-depressa, demumque concava, punctulis minimis rugulosa. *Ad cortices fagineos, quercinos &c., etiam Carolinae, vere.* (v. v.)

β. fusca, peritheciis turgidis læviusculis, subiculo crassiusculo piloso-strigoso fusco semiimmersis. *A. S. p. 44.*

Specie forsan distincta. Perithecia globosa aut subovata. *Ad ligna cariosa abregna &c., vere.*

*** 288. *S. flavescens*, peritheciis gregariis distinctis globoso-ovatis papillatis albis, villo secedente tectis, basi fibris radiatis insidentibus.

Fries Obs. Myc. 2. p. 331. V. A. H. 1817. p. 254.

Prope ad *S. ovinam* accedit. Gregaria, sparsa, ligno non adnata, sed basi tomento radiato-expanso lutescente persistente adfixa; in subiculum non confluit. Superficies lævis, non ita rigida ut *S. ovinæ*, villo tenui albo evanescente tecta. Cum *Pez. cæsia* minime comparanda. *Ad ligna & cortices udos. Aut.* (v. v.)

289. *S. alligata*, peritheciis sparsis depressis lævibus nigris, collapsis umbilicatis, villo laxo pallide fusco cinctis

S. umbilicata. Wallr. ! *ined.*

Omnino superficialis, villo tenui laxo contexto subeffuso, passim in subiculum tomentosum confluyente, adhærens. Perithecia e villo emergunt l. juniora ab eodem obvoluta; dein parte superiore saltem denudata, glabra, lævia, collabescendo umbilicato-concava; evacuata intus alba vidi. Ostiolum minimum, papillatum, papilla mox decidua. Præcedenti admodum affinis, sed peritheciis collabescentibus subastomis certe distincta. *Supra cortices ramorum dejectos*. Aut. (v. v.)

290. *S. pannus*, peritheciis sparsis globosis minimis astomis nigris, subiculo latissimo pubescente lacteo insidentibus.

S. pannus. Kunz! *in litt.*

Subiculum telam araneosam tenerrimam refert, indeterminatum. Perithecia perpusilla, emersa, nuda, glabra, lævia, atra, subnitida. An in statu adulto observata? *In Polyporo vetusto Helvetiæ*. (v. s.)

291. *S. rhodomela* peritheciis confertis minutissimis subglobosis nigris, maculæ fibrillosæ rubellæ insidentibus.

Fries Obs. 1. p. 178. V. A. H. 1. c. p. 249.

Subiculum maculæforme & vix nisi e ligni fibris villosum. Perithecia admodum conferta, astoma, lævia, glabra, omnino superficialia. Media inter *S. rosellam* & *rubellam*, sed utraque multoties minor. *Ad ligna vetusta*. (v. v.)

Byssisedæ caute inquirendæ, cum plurimæ species crustis peregrinis insideant. Removeere insuper species immersas & pilis persistentibus tectas (*S. Racodium* &c.) coacti sumus; in his enim subicu-

lum a loco natali valde mucido, ubi pili magis luxuriant, oritur; locis siccis desideratur.

Trib. XVIII. VILLOSÆ.

CHAR. Simples. Perithecia sublibera, bicorticata, firma, ovata l. globosa, villo haud intertexto persistente tecta, ostiolo æquali subpapillæformi, raro elongato l. obsoleto. Asci sporidiis subseptatis referti. *Superficiales, libere evolutæ, in vegetabilibus emortuis perennibus, raro terrestres &c.*

Obs. Sphæræ superficiales juveniles velatæ sunt, quare non huc referendum unumquodque individuum in hac ætate pubescens l. pruinsum.

* 292. *S. chionea*, peritheciis globosis rugulosis pubescentibus albis, ostiolo acuto flavescente.

a. macrostoma. *S. chionea*. *Fries V. A. H.* 1817. p. 113. *Ehrenb. silv. Ber.* p. 29. *Ceratostoma. Obs. Myc.* 2. p. 340. t. 7. f. 2. (*Scler. Suec. exs. n. 24. Schmidt & Kunz. exs. n. 206.*)

b. brachystoma.

Sparsa, semine Sinapeos minor, omnino superficialis. Villus demum adpressus, sed non secedit. Ostiola admodum variant, sæpius subulata stricta. *Ad folia pinea locis udis, copiose. b. locis siccis, raro. Hieme — vere. (v. v.)*

293. *S. ovina*, peritheciis subglobosis villo mucido albido tectis, basi nudis, ostiolo papillato nigricante.

S. mucida, α . β . *Tod. Meckl.* 2. p. 16. *S. Liehenoides. Sowerb. t.* 373. f. 12. *S. ovina. Pers. syn.* p. 71. *A. S. p.* 36. *Fries V. A. H.* 1817. p. 254. (*Scl. Suec. exs. n. 149.*)

β . *glabrata*, villo brevissimo adpresso glabrata. *S. melastoma. Rehbent. Neom. p.* 334. ex descr. *S. alba. Schum. Sæll.* 2. p. 154.

294. *S. mucida*, peritheciis subglobosis villo mucido fusco tectis, basi nudis, ostiolo papillato nigrescente.

S. mucida var. *fusca*, *Tod. l. c. p. 16, f. 75.*

Perithecia lineari tractu protuberant, conferta, haud raro nutantia (divergentia) cernuntur. Papilla globosa, primo fusca, dein nigrescens. *In rimulis lignorum putridorum Sept. (v. ic.)*

295. *S. mutabilis*, peritheciis subglobosis villo e luteo l. virescente ferrugineo tectis, ostiolo subpapilliformi nigrescente.

Pers. ic. & descr. p. 24. t. 7. f. 6. Syn. p. 72. Ditum, ap. Sturm. Deutsch. fl. 3. t. 64.

Est e pulcherrimis. Perithecia conferta, rigida, globosa l. ovata, lævia; "difformia" non vidimus. Ostiola minus prominent, quam in præcedentibus. Color in mæis speciminibus e luteo-ferrugineus; "e virescenti ferrugineus" *Pers. &c. Ad ligna durissima quercina &c., ad terram prostrata, aut. — vere. (v. v.)*

β. tuberculosa, peritheciis tuberculosi. *A. S. p. 37.*

Tomentum humectatum nigrescit, siccum ferrugineum. *In ligno Populi exsiccato.*

** 296. *S. arancosa*, peritheciis subovatis papillatis lævibus nigris, villo tenuissimo albicante tectis.

Pers. ic. & descr. p. 24. t. 7. f. 6. b. Syn. p. 67.

Perithecia majuscula; nunc solitaria, nunc gregaria, opaca, villo secedente tecta. Mihi videtur tantum junior ætas speciei cuiusdem sequentis tribus. *Ad ramos & cortices exsiccatos, hieme, vere. (v. v.)*

Ejusdem indolis sunt *S. atrostroma* Schum. & *S. pubescens* Schum. (*S. umbonata* l. *serpens* junior); sed equidem ut novas inserere non audeo.

297. *S. canescens*, peritheciis aggregatis globosis ovatisque hirsutis papillatis incanis.

Pers. Obs. 1. p. 67. *Syn.* p. 72. *Fries V. A. H.* 1817. p. 255. (*Scl. Suec. exs.* n. 50.)

Perithecia conferta, subinde in crustam connexa, minora, valde hirsuta, demum fragilia, cellulas referentia. Color plerumque cinereus l. cinereofuscus, raro virescens nobis obvia: *Ad ramos putrescentes quercinos, fagineos &c. aut.* (v. v.)

298. *S. strigosa*, peritheciis aggregatis globosis ovatisque papillatis nigris, pilis rigidis longis incanis undique strigosis.

A. S. p. 37. t. 5. f. 7. *Fr.* l. c.

A præcedente non facile dignoscitur. Perithecia paulo majora, tenacia, nec diffracta, setis longis rigidis undique divergentibus tecta; tam conferta, ut ad marginem tantum adsint individua sparsa, sed fibræ in subiculum crustaceum non con crescunt. Ostiolum difficiliter agnoscendum. *Ad ligna abiogna & pinea. Aut. — vere.* (v. v.)

299. *S. tephrotricha*, peritheciis subglobosis leviter tuberculatis subastomis, pilis sparsis canescentibus tectis.

Fries V. A. H. 1817. p. 256.

A præcedentibus facile differt peritheciis sparsis, pilis raris brevibus subdivergentibus. Ostiolum obsoletum. Colore toto atro distinguitur *S. pilosa*. *Ad ligna mucida v. c. Tiliæ, raro. Aut.* (v. v.)

- *** 300. *S. biformis*, peritheciis subovatis subtuberculosis nigris, pilis strigosis concoloribus tectis, ostiolo subelongato.

Pers. syn. p. 56. t. 2. f. 14. *Ic. Picæ.* t. 24. f. 3. *A. S.* p. 30. *Kunz ! Myc. Heft.* 1. p. 108.

a. macrostoma.

b. brachystoma.

Sparsa l. aggregata, globosa l. ovata, junior fuscenscens. Pili longiusculi, rigiduli, undique sparsi. Ostiolum validum, subconicum, e loco plus minus elongatum. *Ad ligna putrida & in terra, etiam America. Vere.* (v. v.)

β. *terrestris*, peritheciis confertis, subiculo strigosovilloso crustaceo insidentibus.

S. *terrestris*. Sowerb. t. 373. f. 7. S. *biformis* bys-siseda. Kunz! l. c. p. 109.

Subiculum ut in sequente. Perithecia ovata, acuta. *In terra argillacea Angliæ, Germaniæ, Pyri-neorum.* (v. s.)

301. *S. Racodium*, peritheciis subglobosis rugulosis hirtis nigris papillatis, e subiculo tomentoso lato nigro emergentibus.

Pers.! syn. p. 74. *Fries V. A. H.* 1817. p. 252. *Kunz!* *Myc. Heft.* l. c. p. 107. (Scl. Suec. exs. n. 310.)

b. *S. hirsuta*. *Schum.!* *Sæll.* 2. p. 159.

Subiculum latissime effusum e fibris ramosis plus minus contextum, opacum, *Racodium* omnino referens; subinde oblitteratum. Perithecia juniora hypothallo immersa, dein semiemmersa, solitaria l. aggregata, pilis brevibus rigidis obsessa, ostiolo papillæformi nudo. Sporidia cylindrica, sporidiolis 8 — 10 ovalibus opacis referta. *In lignis & corticibus fagineis. Aut — vere.* (v. v.)

S. hirsuta *Pers. syn.* p. 73. (conferta, subtuberculata, ostiolo subangulato) quoad specimen mihi missum, præcedentis varietas. Nomen vero sequenti tribui.

302. *S. hirsuta*, peritheciis subglobosis ovatisque tuberculatis nigris, pilis sparsis concolcribus tectis, ostiolo obsolete.

S. hirsuta. *Fries V. A. H.* 1817. p. 256. — *Var. β.* *A. S.* p. 38.

β. acinosa, peritheciis globosis subdepressisque nigro-fuscis. *S. acinosa*. *Batsch Cont.* I. f. 179. *S. hirsuta*. *Sowerb. t.* 386. f. 3.

Conferta, mediæ magnitudinis, fragilis, opaca, pilis minus confertis; vetusta passim fracta cellulosa. Ostiolum valde obsoletum. b. forsan junior. *Ad ligna sicca.* (a. v. v., b. v. s.)

303. *S. crinita*, atra, peritheciis subglobosis læviusculis, pilis confertis mollibus tectis, aliis in ligno repentibus cinctis, ostiolo obsoleto.

S. crinita. *Pers. syn. p.* 72. *Schum.!* *Sæll.* 2. p. 154. *S. hirsuta*, var. *crinita*. *Fries V. A. H.* 1817. p. 256. (Scl. Suec. exs. n. 124.)

Aterrime, opaca, fragilis, ligno mucido ad dimidium immersa, pilis longioribus confertioribusque tecta, fibrillisque longissimis cincta, sed hæc subinde desunt. A loco forsan pendent differentie. *S. canescens* b. *nigra* A. S. p. 37. etiam hujus loci. *Ad ligna mollissima carie consumpta Fagi, Coryli &c. Per annum.* (v. v.)

Quo magis intueor *S. villosas* nigras speciminaque locis diversis lecta comparo, eo magis de differentia dubito. An vere species aliis dijudicandum relinquo!

304. *S. pilosa*, atra, peritheciis minutis rotundato-ovatis læviusculis breviter pilosis, ostiolo simplici.

Pers. ic. & descr. 2. t. 10. f. 9, 10. *Syn. p.* 73. *A. S. p.* 73.

Aetate juniore pilos fasciculatos tantum exhibet, sub lente Dematio similis est. *Pers. l. c.* Sparsa l. conferta, antecedentibus minor, pilis brevibus divergentibus plus minus confertis tecta, fere astoma. *S. scopula*. *Sowerb. t.* 386. f. 4. huic proxime affinis. *Ad ligna & ramos exsiccatos. Aut. - vere.* (v. v.)

305. *S. hispida*, atra, peritheciis ovato-conicis lævibus cum ostiolo confluentibus, pilis brevibus raris adpersis.

Tod. Meckl. 2. p. 17. f. 84. Pers. syn. p. 74.

Perithecia sparsa, ob pilos breves remotos, ad basin longiores, primo obtutu fere nuda apparent, forma obverse pyriformi. *In ramis exsiccatis dejectis.* (v. s. a Cl. Kunze miss.)

306. *S. calva*, peritheciis sparsis globosis papillatis atris, inferne pilis brevibus hispidis, superne glabris nitidis.

Tod. l. c. p. 16. t. 10. f. 83. Fries V. A. H. 1817. p. 258.

Perithecia globoso-depressa, lævia, distincte papillata, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata, ad medium pilis confertis hispidis cincta. *Ad ramulos exsiccatos, raro aut.* (v. v.)

**** 307. *S. cincinata*, atra, minima, peritheciis conico-cylindricis lævibus, circa ostiolum vix conspicuum pilis erectis coronata.

Omnino superficialis, minima, solitaria, subparabolica, lævis, opaca, demum evacuata integra persistens, exceptis pilis coronantibus nigris longitudine perithecii glabra; sed variat pilis basin cingentibus. In superiore foliorum pagina minus perfecta & fere globosa. *Ad folia Vaccinii Oxycocci, rarissima, vere.* (v. v.)

Obs. S. sphinctrina Sowerb. t. 386. f. 1. quodammodo convenit, sed quoad synonym. Calicii species est.

308. *S. Vermicularia*, atra, minima, peritheciis ovatis subdepressis astomis undique setis erectis nigris tectis.

Nees! Syst. p. 311. f. 347.

In specimine a Cel. Auctore mecum communicato perithecia admodum conferta confluentia; a me lecta sparsa in ligno setulis minimis undique obducto. "Sporidia vermiculata, ampla, ovata, annulata". *In ligno pineo emortuo. Hieme — vere.* (v. v.)

309. *S. exilis*, atra, minutissima, peritheciis e globoso-depressis, dein collapsis-concavis astomis, pilis brevibus patulis adpersis.

A. S.! p. 44. t. 9. f. 4.

Omnium minima, sub lente simplici vix dignoscenda, conferta, opaca, junior globoso-depressa, dein pezizoidea. A priori differt pilis brevibus patulis rarioribus. *Ad ligna humi jacentia populina Lusatice & Carolinae. Aut. (v. s.)*

310. *S. depilata*, atra, minima, peritheciis subovatis lævibus astomis, basi setulis brevibus cinctis.

Præcedente paulo major, globoso-ovata, firma, nec collabens, conferta, opaca, basi villosa. Semel quoque in vertice comam deciduam visam volui. Ambigit inter hanc & sequentem tribum. *In Polyporo vetusto dejecto indurato, raro. Aut. (v. v.)*

Plures utique mihi vivæ obviæ & siccæ missæ *S. Villosæ* superficiales & libere evolutæ (nam in aliis cohortibus etiam occurrunt species villosæ); sed nullas novas, quarum integram historiam non observavi, inserere volui. — Præcipue ad *Ceratostomas* abeunt. *S. trichina* Pers. ined. (Moug. & Nestl. exs. n. 666.) videtur varietas *S. strictæ* e. s. p.

TRIB. XIX. DENUDATÆ.

Lævigatæ & Corrugatæ. Fries l. c.

CHAR. Simples. Perithecia nuda, sublibera, ovata l. globosa, mox glabra, ostiolo brevi subpapillæformi, nullo subiculo effuso insidentia. Asci elongati, sporidiis septatis. — *Libere evolutæ, adnato-superficiales, confertæ, lignatiles, juniores velo fugacissimo tectæ.*

* 311. *S. Peziza*, gregaria, mollis, peritheciis globosis lævibus subpapillatis aurantio-rubellis, col-labescendo concavis.

Tod. Meekl. 2. p. 46. f. 122. Pers. ! syn. p. 66. A. S. p. 34. Dec. Fr. 2. p. 295. Fries V. A. H. 1817. p.

264. (Scl. Suec. exs. n. 255. Moug. & Nestl. ! n. 485.)

a. villifera. *S. miniata*, Hoffm. *Bot. Taschenb.* 2. t. 12. f. 2. Schum. ! *Sæll.* 2. p. 160. *Nees Syst. f.* 316.

b. globifera Pez. *hydrophora* Bull. *Ch.* p. 245. t. 410. f. 2. *Sowerb. t.* 23.

Minor, conferta, basi subpilosa, junior dilutior, adulta fere miniata, exoleta concava expallens. In a. gelatina villi farinosi instar albi ex ostioli protruditur; in b. vero globulum gelatinosum format. Est cum sequente *Hypocrea* sui tribus. *Ad ligna e mucedine mollissima faginea, betuligna &c., etiam Americæ. Aut. — vere.*

312. *S. Resinæ*, sparsa, mollis, peritheciis globosis lævibus glabris aurantiis, ostiolo obsoleto.

Fries Obs. Myc. 1. p. 180. *V. A. H.* 1817. p. 264. *Cytisp. Resinæ. Ehrenb. ! silv. Ber.* p. 28. (Scl. Suec. exs. n. 37.)

Præcedenti affinis; junior in resina immersa, demum emersa omnino superficialis indeque glaberrima. Papilla obsoleta; gelatina alba, nunc farinæ nunc globuli albi forma expulsa. *Frequens in resina Pini Abietis. Perennis. (v. v.)*

313. *S. sanguinea*, sparsa, mollis, minima, peritheciis ovatis lævibus papillatis sanguineis.

Hypexylon phœniceum. Bull. Champ. p. 171. t. 487. f. 3. *S. sanguinea. Sibth. Ox.* p. 404. *Bolt. t.* 121. *Sowerb. t.* 254. *Nees Syst. f.* 360. (Scl. Suec. exs. n. 264.)

Admodum pusilla, ovata l. globosa, glaberrima, ostiolo papillæformi. Sporidia septata. — Certissime a *S. coccinea* diverva, quamvis utraque colore & loco natali admodum conveniat. *Ad ligna denudata, passim. Vere. (v. v.)*

β. *media*, aggregata, parasitica, peritheciis subglobosis flaccidis subpapillatis.

S. sanguinea, *Wahl.*, *Lapp.* p. 521. *S. erythrococtos*, *Ehrenb. Ber.* p. 29. (Scl. Suec. exs. n. 127.)

Ostiolo excepto omnia sequentis Cum *S. coccinea* b. non commutanda. *Ad Sphærias destructas*, *aut.* (v. v.)

315. *S. episphæria*, gregaria, mollis, minima, sanguinea, peritheciis subcompressis collabescentibus, papilla convexo-oblonga.

Tod. Meckl. 2. p. 21. f. 89. *Pers. syn.* p. 57. *Nees Syst.* f. 351. *Fries V. A. H.* 1818. p. 116, *Dec. Fr.* 6. p. 142. (Scl. Suec. exs. n. 265.)

b. fuscescens. *Obs. Myc.* 2. p. 345.

Antecedentis varietati tam affinis, ut non de identitate tribus, sed de differentia specifica dubitemus! Aequè tenuis, flaccida, læte colorata, facile collabescens & fere crispa, tantum forma compressa ostioloque diversa. *In S. Stigmatæ &c. parasitica, etiam Americæ, aut — vere.* (v. v.)

316. *S. ordinata*, in seriem elongatam conferta, rufosca, peritheciis minutis mollibus basi subfibrillosa.

S. lineata. *Dec. Fr.* 6. p. 135. nec *A. S.*

In strias foveolares ligni longitudinales sita est. Perithecia seriata, nunc distincta, nunc basi sæpius confluentia, semiorbicularia, basi dilatata byssoidea (an e fibris matris?) vegeta sordide rufa, dein fusca. In ligno denudato Quercus in Jura, vere.

** 317. *S. seriata*, in seriem elongatam conferta, atra, peritheciis minutis mollibus rugulosis orbiculatim depressis papillatis.

Pers.! p. 65. *Ic. pict.* t. 16. f. 2. *A. S.* p. 34. *Fries V. A. H.* 1817. p. 261. (Scl. Suec. exs. n. 267.)

Peritheciorum situ cum præcedente omnino convenit; nostra vero in omni ætate atra & glabra, opaca, mollia, nunc albobarcta nunc inania. *In rimis ligni mollis quercini, aut., vere.* (v. v.)

318. *S. pomiformis*, minor, atra, peritheciis pomiformibus lævibus circa ostiolum papillæforme impressis.

Pers. syn. p. 65. Ic. pict. t. 3. f. 4, 5. A. S. p. 34. Dec. Fr. 6. p. 135. Fries V. A. H. 1817. p. 265. (Scler. Suec. exs. n. 236. Moug. & Nestl. ! 482.)

b. *S. Corona*. *Sowerb. t. 393. f. 7. sparsa.*

Elegans, superficialis, plerumque conferta & stipata, sed etiam sparsa, glabra, opaca; perithecia globosa, subtenuia, sed rigidula, quare apice tantum collapsa, demumque lacerato-aperta. *Ad ligna truncorum exsiccatorum, etiam Americæ, perennis.* (v. v.)

β. *rugulosa*, mollior, peritheciis subrotundo-ovatis rugulosis subpapillatis. *Pers. l. c.*

Nonnulla individua collapsa *inveniuntur, ostiola subinde obsoleta l. ad unum latus spectantia. Ad ligna putrescentia.*

319. *S. mammaeformis*, major, atra, peritheciis tenuibus globosis lævibus, ostiolo papillæformi.

Hypoxylon globulare. Bull. Ch. p. 169. t. 487. f. 2. Sph. byssisedæ var. Dec. Fr. 2. p. 295. S. papillosa. Sowerb. t. 236. S. mammaef. Pers. ! syn. p. 64. Ic. pict. t. 5. f. 6, 7. (Moug. & Nestl. ! exs. n. 380.)

Gregaria, parca, sed passim confluens, præcedente triplo major, opaca, glaberrima, peritheciis tenuibus submembranaceis, non tamen collabentibus, sed facile laceratis. Circa papillam minutam subinde depressa. Affinis *S. thelenæ. Ad ligna putrescentia, rarior; etiam Americæ.* (v. v.)

Obs. S. vesicaria V. A. H. 1817. p. 265. adhuc tenuior, fragillima & licet externa facie simillima certe diversa. Specimen nunc non adest. Matrix est Mesentericæ species !

320. *S. stercoraria*, nigra, nitida, peritheciis globosis rigidis lævibus, ostiolo papillæformi.

Sowerb. t. 357. Fries l. c. p. 265.

Quoad magnitudinem inter priores media, diversa peritheciis crassis, firmis (nec collabentibus nec fragilibus) & nitidis, glabris. Variat a.) conferta. b.) sparsa. *Illæ in merda humana, hæc in equina. Aut., vere.* (v. v.)

β. *stercoris*, ovoidea. Dec. Fr. 2. n. 791.

Ostiolum obsoletum. *In fimo Cervi.*

321. *S. pleurostoma*, sparsa, nigra, peritheciis ovatis firmis lævibus, ostiolo tenui cylindrico brevi.

S. pleurostoma. Kunz! in litt.

Insignis ostiolo cylindrico tenui acuto, sæpe obliquo, quasi laterali, ceterum inter minores species est, superficialis, integra persistens, brevi evacua. *Ad ligna exsiccata, raro.* (v. s.)

322. *S. obducens*, conferta, minor, atra. peritheciis ovato-rotundatis inæqualibus rigidis, ostiolo subpapillæformi.

S. obducens. Schum.! Scell. 2. p. 159. pro parte.

b. minor, Fries (in Scler. Suec. exs. n. 119. e lapsu calami *S. incrustans* b.)

S. pomiformem inter & *S. pulveraceam* media. A priori differt peritheciis inæqualibus, subconfluentibus l. e mutua pressione angulatis, magis adnatis, rigidis & firmis, quare nec collabentia l. circa ostiolum, minus distinctum (nunc subangulatum, nunc obsoletum) depressa, neque diffracta observantur. Opaca, glabra, rugulosa, intus plerumque albo-farcta. *Ad ligna &c. passim. b. in ramis Fraxini. Perennis.* (v. v.)

*** 323. *S. Bombarda*, fasciculata, nigro-fusca, peritheciis elongatis ventricosis mollibus, ostiolo papillæformi nigro.

Næmaspora glabra. Willd. Ber. n. 1207. *S. Bombarda. Batsch. Cont. 1. p. 271. f. 181. Pers. syn. p. 75! A. S. p. 39. Nees Syst. f. 357. Fr. V. A. H. 1817. p. 264. (Scl. Suec. exs. n. 266.)*

Major, stipata, glabrescens; humida badiofusca, lævis; sicca rugulosa, opaca, nigrescens. Perithecia crassiuscula, nunquam collabentia, acute papillata, gelatina pulveris instar albi expulsa cava. *Ad truncos putrescentes, discum præcipue truncatum occupans, etiam Americæ. Hieme — vere.* (v. v.)

Obs. *S. bombardica* Sowerb. t. 372, f. 4. non ad hanc sed potius ad præcedentem, pulveraceam &c. pertinet.

324. *S. ventricosa*, conferta, atra, peritheciis ventricosis mollibus, ostiolo lato sublabiato.

Pers. syn. p. 76. Ic. pict. p. 64. t. 24. f. 8.

Perithecia magnitudine communi, atra, parum mollia, deorsum subattenuata, hinc obconica, ultra medium ventricosa. Ostiolum breve, orificio largo & labiis tumidiusculis gaudet. Ulterius inquirenda. *In ramulo exsiccato.*

325. *S. spermoides*, stipata, atra, peritheciis rigidis globosis deorsum subteretibus, ostiolo papillæformi obsolete.

Hypoxylon miliaceum. Bull. Champ. 1. p. 169. t. 444. f. 3. S. globularis. Batseh. Cont. 1. f. 180. S. granum. Fl. Dan. t. 1311. f. 1. S. spermoides. Hoffm. Veg. Cr. 2. p. 12. t. 3. f. 3. Pers. syn. p. 75. Dec. Fr. 2. p. 297. Fries V. A. H. 1817. p. 258. (Scl. Succ. exs. 257. Moug. & Nestl. 484.)

h. S. bombardica. Bolt. t. 122. f. 2; ex Nees.

Crustaceo-cohærens, semine Sinapeos fere major, sub lente subtiliter rugulosa, opaca, sicca non collapsa, sed ob substantiam rigidam sæpe diffracta. Quando sparsa reperitur omnino globosa; quando conferta deorsum subattenuata. *Frequens ad truncos putrescentes, etiam Americæ; aut. — vere.* (v. v.)

326. *S. uliginosa*, conferta, atra, peritheciis globosis rugulosis opacis, ostiolo papillæformi nitido.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 39.

Subcrustacea, minor, peritheciis passim confluentibus, basi neutiquam attenuatis. Papilla disti-

cta, convexa. *Supra terram turficeam rarissima. Aut.*
(v. v.)

327. *S. sordaria*, subemergens, gregaria, atra, peritheciis globosis mollibus collabentibus rugulosis cum ostiolo obsoleto confluentibus,

(Scler. Suec. exs. n. 270.)

E ligno gregatim & sæpe seriata emergunt perithecia minuta, sublibera, fibrillis ligni canescentibus cincta, opaca, mollia, fragilia, cum ostiolo papillæformi confluentia, inde apice conico-globosa. Nudo oculo sordem nigram modo refert. An vere hujus tribus? *Ad ligna uda pinea, hieme, vere.* (v. v.)

**** 328. *S. moriformis*, conferta, atra, peritheciis obovatis corrugato-tuberculatis, ostiolo simplici.

Tod. Meckl. 2. p. 22. f. 90. Pers. syn. p. 86. A. S. p. 43. Dec. Fr. 6. p. 141. Fr. l. c. p. 260. S. claviformis. Sowerb. t. 337. forma elongata. (Scler. Suec. exs. n. 125. Moug. & Nestl. ! exs. n. 382.)

Major, rigida, opaca, superficie rimoso-tuberculata distinctissima. Forma admodum varia cylindrica, obovata, globosa in eodem ramo. Subinde crusta tenui effusa innascentem vidi. *Ad ligna & ramos exsiccatos Pinuum, Fagi &c. ; etiam Kamtschatkæ & Americæ. Perennis.* (v. v.)

β . *fasciculata*, erumpens, fasciculata. *Tod. l. c.*

γ . *globosa*. *globosa*, corrugata, *l. c. f. 91.*

S. rubiformis. Sowerb. t. 373. f. 2.

In ramis, illa epidermide tectis, sed ligno semper adnata!, *hæc decorticatis.* (v. v.)

329. *S. Pulvis pyrius*, conferta, atra, peritheciis ovato-globosis rugosis, medio sulcatis.

Pers. ! syn. p. 86. Schum. Scell. 2. p. 159. Wahlenb. Lapp. p. 521. Dec. Fr. 6. p. 141. Nees syst. f. 348. Fries V. A. H. 1817. p. 259. (Scl. Suec. n. 312.)

b. minor. (Moug. & Nestl. n. 381.)

Præcedente minor, segnius tuberculoso-rugosa. Perithecia crustaceo-congesta, rigida, forma varia, ellipsoidea, globosa l. ovata, ostiolo subrimoso. *Ad truncos siccos frequens; etiam Kamtschatkæ, Americæ &c. Perennis.* (v. v.)

330. *S. pulveracea*, conferta, minor, atra, peritheciis subovatis rugulosis rigidis, ostiolo distincto pertuso. *S. pulveracea Ehrh. Pers. ! syn. p. 83. Fries V. A. H. 1817. p. 261. (Scl. Suec. exs. 121.)*

Præcedente minor, superficie inæquali, sed non tuberculata ostioloque facile distincta. Perithecia rigida, nitidula, crustaceo-aggregata. *S. mollis* Tod. Meckl. 2. p. 8. f. 66. hujus potissimum loci; talem exacte legi in ætate juvenili ad ligna cariosa. *Ad ligna exsiccata, apprime faginea; etiam Kamtschatkæ & Americæ. Perennis.* (v. v.)

331. *S. ovoidea*, sparsa, atra, peritheciis ovatis acutis lævibus, ostio o subtilissimo. *Fries V. A. H. 1817. p. 267. Wahl. Ups. p. 471.*

Omnino superficialis, glabra, lævis, subopaca, rigida, quare demum diffracta, ostiolo cum perithecio omnino confluyente, unde acuta. *S. spermoide* paulo minor. *Ad ligna exsiccata quercina, rarior. Perennis.* (v. v.)

332. *S. myriocarpa*, conferta, atra, nitida, peritheciis minimis globosis lævibus astomis. *Fries V. A. H. l. c. Kunz. Myc. Hest. 2. p. 40. S. atomus. Schum. Scell. 2. p. 158. S. insidens. Soewerb. fung. t. 372. f. 12. quoad habitum icon. (Scl. Suec. n. 313.)*

Omnino superficialis, nunc conferta, nunc etiam sparsa, lævissima, præcedente multoties minor, vetusta leviter collabitur. Ostiolum obsolete, demum pertusum. *In lignis ad terram dejectis, aut.* (v. v.)

333. *S. notha*, stipata, late effusa, nigra, peritheciis cylindricis minimis, ostiolo majusculo pezizoideo-aperto splendido.

S. abnormis. Schwein. ! l. c. n. 235.

Vegetatio omnino hujus tribus; vidimus varietatem *S. pomiformis* non absimilem. Subiculum nullum, sed perithecia in crustam latam stipata, tenuia & forsitan ex his laceratis oritur ostiolum apertum. *In ligno cæso Carolinæ.* (v. s.)

Species inquirendæ:

1. *Hypoxylon clavatum*, Bull. Champ. t. 444. f. 5. (an *S. bombarða*).
2. *S. rimosa*, Sowerb. t. 375. f. 3. & *S. coriacea* t. 371. f. 1. quantum icones ante 8 annos visas in memoriam revocare possum ad *S. pulverem pyrium* & *S. spermoidem* spectare videntur.

Species hujus tribus maxime triviales & dissitissimis terræ regionibus communes. Michelius jam inter Lichenis Ordin. XXXVII. unam alteramve notavit. Species nigræ dein sub *Hall. helv. n. 2179* & *Lycoperd. nigrum Lightfoth* Scot. 1069 comprehensæ.

Trib. XX. PERTUSÆ.

CHAR. Simples. Perithecia nuda, firma, glabra; basi applanata, adnata l. immersa, ostiolo æquali subpapillæformi, demum deciduo pertusa, gelatina fluxili l. evacuata. Asci distincti, sporidiis subseptatis. *Innato-superficiales, solitaria, lignatiles l. corticolæ, primo velatæ, aliæ immersæ.*

Obs. A præcedente tribu, cui affines, differunt situ solitario, peritheciis minus superficialibus ob basin adplanatam quasi dimidiatis. A duobus sequentibus ostiolorum forma facile differt. (*S. sordaria*.)

- * 334. *S. lecythea*, sparsa, peritheciis nudis minutis compressis fusciscentibus, ostiolo cylindrico.

Schwein. ! l. c. n. 155.

Perithecia longitudinaliter compressa. Ostiolum dimidium perithecii adæquans. Exacte refert ampullam portatil-m. Rara in ligno carioso Carolinæ.

335. *S. mobilis*, gregaria, libera, mollis, minima, peritheciis globosis lævibus fuscis, papilla decidua.

Tod. Meckl. 2. t. 9. f. 71. Dec. Fr. 6. p. 141.

Admodum tenera, minuta, superficiali-libera, ut quaquaversus facile se moveri sinat. Papillam suam senior sæpius dejicit, tum pertusa cernitur. Color fuscus, in nigrum denique transiens; juvenilem rubellam suspicatur *Tode. In ramulis putridis Quercus &c. etiam Americæ, vere.* (v. s.)

336. *S. umbrina*, sparsa, peritheciis orbiculatis depressis, cortice exteriori umbrino, interiori papillaque prominente atris.

S. mamillaris. Schum. Sall. 2. p. 157.

Gelatina nigra. *In ligno radicis Alni.* (v. ic.)

337. *S. papillata*, subsparsa, peritheciis orbicularibus semiimmersis lævibus atrofuscis, ostiolo papillato obtuso basi impresso. *l. c. p. 161.*

Passim confluens. Gelatina albida. Quatenus hæc & antecedens veræ species sint e colore perithecorum constante l. ætate juniore privo pendet. A *S. mastoidea* non multum recedit. *S. pubescens l. c.* evidenter immatura. *In ligno Salicis fragilis.* (v. ic.)

** 338. *S. putaminum*, sparsa, subfusca, peritheciis conicis lineis concentricis fasciatis, ostiolo crasso ampullæformi.

a. major, matrice concolor. *Schwein. l. c. n. 163.*

b. minor, nigrescens. *l. c.*

Conica aut dolioliformis, concentricè striatula, insignis ostiolo subelongato pero maximo umbi-

licato, unde apice fere ampliato. *In putaminibus a. Persicarum, frequens. b. in fructibus putridis Quercus l. Juglandis raro. (v. s.)*

339. *S. stromatica*, sparsa, atra, nitida, peritheciis conicis lævibus superficialibus minute papillatis.

Spreng.! in *V. A. H.* 1820. p. 50.

Inter majores, exacte conica, basi applanato-adnata nec immersa, ligno albicante subfibrilloso insidens, sed stroma nullum adest. Perithecia crassa, rigida, firma nec collabescentia, papilla minutâ, demum decidua. *Ad ligna Guadelupæ. (v. s.)*

340. *S. Papilla*, (tornata) sparsa, atra, opaca, peritheciis hemisphærico-conicis innatis, ostiolo papillæformi.

Schwein.! *l. c. n.* 159.

Solitaria, major, late conica, superficiali-innata, glaberrima, vix ne sub lente perspicue rugulosa. Ostiolum distinctius, quam præcedentis, pertusum. *Passim ad ligna cariota acerina Carolina. (v. s.)*

341. *S. mycophila*, sparsa, atra, peritheciis hemisphæricis lævibus subinæqualibus, ostiolo papillato.

Fries Obs. 1. p. 183. *V. A. H.* 1817. p. 266.

Perithecia superficiali-emersa, fragilia, nitidula, irregularia, quando plura conferta confluent. Perithecia papillæformia, primo papilla minuta atra tecta, dein hac deciduâ nuda pertusa. *In Polyporis putrescentibus. (v. v.)*

342. *S. umbonata*, sparsa, atra, peritheciis orbiculatis convexo-planis lævibus, ostiolo papillæformi.

Fries Obs. 1. p. 181. *V. A. H. l. c.*

Admodum regularis, depressa, ultra lineam lata, opaca, glaberrima, innato-superficialis. Substantia firma. A *S. serpente* non multum distat. *Ad ligna faginea rarior. Aut. (v. v.)*

343. *S. applanata*, sparsa, atra, opaca, peritheciis lævibus orbiculatis convexis subtus applanatis, ostiolo simplici pertuso. *Fries Obs. l. c.*

S. pertusæ subaffinis, sed forma differt & peritheciis innato-superficialibus, basi applanata; demum collabentibus, fere concavo-planis. Sub lente bene augente rugulosa, passim duo confluunt. *In ligno putrido. (v. v.)*

344. *S. picastra*, sparsa, atra, opaca, peritheciis ellipticis conico-depressis innatis rugulosis umbilicatis.

Fries V. A. H. 1817. p. 260. Kunc. Myc. Heft. 2. p. 38. (Scl. Suec. exs. n. 123.)

Major, ultra lineam longa, fere solitaria. Perithecia conico-convexa, superficiali-innata, crassa, durissima, numquam fracta l. collapsa vidi, vere perennia, basi elliptica, papilla minima mox decidua ostiolo late umbilicato subexcentrico demum pertusa. *In ligno indurato resinoso Pini silvestris. (v. v.)*

*** 345. *S. mastoidea*, sparsa, nigra, nitida, peritheciis conicis semiimmersis lævibus, ostiolo minuto papillæformi, dein pertuso.

Fries V. A. H. 1817. p. 267. Myc. Heft. 2. p. 39.

Elegans, major, *S. stromaticæ* simillima. Perithecia firma, glaberrima, basi immersa, parte prominente conica (rarius convexa) lævissima, ostiolo nitido papillato. Ad basin cortex passim albicat, sed nullum adest subiculum tomentosum. *Ad cortices salicinos, perennis. (v. v.)*

Obs. Etiam a Persoonio (Syn. ! p. 70.) ad S. albicantem relata; sed hæc potius ad S. confluentem citanda.

Cf. *Ic. pict. t. 17. f. 1. Ceterum S. albicans neutiquam dici meretur.*

346. *S. seminuda*, sparsa, nigra, peritheciis ligno albicante subimmersis, ostiolo conico acuto, dein pertuso. *Pers. syn. p. 70.*

Præcedente minor, magisque immersa, peritheciis nunc solitariis, nunc 2—3 continuis, in materia compacta subfibrosa lævigata albicante immersa, quæ vero omnino peregrina est. Ad Byssisedas non, potius ad Obtectas pertinet. *Ad ligna exsiccata.* (v. s. a Cl. Stenhammar missa).

347. *S. latericolla*, gregaria nigra, peritheciis emergentibus sphericis lævibus, ostiolo sublaterali conico rigido.

Dec. Fr. 2. p. 290.

Perithecia distincta, sed in acervulos subcompressos collecta, glabra, cornu forma ob ostiolum laterale subacutum, demum emersa cupulæformia (pertusa?). *Dec.* — In rimis lignorum legi speciem peritheciis seriato-confertis, ovatis, lævibus, emergentibus minutis, ostiolo cylindrico longiusculo pertuso, quam huc referendam puto. *In ligno querciuo, hieme.* (v. v.)

348. *S. pertusa*, sparsa, nigra, peritheciis emergentibus conicis subrugosis, ostiolo conico deciduo pertusis.

Pers. ! syn. p. 13. A. S. p. 52. Fries V. A. H. p. 261.

In multis cum Lophiis convenit. Perithecia primo subimmersa, ovata; dein emersa, parte superiore prominente conica, inæqualia, rigida, subfragilia, sed non collabentia; passim crustulæ nigræ insidentia. Ostiola brevia, primo conica acutiuscula, dein decidua, indeque late pertusa. *Ad ligna indurata, etiam Americæ. Legi in radice Alni. Vere, æst.* (v. v.)

349. *S. taphrina*, sparsa, atra, peritheciis immersis, dein emergentibus subcompresso-ellipticis obtusis, ostiolo simplici demum pertusis.

Fries l. c.

Lignum, cui innascitur, in superficie in fibrillis albicantibus solutum, minus tamen distincte, quam in *S. seminuda*. Perithecia primo tota ligno immersa, compressa, demum hemisphærio superiore prominula, lævia, glabra, opaca, obtusissima, fere obovato-compressa; papilla minima, obtusissima, vix perceptibilis, qua decidua ore simplici contractato pertusa. Analoga cum *S. picastra* & *S. compressa*. *Ad lignum vetustum aëri expositum, raro.* (v. v.)

350. *S. Aspegrenii*, subgregaria, atra, peritheciis emersis hemisphæricis lævibus nitidis, ostiolo simplici demum umbilicato-pertusis.

Fries in Kunz, Myc. Heft. 2. p. 40.

Præcedentibus minor, nunc gregaria, nunc sparsa, firma, orbiculata, subglobosa, basi subimmersa, hemisphærica, ostiolo vix papillato, demum vero apice pertuso tandemque umbilicato-depressa. Asci sporidiis pluribus referti. A Persoonio! pro *S. pertusæ* var. data. *S. globularis* Schum. e descriptione. *Ad ligna & cortices.* (v. v.)

- **** 351. *S. ? porphyrostoma*, subgregaria, nigra, peritheciis innato-superficialibus globosis lævibus, primo papillatis, dein pertusis limbo purpureo.

Kunz, ! Myc. Heft. I. p. 91.

Perithecia sparsa l. indeterminate aggregata, basi immersa, parte prominente conico-hemisphærica, papilla minuta decidua purpureo-umbilicatis. Asci tenues, sporidis 2 — 4 triseptatis. Valde Lichenosa! *In crustis Lichenum ad corticem Bonplandiae trifoliatæ & Cascarillæ.* (v. s.)

352. *S. nucula*, subgregaria, nigra, peritheciis minutis innato-superficialibus ovatis lævibus, primo papillatis, dein umbilicato-pertusis.

Fries V. A. H. 1817. p. 266. *Myc. Heft.* 2. p. 39. (Scler. Suec. exs. n. 230.)

Antecedentibus minor, opaca; semiimmersa, ostiolo instruitur minuto brevi subcylindrico l. *compresso!*, ut in *Lophiis*; dein emersa, conico-hemisphærica ostiolum amitit, truncato-pertusa, absque limbo distincto discolori. *Ad corticem crassiorem Quercus Æc. Perennis.* (v. v.)

353. *S. vilis*, solitaria, atra, peritheciis convexis obtusis minimis atris, basi plana, ostiolo papillato deciduo.

Fries V. A. H. 1817. p. 268. *Myc. Heft.* 2. p. 40.

Pæne microscopica, punctiformis, admodum dispersa, lævis, glabra, opaca, e ligno albicante emergens, dein fere superficialis. Ostiolum minimum. *In ligno molli putrido quercino, aut, hieme.* (v. v.)

354. *S. surculi*, sparsa, nigra, peritheciis minimis conico-hemisphæricis, dein collabescendo cupulatis lævibus, ostiolo papillæformi.

Fries II. cc.

A præcedentibus omnino diversa peritheciis tenuioribus, quare arcte collabescunt pezizoidea margine tenui acuto cincta, disco persistenter papillato. Superficies lævis nitida. Ad Sph. herbicolas magis accedere videtur. *Ad ramos Sambuci nigre decorticatos, aut.* (v. v.)

355. *S. palmicola*, gregaria, nigra, peritheciis subinnatis convexis minutis nitidis astomis, demum umbilicato-perforatis.

Fries Obs. Myc. 1. p. 179.

Ambigit inter Pertusas & Innatas. Perithecia subimmersa, basi epidermide tecta, globosa l. ellipti-

ca, lævia, passim confluentia & irregularia, demum superior pars secedit, relinquens maculam opacam nigram. *In fructu Coccoes uuciferæ.* (v. s.)

Species vix notæ:

1. *S. umbratilis*, sparsa, minutissima, globosa, nigra, subiculo candido subimmersis, ostiolo brevissimo perforato, *Reb. Neom. p.* 335 — an *S. vilis*?
2. *S. reptans*. *Sowerb. t.* 395. *f.* 2. ex habitu *S. pertusæ* affinis, sed historia *S. vesiculosæ* Fries, junior mesenteriformis & repens &c. Utraque ulteriori examine dignissima!

Tribus antecedens admodum naturalis. Præ ceteris ad Lichenes abeunt; in variis adest cruste analogon. Verrucariæ vegetatione, peritheciis vere dimidiatis &c. distinguuntur.

A rubris descendimus ad species nigras magisque induratas *crustaceo-cohærentes*, sed non confluentes. Inter Compositas *S. denudatæ* cum Pulvinatis (*S. multiform.* var.) & *S. pertusæ* cum *S. Coenatis* analogæ. Ad has pertinent species fuscæ v. c. mobilis &c.

Trib. XXI. PLATYSTOMÆ.

Sph. macrostoma, *Tod. Meckl. p.* 12. *S. Platystomæ.* *Pers. syn. p.* 54. *Nees syst. p.* 313. *Schmidt l. c. p.* 19. *Lophii species.* *Fries Obs. i. p.* 191.

CHAR. Simples. Perithecia juniora tecta, adulta subnuda, glabra, firma, gelatina fluxili l. evacuata! Ostiolum subcompressum, latissimum, rima longitudinali dehiscens. Ascii clavati, sporidiis elliptico-lanceolatis, sporidiolis refertis. — *Cristatæ, superficiali* — *immersæ, emergentes, sparsæ ligni l. corticolæ.* (*S. epispæria*).

A præcedentibus ægre differunt externo habitu, nam plures species variant ostiolis conicis & compressis; cf. *S. nuculam, diminuentem, curtam* &c.

Ceterum species nimis inter se affines. Ut genus inter Sphærias & Hysteria intermedium distingui possent, sed minime ut subdivisio primaria Sphæriarum simplicium!

- * 356. *S. barbara*, sparsa, peritheciis emersis rotundatis canescente-cinereis nigricantibus, ostiolo subdeciduo rima transversali fissis.

Hyster. cinereum. *Pers. syn. p. 99.* (junior). *A. S. P. 55.*

b. *nigricans.* *Sph. barbara.* *Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. V. A. H. 1818. p. 117.* (sub *Lophio.*)

Vera Sphæria; Pertusis maxime affinis. Rami, quibus innascitur, determinate exalbicantes, quare crustæ tenuissimæ insidere videntur perithecia sparsa, subglobosa, basi semiimmersa, lævia, glabra, magnitudine fere seminis cannabini. Ostiolum conicum raro observatur, sæpius tota transversim fissa, unde habitus Hysterii. *Ad ramos Salicis capreæ, Sorbi &c. exsiccatos; an idem in ligno Liquidambaris Carolinæ. Vere.* (v. v.)

357. *S. truncata*, sparsa, peritheciis emersis tereticonicis nigris, confluentibus cum ostiolo truncato lineato-rimoso.

Hyst. truncatum? *Pers. syn. p. 98.*

Sequenti proximum, sed ostiola minus evoluta sursum non dilatata. Perithecia emersa, difformia, primo subrotunda, mox subcylindrica l. conico-truncata, lævia, nitida. *Ad ligna salicina, rarissima.* (v. v.)

358. *S. pileata*, sparsa, peritheciis emersis subglobosis nigris, ostiolo obconico plano.

Tod. Meckl. 2. p. 13. f. 18. Pers. syn. p. 54.

Ostioli figura ovalis est, superne dilatata & truncata, lateribus ad verticem perithecii contractis, unde cono truncato inverso quodammodo simile fit.

In ramulis aridis tam cortici, tam libro immersa, vere; etiam Americæ. (v. s.)

359. *S. crenata*, sparsa, peritheciis emersis subglobosis nigris, ostiolo compresso latissimo subcrenato.

S. cristata. a. S. crenata. Pers. syn. p. 54. t. 1. f. 15. Nees syst. f. 350. Schmidt Myc. Heft. 2. t. 1. f. 9. S. crenata. Fries l. c. p. 55. V. A. 1818. p. 115. sub Lophio.

Pulchra. Perithecia sursum leviter coarctata, mox vero dilatata in ostiolum perithecorum diametrum æquans, cristatum, convexum. Occurrit etiam gregaria, sed non definite. *Ad ramos Pruni spinosæ, acerinos, Corni &c.; etiam Americæ. Vere. (v. v.)*

360. *S. excipuliformis*, sparsa, peritheciis emergentibus ovatis nigris, labiis ostioli collo brevi longioribus.

S. excipulif. Fries Obs. 1. p. 177. t. 4. f. 5. V. A. H. 1818. p. 112. (sub Lophio). (Scl. Suec. n. 88.)

Perithecia subemersa, rugulosa, opaca, in cololum breve cylindricum angustata, cujus apices compressi dilati integerrimi nitidi. *In cortice Aceris & Fraxini crassiore. Perennis. (v. v.)*

361. *S. macrostoma*, sparsa, peritheciis emergentibus globosis nigris, ostiolo brevi compresso dehiscente.

S. macrostoma. α — δ Tod. Meckl. 2. p. 12. f. 76, 77. cum variis quoad ætatem varietatibus. S. dehiscentis & libera. Pers. syn. p. 55. Nees syst. f. 350. b. Lophium Lonicæræ. Fr. V. A. H. p. 115.

Perithecia primo immersa fusciscentia, dein semiemersa, raro omnino libera atra, absque collo, sed terminato ostiolo latiusculo elliptico peritheciis brevioribus demum dehiscente. Magnitudo variat. *Ad ligna, sarmenta & cortices, passim. Perennis. (v. v.)*

β. *S. media*, peritheciis immersis, ostiolo prominente latiusculo. *Pers. syn. p. 55.*

Ostiolum rugulosum, demum etiam dehiscit, sed magis prominens quam in præcedente. *Ad ramos aridos. (v. v.)*

362. *S. angustata*, sparsa, peritheciis immersis demum prominulis globosis nigris, ostiolo æquali lineari.

Pers. syn. p. 55. Schmidt Myc. Heft. 2. t. 1. f. 8. Fries V. A. H. 1818. p. 114. sub Lophio.

Rami, quibus innata, nigrescunt. A priori labiis conniventibus linearibus longioribus, a sequente peritheciolorum forma. Sporidia sporidiolo solitario. *Ad ramos exsiccatos passim. (v. v.)*

363. *S. compressa*, sparsa, peritheciis immersis compressis nigris, ostiolo lineari longissimo cristato.

Pers. syn. p. 56. t. 2. f. 13. Fries l. c. (Scler. Suec. exs. n. 89.)

Maculæ nigræ immersa. Perithecia etiam occurrunt subrotunda, labiis arcuæ clausis. *Ad ligna frequens. Per annum. (v. v.)*

364. *S. Utriculus*, sparsa, peritheciis triangulis compressis nigris, ostiolo latissimo.

Reb. Neom. p. 331. t. II. f. 10.

Peritheciolorum forma singularis. *Ad ligna vetusta. (v. ic.)*

365. *S. curta*, gregaria, peritheciis prominulis rugulosis conico-globosis nigris, ostiolo brevi lineari compresso.

Fr. ll. cc.

Lignum, cui incrustant, vix nigrescit, quamvis situs magis confertus quam in præcedentibus. Labia linearia, clausa, latitudine peritheciis multo

breviora, subinde conica. An varietas *S. pertusæ*?
Ad ligna exsiccata. Perennis. (v. v.)

366. *S. diminuens*. sparsa, peritheciis prominentibus rotundatis subdepressis nigris, ostiolo angusto compresso diminuto, interdum subconico.

Pers. syn. p. 57. A! S. p. 27. Fries V. A. H. 1818. p. 113.

Nulla adest macula nigra. Perithecia in ramis decorticatis nuda, in corticatis emergentia, inæqualia, opaca, mox evacuata; ostiolo fracto truncata; subinde conica. Cum *S. macula* non commutanda. *Ad ramos tenuiores Cratægi, Corni, Xylostei &c.; etiam Americæ. Vere.* (v. v.)

S. epiphæria omnino superficialis & *S. Arundinis* vero innata ex hac tribu excludendæ. Species, quæ restant, nimis affines; nec dubito, quin olim accuratius examinatæ ad dimidium numerum reducantur. Optime sane *A. S. l. c.* "Characteres in hac familia distinctivi parum firmo niti tale assiduum quemque naturæ observatorem haud diu latebit: ita v. c. situs plus minus immersus l. nudus varias fungillorum horum ætates evidenter sequitur e. s. p.

Trib. XXII. CERATOSTOMÆ.

S. rostrata. Tod. Meckl. 2. p. 14. Macrostromæ. Pers. syn. p. 58. Nees syst. p. 314. Ceratostomatis spec. A. Fries Obs. 2. p. 341.

CHAR. Simples. Perithecia primo tecta, sæpe villo cincta; dein emersa, nuda, libera, firma, atra, ostiolo rostrato cylindrico ipsis plerumque longiore terminata. Asci subclavati, sporidiis ellipticis, septatis. — *Immerso-erumpentes, sparsæ l. gregarie, ligni — l. corticolæ. Gelatina semper fluxilis.*

Ob villum, qua passim cinctæ l. insident, analogia cum *S. Villosis*; summa autem affinitas cum *Pertusis, Platystomis & Obtectis*. Entophyllæ rostra-

tæ differunt peritheciis innatis, tectis, tenuissimis, farctis, ostioli indole, sporidiis simplicibus &c. Species inter se maxime affines! Ostiolorum longitudo & forma certe e loco variæ; peritheciolorum situs ex ætate pendet.

* 367. *S. lagenaria*, gregaria, mollis, badia, nigrescens, peritheciis globosis rugulosis, ostioliis longissimis subulatis.

Pers. syn. p. 58. *A. S.* p. 28. *Fries V., A. H.* 1817. p. 113.

Basis villo substrigoso subiculari plerumque obducta, sed adventius videtur. Perithecia emergenti-nuda, primo flavescentifulva, mollia, subpellucida, mox badia, demum rigescentia, nigra. Ostiola peritheciis multoties longiora, peritheciis concoloria, stricta l. flexuosa, sursum attenuata, gelatina globuli flavidi instar erumpente. *Ad fungos suberosos, præcipue Polyporos, vere, rarior autumnno.* (v. v.)

368. *S. Stilbum*, gregaria, byssiseda. atra, peritheciis globosis glabris, ostioliis elongatis apice ampliatis.

S. Stilbum. *Schmidt Myc. Heft. 1. p. 63.*

Subiculum floccosum, atrum. Perithecia pusilla, ut in sequente; ostiola triplo longiora, stricta, gelatina globuli instar albi erumpente coronata. Cum priori *Hypocreæ* hujus sectionis ascis filiformibus &c. *S. dryinæ* var. *A. S.* p. 28. potius sequens. *Ad ligna pinea Lusatia.*

** 369. *S. pilifera*, gregaria, nuda, atra, peritheciis minimis globosis lævibus, ostiolo capillari longissimo acuminato.

S. rostrata. *Schum.!* *Sæll. 2. p. 155. Nees syst. f. 354. B. S. pilifera. Fries V. A. H. 1817. p. 116.* (Sch. Suec. exs. n. 25, Schmidt & Kunz, exs. n. 131.)

Admodum subtilis, subinde subiculo villosa l. maculae fuligineo-nigrescenti insidens, sed perithecia glabra. Distinguitur ostioli longissimis tenerimis aequalibus laevibus, nunc flexuosis, nunc striatis. *Ad ligna pinca, abiegna &c., vulgatissima. Per annum.* (v. v.)

β. *pinastri*, emersa, nuda, ostiolo breviori stricto.

Nees! Syst. f. 354.

γ. *dryina*, emergens, solitaria, ostiolo brevior flexili.

Pers. syn. p. 58. t. 2. f. 6. Fr. l. c.

In ligno mucido quercino, parcior.

δ. *S. capillata*, immersa, peritheciis ovatis, ostiolo longissimo curvato.

Fries Obs. 1. p. 177. V. A. H. l. c. p. 116. (ubi antec. variet. dixi).

In Polyporis vetustis. (v. v.)

370. *S. rostrata*, gregaria, emergens, atra, peritheciis globosis rugosis, ostiolo longissimo inaequabili subobtusato.

Fries V. A. H. 1817. p. 114. (Scl. Suec. exs. n. 116.)

b. tenuior, ostiolo subulato. *Tod. Meckl. 2. p. 14. f. 79. Pers. l. c.*

A praecedente differt, ut *S. pulchella* a *S. ciliatula*. Perithecia quadruplo majora, corrugata, nunc immersa, nunc nuda. Ostiola rudiora, sub lente longitudinaliter striata, flexuosa l. deflexa. Ceterum magnitudine & situ solitario l. stipato admodum varia species. *Ad ligna cariosa mollia Fagi, Betulae &c. Per annum.* (v. v.)

*** 371. *S. barbirostris*, conglomerata, atra, peritheciis globosis scabris, ostiolo elongato clavato pubescente.

Dufour in Turp. icenogr. — f. 1.

Perithecia plura ut in *Sph. botryosa* conglomerata in caespites subregulares, exacte globosa,

minoris magnitudinis. Ostiola peritheciis sextuplo longiora, apice incrassata, subincurva, tota pubescentia. *Ad ligna Gallicæ.* (v. ic.)

372. *S. stricta*, conferta, glabra, atra, peritheciis globosis lævibus subnudis, ostiolo rostellato crassiusculo stricto.

Pers. syn. p. 59. A. S. p. 29. Fr. V. A. H. 1817. p. 115. (Scl. Suoc. exs. n. 148.)

Perithecia mediæ magnitudinis, mox emersa, rigida, fragilia, quare sæpius circumscissa cupulata reperiuntur, seriato-conglomerata. Ostiola perithecio vix duplo longiora, rigida, obtusiuscula. *Ad ligna quercina &c.; etiam Americæ. Aut. — vere.* (v. v.)

β. cingulata, peritheciis nigris, apice cingulo fusco, ostiolo longitudine perithecii incurvo.

Perithecia ad cingulum fuscum circumscissa, fragillima. *Cum priori.* (v. v.)

γ. obliqua, sparsa, ostiolo tenuiore subobliquo.

(*Scler. Suec. n. 314.*)

Solitaria, basi fusciscente. Propria species? *Ad asseres Pini.* (v. v.)

373. *S. cuspidata*, conferta, glabra, atra, peritheciis ovato-globosis rugulosis nudis, ostiolo cylindrico longitudine perithecorum.

(*Scl. Suec. n. 117.*)

Perithecia pauca sparsa, plurima stipata, confluentia, aterrima, opaca, primo immersa, mox nuda, magnitudine prioris, intus evacuata atra. Ostiola stricta, firma, (nec fragilia) obtusa, læviuscula. Habitus prioris, ceterum major cum *S. rostrata* affinitas. *Ad ligna Fagi, Carpini, vere.* (v. v.)

374. *S. brevirostris*, sparsa, glaberrima, atra, peritheciis semiemersis globosis lævibus ostiolo peritheciis duplo breviori cylindrico æquali.

b. *S. congener*. Schum. l. c. p. 155.

Junior immersa, dein magis magisque emersa, subnuda, aterrime, lævissima, fere nitida, fragilis, mox evacuata. Ostiolum breve, cylindricum, crassiusculum, læve, rectum, subobtusum. *Ad ligna mollia cariosa.* (v. v.)

375. *S. cirrhosa*, sparsa, nigra, peritheciis immersis subglobosis fibrillosis, ostiolo spinuloso rudi subfalcato.

Pers. syn. p. 59. Ic. pict. t. 24. f. 3, Nees syst. f. 352.!
Fries V. A. H. 1817. p. 114.

b. *fusca*. A. S. p. 29. (junior?)

Junior immersa, demum semiemersa, peritheciis lævibus, villo brevi lanuginoso, sparsimque fibrillis ligno irrepentibus obsitis, sed pars denudata cum ostiolo noduloso omnino glabra est. Abit ad tribum sequentem. *Ad ligna cariosa mollia, etiam America, vere.* (v. v.)

**** 376. *S. mucronata*, gregaria, atra, peritheciis minutis nudis conicis glabris, ostiolo brevi cylindrico.

S. mucronata. Märke!

Inter minimas, sæpe plures confluunt, sed minime conferta est. Perithecia adulta innato-superficialia, lævia, rigida, opaca, cum ostiolo breviori recto obtusiusculo confluentia. *Ad ligna America.* (v. s.)

377. *S. Spina*, sparsa, nigra, peritheciis emergentibus globosis, ostiolis pyramidato-conicis obtusis nudis.

Schwein! l. c. n. 154.

Ex epidermide emergit sphærula, ostiolo spiniformi, crasso, pyramidato-conico, tam duro ut cultello dividi non possit; adscendit ad altitudinem duarum linearum, in tuberculo rami oriens, basi subrotunda cortici affixa. Gelatina alba, ascis

flexis. *In cortice ramulorum juniorum Fraxini, Carolinae.* (v. s.)

378. *S. pulverulenta*, sparsa, peritheciis tectis depressis, ostiolo erumpente ventricosissimo-subulato albopulverulento.

Fr. Nees! in Nov. Act. Nat. Cur. IX. n. 5. t. 6. f. 25.

Species omnino distincta. Perithecia leviter in cortice immersa & ab epidermide tecta, demum elabentia, foveolas relinquentia, tenuia, collabescentia. Ostiola sesqui longiora, rigida, apice obtuso nudo atro. *In ramulis emortuis Pini silvestris prope Basileam.* (v. s.)

379. *S. rostellata*, gregaria, atra, peritheciis tectis subrotundis demum supra depressis, ostioliis erumpentibus cylindrico-attenuatis nudis.

S. acuta. b. *A. S. p. 35. ex loco. S. rostellata. Fries Obs. 1. p. 173. t. 3. f. 3. V. A. H. 1817. p. 119. S. Rubi. Mart. ! Erl. p. 487. S. Clavus. Schmidt!*

Sub epidermide nidulantur perithecia fere innata, minora, albido-farcta, dein evacuata depressa. Ostiola peritheciis longiora, stricta, rigida, obtusiuscula, cylindrica l. sursum leviter attenuata, rarissime autem conica, nullo pulvere adspersa, sed passim hispidula! Valde affinis *S. acutæ.* *Ad ramos Rosæ, Ruborum &c. passim. Aut. — vere.* (v. v.)

Præcedenti proxima *S. incurva* Schum.! Sæll. 2. p. 157. (ostiolo subconico obtusiusculo subinflexo diversa) *in ramis Coryli.*

380. *S. microscopica*, sparsa, atra, peritheciis nudis minimis ovatis, ostiolo subulato stricto breviusculo.

Fries V. A. H. l. c. p. 117.

Nude oculo haud conspicua. Perithecia innatnuda, glabra, lævia, ostiolo vix longiore. *Ad cortices dejectos. Aut. (v. v.)*

Trib. XXIII. OBTECTÆ.

Fries l. c.

CHAR. Simplices. Perithecia semper immersa, tecta, latentia, tenuia, simplicia, collo brevi erumpente, apice sæpius dilatato; gelatina fluxili l. evacuata. Asci tenues, sporidiis uniserialibus simplicibus. — *Vere & constanter immersæ in partibus vegetabilium perennibus, sparsæ l. gregarie.*

A S. Concretescentibus vix ulli limites, facilius differunt Circinatae maxime ceterum affines. A tribus simplicibus proximis differunt peritheciis vix prominulis, multo minus erumpentibus, colli præsentia, gelatina fluxili nec facta &c.

*. Lignatiles. (*S. maura, lineata* &c.)

381. *S. cubicularis*, sparsa, peritheciis immersis compressis, collo tereti, ostiolis in tuberculo erumpente albo prominulis.

Species admodum singularis. Perithecia rara, profunde immersa, fere lanceolata, collo tereti lineam longo terminata. Tuberculum erumpens, subrotundum, convexum, albidum, in cujus centro ostiolum ut punctum nigrum prominet l., si lateret tuberculo dissecto collum ut ductulus niger conspicitur. *Ad ramos Ulmi putrescentes*, (v. v.)

382. *S. hiascens*, sparsa, peritheciis difformibus subdepressis immersis, ostiolis superficialibus tuberculoso-rimosis.

Fries V. A. H. 1817. p. 102. *Myc. Hest.* 2. p. 50.

Lignum, cui innascitur, in superficie nigricat. Colla perithecorum brevissima, sed ostiola exserta magna, tuberculata, demum decidua, foveolas in ligno relinquentia. Videtur varietas *S. spinosa*? *In ligno durissimo Fagi*. (v. v.)

383. *S. tuberculosa*, peritheciis ovatis immersis glabris, ostiolis superficialibus maximis oblongo-ovatis, tuberculis exasperata.

Schwein.! l. c. n. 164.

Sparsa l. aggregata, majuscula, atra, sed nulla adest macula nigra. Ostiola Sphæriæformia sola prominent, dimidiam peritheciis latitudinem aquant. *In ligno carioso betuligno.* (v. s. incompl.)

384. *S. astroidea*, gregaria, peritheciis immersis globosis, ostioliis superficialibus magnis globosis, demum sulcatis stellatisque.

Fries V. A. H. 1818. p. 101. (Scl. Suec. ined.)

Sequente quoad omnes partes major; maculæ indeterminatæ nigrescenti, demum sæpe cinerascenti, immersa. Ostiola perithecia referunt, omnino libera, demum rimosa. Valde affinis *S. milliaris*, sed ligno non elevato composita. *S. capitata* Pers. ! syn. ad illam l. *S. decipientem* spectare videtur, sed e descriptione a præsentem non diversa. *Ad ligna vetusta, per annum.* (v. v.)

385. *S. eutypa*, sparsa, peritheciis immersis globosis, ostioliis in macula nigra prominulis minutis convexis, demum umbilicatis.

Lichen eutypus. *Ach.!* *Prod.* p. 14. *S. eutypa.* *Fries in Liljebl. Sv. fl.* 3. *V. A. H.* 1818. p. 101. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 50. *S. decomponens.* *Sowerb. t.* 217. (Scler. Suec. exs. n. 15.)

b. *aspera*, ostioliis prominulis elongatis subteretibus asperis. *S. operculata.* b. *Pers. syn.* p. 30.

c. ostioliis stellulatis.

Macula nigra, lævis, elongata, determinata. perithecia constanter tegit. Perithecia minuta, nigra, collo brevi. Ostiola punctiformia, leviter prominula, in b. rostellata. *Ad ramos emortuos Populi, Fraxini &c. Perennis.* (v. v.)

Obs. *S. operculata* *Pers.!* *syn.* p. 30. pro parte ad præcedentem spectat, sed nomen antiquius & aptius specificum prætuli. cum *Personii tantummodo* in sequentem quadret, suadentibus quoque descriptione speciei primariæ & A. S. Cf.

386. *S. operculata*, sparsa, peritheciis immersis subglobosis, ostioliis superficialibus globoso-depressis lævibus subpapillatis.

S. operculata. α & $\delta\delta$. *A. S. p.* 40. & verosimile Pers. — (*Scl. Suec. exs. n.* 268.)

Distinctissima ostiolo superficiali excavato, margine annulari prominente Pezizulam exacte referente, sed in perfectis adest papilla minuta centralis. Ligni superficies neququam nigrescit, Variat peritheciis globosis ovatisque, situ sparso & seriato. *Ad ligna vetusta pinca, alnea &c. passim, hieme, vere.* (v. v.)

387. *S. crypta*, sparsa, peritheciis immersis subglobosis, ostiolo simplici demum macula cincto atroinquinata.

Fries V. A. H. 1818. *p.* 102.

Perithecia a duabus præcedentibus haud essentialiter differunt, passim compressa; sed ostiola brevia, æqualia, absque collo angustato, ad ligni superficiem tantum attingunt & prominent. Lignum neque determinate nigrescit, neque exalbicat. *Ad ligna vetusta rarior. Hieme, vere.* (v. v.)

388. *S. livida* α . *grisea*, sparsa, peritheciis subglobosis in tuberculo ligneo prominente elliptico griseo nidulantibus, ostiolo pertuso.

Fries l. c. p. 100. (*Scler. Suec. exs. n.* 316.)

In ligno, cui innascitur, observatur macula elongata, subdeterminata, albida l. canescens, qualis in *Schizoxylon* Pers. Perithecia tenuia, atra, subevacuata, tuberculo ligneo admodum regulari elliptico ($1\frac{1}{2}$ lin. longo) demum supra ligni superficiem toto elevato undique cincta. Ostiola brevia, inclusa, unde tuberculum apice umbilicato-pertusum. *Sph. subimmersa*, Sowerb. t. 372. f. 8, si lignicola, hujus statum juniorem exhibet. *Ad ramos exsiccatos passim.* (v. v.)

β. *S. livida*, peritheciis subcompressis immersis, ostioliis subprominulis materia cinereo-livida cinctis.

Pers. syn. p. 80. Reb. Neom. p. 337. t. 2. f. 6.

Potissimum ad præcedentem pertinet, sed peritheciis gelatina compacta albido-cinerea repletis non parum differt. *Locis similibus.* (v. ic.)

389. *S. foedans*, atroinquinans, peritheciis subglobosis immersis ligno hemisphærico nigricante prominulo tectis, ostiolo papillaeformi globoso.

Habitus omnino Sphæriæ e tribu Pertusarum, sed ligno constanter tecta & in *statu vegeto* ramos fœde atroinquinat, ut ex hoc capite *S. Xylostei* affinior. Perithecia majuscula, sparsa, sed passim confluentia, evacuata intus atra; papilla nuda, nitida. Asci subclavati. *Ad ramos levioris ligni (Aceris Platanoidis?) decorticatos rarior.* (v. v.)

390. *S. anserina*, peritheciis ovatis immersis cum ligno prominulis, ostioliis erumpentibus papillato-teretibus.

Pers. ic. & descr. p. 5. t. 1. f. 8.

Perithecia nigra, in ligno latentia ejusque superficiem bullatam l. papillæformem protrudit, quo cutem anserinam non male representat. A priori descriptio non multum distat, sed magis icon, quæ *S. milliariam* fere representat. *Ad ligna sicca.* (v. ic.)

Cf. Sph. Pertusas ***.

** Corticolæ. (N. 119 - 122 huc omnino referendæ).

** 391. *S. ocellata*, sparsa, peritheciis immersis globosis persistentibus nigris, ostioliis in disco truncato albo exsertis solitariis umbilicatis.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 53.

Stictis speciem primo obtutu refert discus erumpens minutus ceraceus albus, demum vero nigre-

scens, in cujus centro adest ostiolum depressum opacum nigrum, fere ut in *S. leucostoma*, sed perithecia in cortice interiore nidulantia omnino simplicia, solitaria, glabra, nuda. (nec pruinosa) atra, plerumque evacuata, intus cinerascentia nec collabentia. Est quasi *Spharia simplex* stromate instructa: structura ad *Cytisporas* accedente *S. brevis* *Sowerb. t. 394. f. 4.* in multis convenit. *S. tessella b.* fere eadem. *Ad ramos Fraxini, Salicis &c.* (v. v.)

392. *S. decedens*, gregaria, peritheciis globosis immersis nigris, collo recto, ostioliis epidermide lacerata erumpentibus distantibus.

S. tessella. *β. Pers. syn. p. 48. Nees syst. f. 340.*
S. decedens. *Fries in Kunz, Myc. Heft. 2. p. 49.*
 (Scler. Suec. cxs. n. 81.)

Perithecia nunc solitaria, nunc conferta, in cortice interiore immersa, nuda, in collum breve attenuata, nulla linea nigra circumscripta. Discus nullus adest distinctus, sed ostiola pertusa fere præcedentis. *Ad ramos Coryli, aut. — vere.* (v. v.)

393. *S. Corticis*, sparsa, peritheciis globosis persistentibus nigris, ostioliis prominulis minimis punctiformibus applanatis.

S. populina. *Pers. ! ic. pict. p. 52. t. 21. f. 5. nec Syn.*

Cortex, cui innascitur, omnino lævigatus, contiguus & immutatus, ex ostioliis solis prominulis nigropunctatus. Perithecia majuscula, cortici interiori immutato immersa, nuda, glabra, sæpius evacuata, vix ullo collo. Valde affinis *S. eunomiæ*. Nescio, quo caractere distinguerem *S. corticis* *Sowerb. t. 372. f. 5.* *In cortice Populi.* (v. s.)

394. *S. ditopa*, sparsa, peritheciis tectis liberis globosis, mox collabentibus nigris, ostiolo erumpente in disco minimo heterogeneo prominulo.

Fries V. A. H. 1818. p. 106. *Myc. Heft.* 2. p. 51. *S. alnea, Pers.! ined.* (Scl. Suec. exs. n. 84.)

Quando epidermis tollitur ei adhærentes observantur cupulæ minutæ glabræ nigre ortæ e peritheciis arcte & regulariter collabentibus. Discus erumpens minimus sordide pallidus, in cujus centro ostiolum convexum nitidum nigrum exsertum. *Ad ramulos emortuos Alni, frequens. Vere.* (v. v.)

395. *S. obtecta*, sparsa, peritheciis tectis liberis globosis persistentibus glabris nigris, ostiolo prominente globoso nigro.

Schwein.! l. c. n. 206.

Perithecia majuscula, semen Papaveris æquant, globosa, l. depresso-globosa, nigra, intus cinerascens. Ostiola supra epidermidem non lacerato-ruptam sola prominent, papillæformia, subnitida. *In ramis exsiccatis Carolinae.* (v. s.)

396. *S. vibratilis*, sparsa, peritheciis tectis integris globoso-depressis lævibus nigris, ostiolo subtili latente.

(Scler. Suec. n. 315.)

Supra epidermidem nullo modo conspicitur, sed hac soluta apparent perithecia cortici interiori adnata, convexa, tenuissima, lævia, aterrima, nitida, glabra, raro ad basin villosa; ab epidermide omnino discreta nec circumscissa. Ostiolum tenerimum, ægre conspicuum, sed epidermis luci obversa pertusa apparet. *Ad ramos emortuos Prunorum. Aut.* (v. v.)

397. *S. (Cytisp.) lanata*, peritheciis tectis liberis globosis lanatis ferrugineo-fuscis, ostiolo erumpente nigro.

Fries V. A. H. 1818. p. 105. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 51. (Scl. Suec. exs. n. 159.)

b. ostiolo appendiculato disciformi.

Eximum generis decus, alii haud affinis. Perithecia nunc sparsa, nunc conferta subconfluentia, globosa l. globoso-collapsa, *maxima*, tenuissima, undique tomento longo densissimo ferrugineo-fusco l. alius obscuri coloris lanata, ostiolo erumpente tenui cum epidermide connato, quare illa avulsa secedit, sed vere circumscissa non est. In ætate juniore sistit globulos pellucidos fluxiles in tomento expanso. Gelatina albida, copiosissima. *Sub epidermide Betulæ aliarumque arborum, aut.* (v. v.)

398. *S. (Cyt.) hirta*, pusilla, peritheciis tectis epidermide adnatis depressis irregularibus subtiliter villosis nigricantibus, ostiolo erumpente.

Fries V. A. H. l. c. (Scl. Suec. exs. n. 17.)

Præcedente decies saltem minor & potius inter Circumscissas (***) locanda. Perithecia epidermidi adnata, quasi incusa, rotundata, depressa, pube fusco-nigricante plerumque tecta. Ostiola ut puncta subtilissima epidermidem perforant, sed non prominent. *In ramis emortuis Sambuci racemosæ, vere.* (v. v.)

399. *S. pætula*, seriata, pusilla, peritheciis tectis liberis globoso-depressis rugulosis glabris nigris, ostiolis superficialibus punctiformibus.

Fries l. c. p. 107. Myc. Hest. l. e.

Epidermidi adhærent perithecia admodum pusilla, opaca, glabra, non collabentia, quorum ostiola in pagina superiori exserta (nec erumpentia), eleganter seriata, opaca, collo brevissimo. *Sub cortice tenuiore Sambuci nigræ, aut.* (v. v.)

*** 400. *S. rhodostoma*, peritheciis tectis globoso-depressis concentrice striatis sordide nigris, crustæ concolori innatis, ore denudato roseo.

A. S. p. 43. t. 4. f. 3. Nees syst. f. 338. Fries V. A. H., 1818. p. 103. (Scl. Suec. exs. n. 83.)

Crusta longe effusa, ramos ambiens, omnino spuria, ejusdem indolis ac *S. extensæ* &c. Perithecia plus minus aggregata, basi adnata, plicis concentricis annularibus notata, glabra; collis parvis subconicis epidermidi innatis, qua ablata secedunt perithecia nuda ore roseo-rubro pertusa relinquentia. *Ad ramos emortuos Rhamni Frangulæ, etiam Americæ, vere, (v. v.)*

401. *S. Pupula*, sparsa, peritheciis tectis orbiculatis depressis concentricè striatis nigris, ore denudato albicante, papilla lutescente.

Fries V. A. H. 1818. p. 104. Kunz. Myc. Hest. 2. p. 51. (Scl. Suec. exs. n. 16.)

A *S. inquinante* distinguenda videtur, tota historia præcedentis, nec inquinans est. Perithecia libera, globoso-depressa, basi adnata, glabra, sordide nigra; ne quidem ostiolis prominentia, sed apex perithecii cum epidermide connatus, quare illa avulsa ore albo fibrilloso-clauso pertusa, papilla lutescente centrali persistente. *Sub epidermide Aceris & Platani. Perennis. (v. v.)*

402. *S. circumscissa*, sparsa, peritheciis tectis orbiculatis sordide nigrescentibus, parte superiore villosa-membranacea epidermide adnatis, papilla atra.

Pers. disp. p. 4. Syn. p. 85.

b. villo cinereo-fusco, *S. clausæ* var. *Schum. Sæll. 2. p. 156.*

Præcedenti admodum affinis, sed perithecia minus regularia, lævia, epidermidi magis adnata, villo cinereo clausa e. s. p. Gelatina copiosa atra. Scca e cinereo-rufescens. *Ad cortices varios. (v. s.)*

03. *S. (Cytisp.) clandestina*, peritheciis tectis globoso-depressis persistentibus nigricantibus dimidiatis, superne epidermide adnata tectis, ostiolo tenuissimo obsoleto.

a. simplex, evacuata, intus albida. *S. hypodermia Pers.! ined.*

b. composita, peritheciolis in stromate albido. *S. clandestina. Fries Obs. 2. p. 326. V. A. H. 1817. p. 94.*

Paradoxa & heteroclita species, sed sequentibus omnino affinis. *Clandestina* dicitur cum sub epidermide lævigata omnino lateat, neque prominet discus l. ostiolum. In pagina inferiore vero epidermidis observantur bullæ convexæ, hemisphæricæ, dimidiato-adnatæ, corticali sæpe colore tinctæ l. materia incrustatæ, non collabentes, conceptaculo Incusarum simillimæ & sane in perfectissimis adsunt cellulæ punctiformes nigræ, sed plerumque destructæ; tum bullæ evacuatae, ut non possint non pro peritheciis simplicibus haberi. *Sub epidermide ramorum siccorum Sorbi Aucupariæ. (v. v.)*

Obs. Cum sequentibus, quarum omnino gaudet structura, ad *Cytisporas* melius referenda. Sed limites adhuc vacillantes horum generum huc ad interim retinent. Olim etiam huc referendos putavi sequentium status compositos, sed aliter docuere repetitæ observationes.

404. *S. (Cytisp.) personata*, gregaria, peritheciis tectis subglobosis glabris rufofuscis epidermidi adnatis, collabescendo basi umbilicatis, collo erumpente elliptico nigro.

Fries V. A. H. 1818. p. 105. Myc. Heft. 2. p. 51.

b. composita, intus celluloso-multilocularis.

Inter antec. & sequentem exacte media, sed differt statura minore, peritheciis haud depressis, globosis, sed collabescendo basi umbilicatis, ostiolo bullato erumpente prominente nec non colore. *Perithecia* epidermidi integra adhærent, intus evacuata l. cellulosa. *Sub epidermide Betulæ, aut. (v. v.)*

405. *S. (Cytisp.) Tilicæ*, sparsa, peritheciis tectis subampullæformibus circumscissis glabris nigris, collo erumpente inæquali nigro.

Pers.! *syn.* p. 84. *Nees syst. f.* 339. *A. S.* p. 42. *Dec. Fr. 2.* p. 298. *Fries V. A. H.* 1818. p. 104. (*Scl. Suec. exs. n.* 80. *Schmidt & Kunz.*! *exs. n.* 60. & *Nestl. exs. n.* 660.)

b, composita, intus subcellulosa. S. ampullacea. *Pers. syn.* p. 41.

Perithecia majuscula, cortici interiori fibroso subimmersa, inæqualia, sicca facile collapsa. Ostiola primo latent, dein erumpunt disciformia subrotunda inæqualia l. in appendicem crassam plicato-rugosam excrescunt. Var. *constricta* *Pers.* l. c. *Frequens in ramis exsiccatis Tiliæ. Perennis.* (v. v.)

406. *S. pruinosa*, gregaria, peritheciis tectis depressis epidermide adnatis griseo-pruinosis, ostiolis bullato-erumpentibus.

Fries Obs. 2. p. 328. *V. A. H.* 1817. p. 104. (*Scler. Suec. exs. n.* 82.)

Perithecia sæpe irregulariter circinantia, ostiolis confertis; sed certe ad hanc tribum pertinet, præcedentibus affinis, sed pruina sua albido-cinerascente distinctissima. Ostiola vix prominent umbilicato-pertusa absque disco distincto. *Ad corticem ramorum Fraxini, per annum.* (v. v.)

407. *S. C. inquinans*, gregaria, atroinquinans, peritheciis immersis globosis lavibus glabris, superne ab epidermide tectis, papilla erumpente nigra.

Variolaria ellipsosperma. *Bull. Ch. p.* 183. t. 493. f. 3. *Sphær. Sowerb. t.* 372. f. 3. *S. inquinans. Tod. Meckl. 2.* p. 17. f. 85. *Pers. syn.* p. 83. *Nees syst. f.* 356. *Dec. Fr. 2.* p. 298. (*Schmidt & Kunz.*! *exs. n.* 180.)

Perithecia cortici interiori immersa, majuscula, cum ostiolo erumpente fere ovata, superne cum epidermide connata, quare illa avulsa ad medium denudata. Gelatina atra, fili instar passim propellitur, circa ostiolum maculam nigram Stilbosporæ instar sistens. *In cortice ramorum Aceris Pseudo-platani & campestris, aut.* (v. s.)

**** 408. *S. Xylostei*, gregaria, atroinquinans, peritheciis tectis emergentibus integris globosis, ostiolis in macula nigra prominulis demum pertusis.

Pers. disp. p. 4. Fries V. A. H. 1818. p. 103. S. inquinans var. Pers. syn. p. 84. (Scler. Succ. exs. n. 189.)

Præcedenti neutiquam affinis, sed locis decorticatis in *S. latam* abire videtur. Macula nigrescens ramos ambiens, raro oblitteratur. Perithecia quoad internam structuram omnino ut in *Lignicolis* (*); nullo modo ex epidermide operculata. *Ad ramos emortuos Lonicerae Xylostei. Perennis. (v. v.)*

409. *S. mamillana*, sparsa, peritheciis hemisphærico-prominulis epidermide nigrefacta adnata tectis, ostiolo papillæformi limbo cincto.

Fries V. A. H. l. c. Kunz. Myc. Heft. 2. p. 51.

Nulla adest macula nigra, neque gelatina ramos atroinquinat. Perithecia magna, integra, sed semper epidermide tecta, globosa, lævia, passim 2-5 confluentia. Papilla erumpens, globosa, nuda, limbo albicante angustissimo (epidermidis) in perfectis cincta. *Ad ramos exsiccatos Corni & Rhamni. (Aspegren); etiam Lipsiæ (Kunze) (v. s.)*

410. *S. clypeata*, gregaria, peritheciis depressis epidermide nigrefacta innata tectis, ostiolo emerso conico-truncato.

Nees! Syst. f. 315. f. 355.

Præcedente nimis affinis, sed perithecia depressa, tenuiora, minora cum epidermide fere nitida arcuata connata; ostiola subconica nullo limbo corticali cincta. Hæc vero differentiæ e loco pendere videntur. *Ad ramos exsiccatos Rubi fruticosi, vere. (v. s.)*

β. *Rosarum*, peritheciis convexis confluentibus, ostiolo minimo.

Perithæcia utrinque depressa, ut bullæ leviter prominulæ apparent. Ostiolum nonnisi oculo armato apparet. *Ad ramos Rosarum.* (v. 3.)

411. *S. Fur*, sparsa, tecta, areola nigra cincta, ostiolo albo-cincto paululum prominula, cum epidermide profuga, patella residua albicante.

Ehrenb. Fung. Cham. l. c. n. 19. t. 19. f. 11.

In epidermide cernuntur maculæ parvæ, orbiculares, passim confluentes. Perithecium sub epidermide latitans, ovatum, parvum. Asci clavati, sporidiis 4—7 annulatis. *In cortice Pandani.* (v. ic.)

412. *S. Gossypii*, sparsa, submollis, peritheciis immersis globosis purpureo-incarnatis, ostiolo ad superficiem elongato gelatinam fundente.

Schwein.! l. c. n. 207.

Minuta, dubiæ affinitatis. Nascitur in capsulis *Gossypii* immaturis, primum profunde immersa, sed ostiolo etiam tum ad superficiem elongato concolori, unde spargitur gelatina indurescens, quæ capsulas purpureo-inquinat. Perithæcia non observantur nisi capsula percissa, demum assurgunt & superficiem tum exsiccata granulosam reddunt. *In capsulis Gossypii copiose.* (v. s.)

413. *S. pinastri*, peritheciis globosis depressis immersis in collum breve epidermidem perforans productis, ostiolo non prominulo.

Dec. Fr. 6. p. 133. (Sci. Suec. exs. n. 190.)

Perithæcia sparsa, in parenchymate foliorum nidulantur, plerumque ad alterutrum latus nervi medii disposita, nigra, collo brevi truncato in utraque folii pagina erumpente, sed in una tantummodo Sphæria observari potest. *Ad folii dejecta, Pinuum.* (v. v.)

414. *S. cytisporæ*, atroinquinans, peritheciis immersis ovato-globosis atris, collo brevi incluso apice areola minima albicante cincto.

(Scl. Succ. exs. n. 290. *Cytisp. vaccinii*.)

Species elegantulâ, oculo armato tantum observabilis; si nempe folia recentius emortua nigrescentia dissecantur in parenchymate observatur ut puncta minima nigra, in siccis evacuata nitida. Colla superiori foliorum superficiei ut punctula minima subimprensa in cingulo albo angustissimo observantur. Gelatinam cirrhose erumpentem vidi. *In foliis Vaccinii Vitis idææ, hieme.* (v. v.)

415. *S. Oleæ*, sparsa, peritheciis immersis ovatis atris, collo brevissimo conico epidermidem poro protrudente.

Dec. Fr. 6. p. 136.

In parenchymate nidulatur, ut priores. Perithecia dura, perpusilla, collo subinconspicuo. *In utraque pagina foliorum emortuorum Oleæ.*

Species inquirendæ:

1. *S. punctum*, Sowerb. t. 372. f. 9. Perithecia libera, subovata, in superiore corticis parte immersa, epidermidem perforant ostiolo rotundo planiusculo.
2. *S. eremita*, sparsa, atra, peritheciis ligno immersis subprominulis cortice papillatis. *Rebent. Neom. p. 356.*
3. *S. proboscidea*, peritheciis elongatis cylindricis subcircumscissis, ostiolo erumpente. *Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 53. (v. s.)*

Suspicio hanc esse varietatem *S. transientis* Nees! ined. (quæ *S. inquinans* in Salice alba *A. S. l. c.* & mihi sæpe obvia), cujus perithecia utpote ligno adnata in cortice crassiore elongantur. Utramque confluenti-compositam vidi. Ceterum *S. transientem* in præsentem omisi, nescius an vere a *S. ocellata* differat e. s. p.

Vix ulla tribus speciebus pluribus & magis diversis superbit, sed ob situm absconditum a ple-

risque neglectæ; solus fere Cel.] Sowerby plures pinxit. Ob locum natalem neglectum difficile determinantur; quibus proximæ tantum indicare potui.

Sphæriæ simplices innato-immersæ in præcedente tribu proprie recensentur. Cf. quoque *Subtetas* inter Innatas (Trib. XXV.)

Trib. XXIV. OBTURATÆ.

CHAR. Simples. Perithecia primo innata, epidermide tecta, dein erumpentia, nuda, fere superficialia, crassa, glabra, ostiolo nudo papillæformi l. rimose dehiscente. Nucleus ceraceus, diu factus, demum deliquescens evacuatus. Asci erecti, breves, sporidiis simplicibus exiguis. *Superficiali — innatæ, sub arborum epidermide nascentes, mox erumpentes, liberatæ. Velum nullum.*

Cæspitosis quam maxime affines & vix nisi situ solitario differunt. Occurrunt nunc simplices, nunc cæspitosæ *S. uberiformis, Syringæ* &c. Ceterum cum Cenangiis adest affinitas summa. (*C. Urceolus*).

* Ostiolo regulari.

* 416. *S. Sclerotium*, sparsa, erumpens, peritheciis subovatis fuscobrunneis, ostiolo impresso, poro rimæformi demum subrotundo.

Schwein. ! l. c. n. 163.

Primo obtutu refert *Sclerotium*, sed vera Sphæria regularis, ovato-globosa, lineam alta, sublibera, nam sub epidermide insidens receptaculo quodam, ut *S. Cæspitosæ*. Color in nostris siccis specim. sordide pallidus l. albidus, intus lutescens sacco manifesto. Ostiola rimæ transversalis adinstar aperta, demum in subrotundum porum contracta. *In vanulis junioribus in Carolina.* (v. s.)

417. *S. uberiformis*, gregaria, erumpens, peritheciis elongatis ventricosus utrinque attenuatis nigris, ostiolo crasso papillæformi.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 40.

Omnium hujus tribus maxime memorabilis, cum nulla alia specie quam *S. bombardæ* comparanda, sed utrinque multo magis angustata! Perithecia tota erumpentia, liberata, lineam longa, subinde cæspitosa, basi stipitiformi intra corticem delitescente, rigida, lævissima, subnitida, in ostiolum magnum coarctatum angustata. Intus albidofarctam vidi. *In ramis emortuis Ribis nigri.* (v. v.)

418. *S. sapinea*, gregaria, erumpens, peritheciis globosis lævibus fusco-atris, ostiolo papillæformi prominulo.

(*Sci. Suec. exs. n. 126.*)

Perithecia ad dimidium denudata, globosa l. leviter depressa, majuscula, primo fuscescentia, dein opaca nigra intus primo albo-farctæ, dein evacuata. Papilla distincta, prominens, demum decidua. *Ad cortices & ramos abiegnos & pineos* (ubi minor, atra) *emortuos, vere.* (v. v.)

419. *S. erumpens*, subsimplex, sparsa, erumpens, peritheciis ovato-depressis cinereofuscis obsolete papillatis.

Schwein. l. c. n. 209.

Præcedente affinis, sed minor. Perithecia squamosa dicuntur, parte superiore glabra. *Ex epidermide ramorum Smilacis emortuæ in Carolina.* (v. s.)

420. *S. protusa*, gregaria, erumpens, peritheciis globosis lævissimis nigris, ostiolo papillæformi.

Præcedentibus paulo minor, cortici interiori superficiali-innata, per epidermidem erumpentia l. hanc excutientia, firma, nitida fere, glaberrima; evacuata persistentia intus tapetio candido vestita.

Ostiolum minute, sed eleganter & regulariter papillæforme. *Ad ramulos exsiccatos Cytisi alpini aliarumque arborum, vere.* (v. v.)

421. *S. Syringæ*, gregaria, suberumpens, peritheciis subellipticis depressis rugulosis nigris, ostiolo subtili.

(Scl. Suec. exs. n. 233.)

b. cæspitosa, subrotunda, prominula.

Perithecia mediæ magnitudinis, ad medium erumpentia, glabra, opaca, sub lente rugulosa, evacuata intus atra vidi. Ostiolum sub lente optima papillatum conspicitur. Sequenti nimis affinis. *Ad ramulos frigore emortuos Syringæ, vere.* (v. v.)

422. *S. Loniceræ*, gregaria, erumpens, peritheciis globosis subliberis tenuibus nigris, mox laceratis cupulæformibus, ostiolo simplici.

Sowerb. t. 393. f. 6. Fries V. A. H. 1817. p. 268.

Rimas plerumque longitudinales occupat, unde magis liberata quam pleræque aliæ. Ostiolum punctiforme & exiguum; sed ob tenuitatem summam peritheciolorum, aut collabentia, aut sæpius laceratodiffracta observantur. *Ad ramos Loniceræ Periclymeni &c.* (v. v.)

423. *S. tenacella*, gregaria, erumpens, peritheciis pomiformibus lævibus nigris astomis, collabescendo concavis.

Species elegantula, mediæ magnitudinis, submollis, numquam laceratam vidi & vix papillatam. Ultra medium prominent perithecia, primo subglobosa, dein superne depressa, in utroque statu nucleo niveo facta. Color opacus, raro fusciscenti-niger. *Ad ramos exsiccatos.* (v. s.)

Obs. *S. elongata* γ ad priores, *S. Vaccinii* &c. ad sequentes accedunt.

** Ostiolo inæquabili.

424. *S. glaucina*, sparsa, sublibera, peritheciis globosis rugosis subverrucosis astomis atris, intus albo-farctis.

Fries V. A. H. 1817. p. 260. *Obs. Myc.* 2.

Erumpens quidem est, sed supra epidermidem exserta & fere mobilis, minor, in omni ætate globosa, atra, opaca, nudo oculo læviuscula, sub lente rugoso-plicata, demumque tuberculosa. Substantia interna firma, omnino *S. Berberidis*. Cf. Nees syst. f. 324. *Supra epidermidem glaucam Betulæ, hieme rara.* v. v.)

425. *S. oppilata*, sparsa, erumpens, peritheciis globosis lævibus astomis nigris, nigrofarctis, ostiolo rimoso.

Majuscula, opaca, atra, ad dimidium prominens, primo farcta, ut *Sclerotium*, dein intus mollior, tremellosa & diffuens. A priori videtur diversa. *E rarissimis in virgultis betulignis.* *Aut.* (v. v.)

426. *S. Fraxini*, sparsa, erumpens, peritheciis globosis lævibus astomis nigris, demum collabentibus in discum irregularem subrugoso-tuberculosum.

Innata, epidermide fissa erumpens, minor, opaca, atra, intus primo farcta atra, dein evacuata alba (passim cellulosa, ut *Cytispora!*) plerumque astoma, collapsa sistit discum inæqualem. *In ramulis exsiccatis Fraxini, aut.* (v. v.)

427. *S. Juglandis*, gregaria, peritheciis globosis, primo depressis immersis, dein erumpentibus lævibus atris, ostiolo simplici pertusis, intus griseis.

Fries V. A. H. 1818. p. 107. (*Sci. Suec. exs. n. 239.*)

Cortici interiori primo innata, dein epidermide lacerata erumpens, opaca, parte superiore denu. data prominula lævi; intus primo farcta, dein eva-

cuata, sed non collabentia. Interna structura fere ut in *Cytisporis*; tamen vix præcedentis varietas. *Ad ramulos Juglandis.* (v. v.)

Obs. S. Mori Chaill! præcedentis videtur varietas. *S. Padina P.* (Moug. ! & Nestl. exs. n. 667.) *Cenangium Cerasi.* b.

*** 428. *S. palina*, sparsa, erumpens, sublibera, conica, rugosa, nigricans, poro pertusa, truncata.

Cum *S. conica* analogâ, sed vereor ne nimis ad subsequentem accedat. Tubercula tota fere prominent, subinæqualia, rigida, nigra, magnitudinè communi; dissecta intus pallida & in centro tantum adest glutinium minutum subevacuatum nigricans. *Ad ramos emortuos Salicis, vere.* (v. v.)

429. *S. pyrina*, gregaria, erumpens, peritheciis subtectis difformibus nigris, parte superiore nuda inæquali astoma, intus griseo-albis.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 53.

Media inter priorem & sequentem. Verosimile rimose dehiscit. Ad *S. pyrinam* l. cotoneastri pertinet *S. hysteriformis*, peritheciis orbicularibus, atris, sub epidermide hysteriorum more simpliciter l. angulatim fissis, latentibus, gelatina nigricante. *Schum. Scell. 2. p. 155. In ramis exsiccatis Pyri Mali.* (v. s.)

430. *S. Cotoneastri*, gregaria, inter epidermidis membranas incusa, erumpens, peritheciis subovatis globiferis nigris, collabescendo depressis inæqualibus.

Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 46.

b. *Sorbi*, conica, *S. conica*, *A. S. p. 51.* (Scler. Suec. n. 106.)

Forma valde inconstans, sed situ facile dignoscitur. Junior mollis, globulo instructa subfusca, dein pertusa, demumque rimose dehiscens. Intus nigra magisque prominet quam antecedens. *Ad corticem arborum e familia Rosaccarum.* (v. v.)

Hanc & antecedentem, maxime memorabiles species, siccas modo vidi. In vivis ulteriori examine dignissimæ sunt. Conferenda quoque *Doth. pyrenophora*, locis similibus obvia.

431. *S. strobilina*, gregaria, erumpens, peritheciis subdifformibus rotundatis, primo mollibus fuliginis, dein nigris, rima longitudinali subdehiscentibus.

a. *astoma*. H. conigenum. *Pers. Obs. Myc.* 1. p. 30. *Syn.* p. 102. *A. S.* p. 57. *S. strobilina*. (Holl. & Schm. exs. n. 8. Scler. Suec. 318.) *Fries V, A. H.* 1818. p. 102.

b. *ostiolo subconico*. A. S. 1, c.

Historia cum præcedentibus convenire videtur, æque versiformis, ut vix nisi loco natali dignosci possit. Plures sæpe in strias longitudinales conflunt. Junius & nobis difformis, mollis, fuliginea obvia; adulta firma, nigra, lævis, subnitida, nucleo albido facta l. evacuata; plerumque lacerata & irregularis observatur. *Ad conos dejectos Pini Abietis, ubique* (v. v.)

432. *S. obturata*, erumpens, sublibera, lævis, regularis, atra, rimis pluribus dehiscens, demum collabescens.

a. *virgarum*, ovale.

b. *epiphyllum*, globosum. (Scler. Suec. exs. n. 128.)

Sparsa, tota prominens, in a. subinde adest stipitelli rudimentum, seminis minoris magnitudinis, subinde minor (a). Ostiolum prominens nullum, sed in rimas minimas dehiscens, unde affinitas cum Phacidiiis. In statu turgido etiam intus evacuatam & atram reperi. *Frequens ad ramos & folia Ericacearum; v. c. a. in Arbuto, b. in Vaccinio Oxycocco & c. hieme, vere.* (v. v.)

**** 433. *S. lævata*, sparsa, superficiali-innata, peritheciis minutis parabolicis lævissimis nigris astomis, demum pertusis.

Species elegantula, minuta, rigida, aterrима, fere nitida, glabra, apice obtuso; intus farctam modo vidi. Ostiolum demum porosum admodum subtile. *In ramulis arborum dejectis, passim hieme.* (v. v.)

S. cincinata (307) huc melius inserenda!

434. *S. Verrucaria*, gregaria, superficiali-innata, peritheciis minutis hemisphæricis rugulosis nigris astomis.

A Verrucariis & *S. epidermidis* caute distinguenda. Perithecia rigida, conferta, proprie globosa, sed hemisphæra inferior cortici, qui in ambitu albicat, innata, evacuata intus pallida, sed ostioli nullum rudimentum, nec collabentia. *S. punctiformi* vix duplo major. *Ad cortices Betulæ, Coryli, semper fere in S. conglobatæ consortio. Perennis.* (v. v.)

435. *S. Tunçæ*, conferta, peritheciis superficiali-innatis globosis rugulosis astomis atris, intus concoloribus.

Spreng.! in V. A. H. 1820. p. 49.

Præcedente paulo major, fragilior & a matrice facile secedens, primo vero emergens. Ostiolum prominens nullum, sed perithecia adulta poro evidenti pertusa. *In Cacti Tunçæ cortice Guadeloupæ.* (v. s.)

Species inquirenda:

S. Tubercularia. Dec.! Fr. 2. p. 295. Proxima S. Sclerotio, sed ob habitum exacte Tuberculariæ nobis adhuc dubia. Ad cortices Juglandis &c. (v. v.)

Trib. XXV. SUBTECTÆ.

Astomæ. Auct.

CHAR. Simples. Perithecia innata, tecta, prominula, tenuia, simplicia, sæpe absque ostiolo

prominente, cum matrice concreta. Gelatina diu firma, ceracea. Asci breves, sporidiis simplicibus. — *Gregariæ, minutæ atræ, erumpenti-innatæ plerumque in parenchymate sub epidermide ramulorum l. foliorum perennium; demum erumpentes.*

Species in foliis perennibus etiam in ramulis observantur v. c. *S. Buxi, Taxi* &c.; e contrario in parte annua & perenni plantæ cujusdem nunquam eadem observatur species*). (*S. clypeata* &c.) *Affinitas summa cum Obtectis****, sed potissimum comparandæ S. Confluentes v. c. S. mutila, fissa* &c.

436. *S. Sphærocephala*, gregaria, cum epidermide assurgens, peritheciis subrotundis turgidis nigris, ostiolo nudo polycocco.

Schwein. ! l. c. n. 166.

β. *S. supercrustacea. Sowerb. t. 375. f. 2.* huic saltem e descriptis proxima.

Perithecia innata sub epidermide tenui, cum qua decolorata lutescente arcte adhærente assurgunt, suberumpentia, mediæ magnitudinis, opaca, atra; evacuata intus cinerascentia obsolete cellulosa vidimus. Ostiolum e pluribus tuberculis confertis, ut in *S. lata* &c. polycocca, "quorum singulum protrudit globos pellucidos subpersistentes" ut *Sphæronæma*. *In ramis junioribus Hydrangeæ &c. Carolinæ.* (v. s.)

437. *S. Panacis*, gregaria, peritheciis immersis tectis globosis opacis, nucleo nigro, disco erumpente rugoso.

(*Scler. Succ. exs. n. 319.*)

In cortice interiore immersa, demum suberumpens, sed omnino distincta ab epidermide, quam bullatim protrudit, sequentibus paulo major. Nu-

*) Caute inquirendæ species hujus tribus cum plurimæ e præcedente tribu primo immersæ & astomæ,

cleus globosus niger, sed evacuatus perithecia intus cinerascentia. *Ad sarmenta emortua Panacis quinquefoliæ.* (v. v.)

438. *S. sarmentorum*, sparsa, peritheciis hemisphæricis prominentibus lævibus nitidis, intus atris, ostiolo prominulo sublacerato.

Fries V. A. H. 1818. p. 107. (Scl. Suec. exs. n. 18.)

Perithecia utique tecta, sed valde prominent & quando epidermis tollitur eadem ad dimidiam adhærent, non collabentia. Ostioli papillæformis rudimentum rarissime adest, sed demum lacerata reperitur. *In sarmentis Menispermii. Perennis.* (v. v.)

439. *S. sulcata*, sparsa, epidermide innata tecta, elliptica, nigra, rima longitudinali dehiscens.

Species admodum distincta, Sclerotium adnatum primo obtatu referens. Forma nunc subrotunda, nunc elongata, plerumque elliptica, leviter convexa, ob epidermidem omnino innatam nigrefactam tegentem superficies striatula, plerumque rima longitudinali, rarius ore rotundo dehiscens, unde pro *Hysterii* species facile sumenda. Intus tota atra est, primo farcta, dein in medio evacuata, cavitate punctiformi l. elongata. *In ramulis emortuis.* (v. s.)

440. *S. scæpincola*, gregaria, peritheciis tectis globosis opacis subrugosis, intus albis, ostiolo simplici pertusis.

Fries Obs. Myc. 1. p. 181. V. A. H. l. c. S. corni. Sowerb. t. 370. f. 5.

Epidermidi fere innata, subinæqualis, prominula, primo albofarcta, puncto centrali nigro. Ostiolum simpliciter pertusum, valde exile. *Ad ramos emortuos Rosæ aliorumque fruticum.* (v. v.)

β. Ruborum, peritheciis immersis, epidermide secedente circumscissis.

Varia, adulta priori major. *In ramis Ruborum.* (v. v.)

Tam a *S. clypeata*, quam a *S. fissæ & rostellatæ* diversa utique apparet. In vetustissimis peritheciis intus atra.

441. *S. socia*, gregaria, peritheciis subtectis prominentibus convexis atris lævibus, apice acuto, demum pertuso.

S. socia. Nees !

Perithecia 4-6 aggregata, punctiformia, evacua etiam convexa persistentia. Simillima sequenti, sed ostiolo subpapillato admodum differt. *Ad ramulos Pini silvestris*. (v. s.)

442. *S. epidermidis*, sparsa, peritheciis leviter tectis prominentibus lævibus minimis, demum collabescentibus planis astomis.

a. major. Fries *V. A. H. l. c. p.* 108.

b. minor. (Scler. Succ. exs. n. 19.)

Verrucariæ punctiformi simillima, sed crusta nulla & perithecia ab epidermide leviter tecta, ceterum forma & magnitudine admodum varia. Perithecia fere nitida, intus concoloria. *Ad ramulos fruticum v. c. Berberidis &c. Perennis*. (v. v.)

443. *S. foveolaris*, gregaria, peritheciis innatis minimis depressis albido-farctis, collabescendo concavis foveolatis.

Adeo conferta, ut ramulos subinde crustulæ tenuissimæ instar nigræ obducit, in quorum superficie efficit foveolas valde excavatas nigras nitidulas, unde facile dignoscitur. *Ad ramos recentemortuos Evonymi europ. Åkerman*. (v. s.)

*** 444. *S. epimyces*, gregaria, maculæ purpurascenti immersa, peritheciis globosis papillatis atris, gelatina alba

Cytosp. epimyces. Ehrenb. ! *silv. Ber. p.* 28. (Scler. Succ. exs. ined.)

Punctiformis, demum seminuda, pertusa, lævis, glabra. Gelatina, observante Cel. Ehrenbergio, demum capituli l. cirrhorum rudium forma ejecta. *In Thelephora comedente destructa.* (v. v.)

445. *S. Cacti*, gregaria, immersa, cum epidermide adscendens, peritheciis subglobosis nigris astomis, demum nudis collapsis.

Schwein! l. c. n. 227.

A *S. Tunæ* admodum diversa, caractere a sequente ægre separanda; sed utraque minor, vix epidermide lacerata erumpens. Pars libera splendet. *In foliis aridis Cacti Opuntia.* (v. s.)

446. *S. Arbuticola*, gregaria, confluens, epidermide nigrescente tecta, peritheciis difformibus nigris astomis, disco demum erumpente opaco.

Sowerb. t. 370. f. 6. (Scl. Suec. exs. n. 320.)

Valde versiformis, ut plures species facile commutatas crederes. In utraque pagina foliorum ramulorumque, epidermide nigrescente, prominent puncta nigra, nitidula, difformia, quæ sunt perithecia in parenchymate nidulantia epidermide adhuc tecta; dein findunt epidermidem in lacinias laxas inæquales, plerumque in lineas longas subramosas curvatas confluentia, nigra, opaca, varia. *Xyloma cupulatum* Fries Obs. 2. p. 360 status vetustissimus. *In foliis emortuis Arbuti uvae ursi, copiose.* (v. v.)

447. *S. Taxi*, gregaria, epidermide cinerascente tecta, peritheciis subimmersis convexis nigricantibus, demum epidermidem poro perforantibus.

Sowerb. t. 394. f. 6. Fries Obs. 1. p. 183. V. A. H. 1818. p. 110. (Scl. Suec. exs. n. 22.)

Species hujus tribus habitu & loco facillime dignoscuntur, sed necesse omnino est, ut subtiliori illustrentur analysi, cujus vero enarratio sine icone non facile intelligitur. Historia fere sequentis, & in hac specie vidi ascellos breves fusiformes sub-

biseptatos, sporidiis minimis globosis. *Ad ramulos & folia languescientia Taxi, vere &c.* (v. v.)

448. *S. atrovirens*, α *Visci*, sparsa, e viridi nigricans, peritheciis subimmersis globosis ova-tisque, disco erumpente ruguloso demum rimose-rupto.

S. atrovirens. α . *A. S. p.* 48. *t.* 2. *f.* 1. *Schmidt in Myc. Heft.* 2. *t.* 1. *f.* 2. *S. Visci. Dec. Fr.* 6. *p.* 146. *Fr. V. A. H.* 1818. *p.* 110. (Schmidt & Kunz. ! *exs.* n. 76. *Moug.* ! & *Nestl.* n. 486.)

Primordialis tota immersa, admodum mollis, mucro semineo immaturo dilute fuliginoso turgens, dein maturescens sensim assurgit, extusque & intus e viridi fuligineo intensius nigrescit, paulo post cirrhulos simplices tenues virentes propellens; in consenscente (?) porro vertex corrugatus bysso albida sæpiusculè obsitus, varie demum lacer &c. *A. S. l. c.* Equidem in junioribus in stromate albido cellulas minutissimas nigricantes vidi. *In ramulis, petiolis & foliis Visci, vere.* Cf. *Schwein. l. c.* 226. (v. v.)

β . *S. Buxi*, in quinquencem sparsa, cinereo-nigricans, peritheciis globosis prominulis, disco tecto depresso albo, demum erumpente nudo.

S. atrovirens. β *A. S. l. c. S. Buxi. Dec. Fr. l. c.* (*Scler. Suec.* n. 23.)

b. *Rusci. Fr. l. c.*

Præcedente minor, firmior, vix virens, demum epidermide stellatim fissa, laciniis albicantibus. erumpens. Intus cellulosa vidi. *Ad ramulos & folia Buxi, Ruscorum &c.* (v. v.)

449. *S. Ilicis*, gregaria, nigra, peritheciis globosis prominulis tectis, demum erumpentibus rimose dehiscentibus.

Xyloma Ilicis. Scheich. ! Cr. exs. n. 184. *Fries Obs.* 1. *p.* 201. *X. Aquifolii Dec. Fr.* 6. *p.* 159. *S. penicellata Kaulf. !* (*Moug. & Nestl. ! exs.* n. 562.)

b? *Phacidium Aquifolii. Schmidt Myc. Heft.* 1. *p.* 84.

Primo sistit pustulas minutas, punctato-difformes, amphigenas, leviter prominulas epidermide fuscescente tectas, dein illa albicante longitudinaliter dehiscente erumpentes, quæ dissectæ sistunt perithecia minuta globosa, nunc evacuata, nunc albo-farcta puncto centrali nigro, demum subsuperficialia, collapsa, nitida, in lacinias acutas rumpens. Historia omnino præcedentium & astomarum v. c. S. Fraxini inter Obturatas, ut non possim non inter Sphærias inserere. Asci fere præcedentis; sæpe tecta pilis byssinis. *Ad folia arida Ilicis.* (v. s.)

**** 450. *S.?* *aliena*, macula elongata expallente, peritheciis emerso-innatis confertis minimis globosis farctis astomis nigris.

Sclerotio Alismatis adeo affinis, ut eandem facile dicerem, nisi locus natalis differret. Maculæ longitudinaliter extensæ, subdeterminatæ, plures conflunt. Perithecia nebulam sistunt in epidermide, S. nebulosæ similem, non collabentia. Ascus non vidi, sed intus mollis. *Ad ramos languescentes Evonymi.* Mougeot. (v. s.)

451. *S. macularis*, peritheciis sparsis globosis minutissimis astomis nigris, demum erumpentibus, maculæ cinerascenti tectæ insidentibus.

Fries Obs. Myc. i. p. 186. t. 2. f. 4. S. geographica. Fr. V. A. H. l. c. p. 247. (Scler. Suec. exs. n. 87.)

Species singularis, maculæ exaridæ, ut Depazeæ, non insidens, sed stromate proprio tenuissimo subrotundo fusco cum parenchymate folii connato, ab epidermide tenui tegente cinerascente. Perithecia primo immersa, demum vero erumpunt & a folio delabunt, omnium minima; analysin subtiliorem inde recusant. *In foliis Populi tremulæ dejectis, vere.* (v. v.)

452. *S. Cucurbitacearum*, gregaria, peritheciis emerso-innatis hemisphæricis lævibus nitidis astomis, gelatina molli.

Nulli maculæ insidet, ceterum *S. epimycon* non absimilis, si a statura minore discesseris. *In fructibus vivis & semivivis Cucurbitæ, Momordicæ Luffæ* (Nees.) (v. s.)

Plures utique species ad hanc tribum pertinent v. c. *S. rostellata*, aliæque ob externos characteres alibi citatæ. Potissimum constituitur e speciebus in fruticibus & ramulis tenuioribus obviis, singulari modo variis. Ut *Cristatæ* ad *Hysteria*, *Subtectæ* ad *Phacidia* abeunt; sæpe etiam *Hysteria irregularia* referunt & vix dubito, quin abnorme illud *H. aculearum* Ohs. Myc. 2. p. 356, externa facie *S. Ilicis*, ad proteam *S. sæpincolam* pertineat.

Trib. XXVI. CAULICOLÆ.

CHAR. Simples. Perithecia subinnata, primo tecta, ostiolo (raro tota) erumpentia, demum epidermide secedente nuda, a matrice discreta, simplicia, nucleo firmulo demum diffluente. Asci breves, sporidiis simplicibus exiguis. — *Immerso-innatæ, in caulibus herbarum emortuis obviæ.*

* 453. *S. xantholeuca*, sparsa, peritheciis erumpentibus conico-subrotundis albo-lutescentibus, villo delicato albido tectis.

S. xantholeuca. Kunz.!

Minuta, mollis, subpellucida; ut videtur astoma & globifera. *In caulibus Epilobii, Helveticæ.* (v. s.)

454. *S. larvata*, gregaria, peritheciis emergentibus hemisphæricis, pilis strigosis luteo-olivaceis tectis, ostiolo papillæformi. -

Perithecia firma & atra, undique pilis luteo-olivaceis decumbentibus obsessa, intus albida, ex ipso caule erumpunt, nec epidermide tantum tecta. Similis *S. strigosæ*, sed minor. *Ad radices dejectos putrescentes Solani, vere.* (v. v.)

455. *S. pellita*, gregaria, peritheciis conico-rotundatis atris, pilis concoloribus cinctis, ostiolo papillæformi.

Habitus *S. crinitæ*, sed minor, innata. Perithecia basi subapplanata, opaca, atra, intus albido-farcta. Pili molles, tenues, undique tegentes l. superne secedentes, ad basin longiores radiantes. *S. Cardui Personatæ* Pers. ! eadem videtur. *Ad caules herbarum majorum.* (v. v.)

456. *S. herpotricha*, sparsa, peritheciis liberis subconicis atris, pilis decumbentibus late obrepentibus fuscis tectis, ostiolo subpapillæformi.

(Scler. Suec. exs. n. 52.)

Sub vaginis graminum, quibus innata, libera vegetat, tantum pilis longiusculis delicatis supra culmum repentibus adfixa. Perithecia mediæ magnitudinis, hemisphærico-conica, opaca, firma, persistentia, ostiolo passim latente; intus primo albido-farcta, dein evacuata, tapetio candido vestita. *In culmis graminum, primo vere.* (v. v.)

457. *S. trichostoma*, gregaria, peritheciis innatis conicis nigris, mox circumscissis, in ostiolum pilis nigris hispidum attenuatis.

Supra nodos culmorum, vaginis destitutorum, sistit maculas determinatas expallentes, quibus nascuntur perithecia rigida, conica, compressa, læviuscula, nigra, *S. Arundinis* non absimilia, sed ostiolo subacuto hispido, pilis dein deciduis, diversissima. Evacuata intus albida & exsiccata semper fere circumscissa. *Ad culmos exsiccatos Secalis &c., vere.* (v. v.)

258. *S. comata*, sparsa, peritheciis rotundatis obtusis fragillimis nigris astomis, vertice pilis longissimis subfastigiatis comato.

Tod. Meckl. 2. p. 15. f. 8r. Pers. syn. p. 88. Dec. Fr. 6. p. 140. Fries V. A. H. 1817. p. 257. (A. S. potius ad priores.)

Pulcherrima, a Todeo bene illustrata. Perithecia majuscula, subelliptico-compressa, globoso-

hemisphærica, minime conica, membranacea, lævia, subglabra; ob tenuitatem conservata semper fere diffracta, dimidiata, intus albida; multo melius evoluta quam *S. Dematii*. Capillitium longissimum, suberectum, passim subdivergens, facile deciduum. *Ad caules herbarum dejectos, vere.* (v. v.)

β. *S. capillata*, subglobosa, nigrofusca, coma verticis divergente virescente-cana.

Nees Syst. f. 346.

Habitus exacte prioris. *Ad caules Umbelliferarum lecta.* (v. ic.)

459. *S. relicina*, sparsa, peritheciis globosis firmulis astomis atris, undique setis brevibus erectis atris obsessis.

Media inter priorem & sequentem. Cum illa convenit peritheciis, tantummodo paullo minora, cum illa setulis, sed breviores sunt. *Ad culmos gramineos, primo vere.* (v. v.)

460. *S. Dematium*, gregaria, peritheciis plano-depressis astomis atris, pilis concoloribus subdivergentibus medio strigosis.

Pers. syn. p. 88. A. S. p. 46. (varietas vero epixyla est *Exosporium Tiliæ*) *Fries l. c. Wahl. fl. Lapp. p. 521. S. pilifera. Dec. Fr. 2, p. 300. (Scl. Suec. exs. n. 202.)*

b. minor. (Scl. Suec. n. 53.)

Statura admodum variat, subinde adeo pusilla, ut nudo oculo vix distingui queat. Perithecia innata, passim elliptica, pilis delapsis calva; demum circumscissa l. superiore parte secedente (unde affinitas cum *Leptostomate*) intus atra. *Vulgatissima in caulibus exsiccatis herbarum omnium, etiam Kantschatkæ & Americæ, hieme, vere.* (v. v.)

Quamvis ascos observaverim distinctos genus melius inquirendum. *Pez. l. Excipula strigosa* junior facilis commutatu, Ceterum ad corpora varia occurrunt frequentissime pilorum byssaceorum fasciculi nigri, basi

concolori insidentes, quæ vix veræ Sphæriæ sunt. — Hæc prima sectio per *S. trichostomam* ad acutam e. s. p. facillime abit; species autem diversarum sectionum non adaptare, sed serie parallela disponere studemus.

** 461. *S. rubella*, sparsa, peritheciis erumpentibus subdepressis nigrescentibus rubedine cinctis, ostiolo conico.

a. macula nulla, peritheciis extus & ad basin purpurascens.

b. macula rubella, peritheciis nigrescentibus *S. rubella*. *Pers. syn. p. 63. A. S. p. 33. Nees syst. f. 353. Dec. Fr. 6. p. 135. Fr. l. c. p. 249.*

c. macula purpurascens, peritheciis nigrescentibus. *S. porphyrogona. Tod. p. 12. f. 72. (Scler. Suec. exs. n. 240.)*

Individua nonnulla conferta nascuntur, sed vix gregaria dicenda. Perithecia minuta, juniora mollia subpurpurascens, mox nigra, ostiolo glabro subrugoso. *Ad caules herbarum Epilobii, Aquilegiæ, Solani &c. frequens, vere. (v. v.)*

462. *S. halonia*, gregaria, peritheciis tectis globosis ovivaceo-pallidis, ostiolo erumpente obtuso nigro, poro albo pertuso.

Nulli affinis. Perithecia tecta, pusilla, libera, levia, glabra, subflavescentia, pellucida, sicca opaca. Ostiolum pro ratione magnum. *In caulibus Equiseti limosi locis maxime udis, vere. (v. v.)*

463. *S. acuminata*, gregaria, peritheciis subimmersis ovatis nigris, ostiolo erumpente conico acuto.

Sowerb. t. 394. f. 3.

In caule Cardui. (v. ic.) Videtur varietas *S. Dipsaci* *Pers.!*, minima, peritheciis tectis subdepressis, ostiolo prominente conico tenui acuto. Ostiolum peritheciis longius. *In squamis calycinis Dipsaci. (v. s.)*

464. *S. curvirostra*, gregaria, peritheciis tectis ovatis nigris, ostiolo erumpente æquali glabro brevioribus.

Sowerb. t. 373. f. 5. Fries V. A. H. l. c. p. 118.

S. acuta minor, peritheciis ovatis in ostiolum longius obliquum attenuatis. Ostiolo diffracto facile pro specie diversa sumi potest. *Ad caules Umbelliferarum.* (v. v.)

465. *S. acuta*, subgregaria, peritheciis subglobosis lævibus atris nitidis, ostiolo rostellato stricto cylindrico obtuso.

Hoffm. Veg. Cr. 1. p. 22. t. 5. f. 2. Sowerb. t. 119. Pers. Obs. 2. p. 70. Syn. p. 63. Schum. ! Scell. 2. p. 157. Fries V. A. H. 1817. p. 118. (Scl. Suec. exs. n. 118. Moug. & Nestl. ! n. 181.)

Antecedentibus major, sub epidermide libera l. illa secedente ut plurimum nuda observatur. Perithecia demum collabentia. Ostiola crassiuscula, peritheciis sæpius longiora, facile diffracta. *Ad caules Urticæ, Epilobii, Solani frequens; etiam Kamtschatkæ & Americæ; vere.* (v. v.)

- β. *Aconiti*, peritheciis tenuioribus arctius collabentibus, ostiolo brevi.

Media fere inter præcedentem & sequentem, sed ob ostiolum æquale ad illam relata. Perithecia demum cupulam tenuem, sed lævissimam, referunt. *Ad caules Aconiti Lycoctoni.* (v. s.)

466. *S. Lingam*, gregaria, peritheciis difformibus convexis, mox depresso-concavis rugosis atris ostiolo rudi decumbente.

Tod. Meckl. 2. p. 77. f. 116. A. S. p. 40. Pers. syn. p. 77. Fries V. A. H. 1818. p. 263.

Protea; mixta reperiuntur individua variæ atatis & formæ. Perithecia juniora convexa, lævia; mox collabentia, subplicata, difformia, angulata vel Hysterii instar elongata, labiata. Rite inster Cera-

tostomas locavit Tode ; sed papilla mox decidua est. *Ad caules herbarum, raro.* (v. v.)

*** 467. *S. penicillus*, sparsa, peritheciis globosis tectis turgidis nigris, ostiolo erumpente papillato cylindrico penicillato.

S. Penicillus Schmidt! ined.

Perithecia plerumque tecta, prominula, majuscula, globosa, opaca, lævia, glabra, evacuata turgida persistentia, intus atra. Ostiolum *S. acutæ* crassius & multo brevius, apice pilis minutissimis coronata. *In caulibus herbarum Lusatiae.* (v. s. in herb. Kunz.)

468. *S. complanata*, sparsa, peritheciis subglobosis lævibus nigris, mox collabescendo plano-depressis, ostiolo papillæformi persistente.

Tod. Meckl. 2. p. 21. f. 88. Reb. Neom. p. 358. Fries V. A. H. 1818. p. 108. S. herbarum. a. Pers. syn. p. 78. (Scl. Suec. exs. n. 36.)

Forma regulari mox depressa, ostiolo nitido centrali mammata, facile distinguitur; cum vaga *S. herbarum* non commutanda. Sæpius nuda reperitur. *Ad caules herbarum frequens, vere.* (v. v.)

469. *S. coniformis*, sparsa, peritheciis conicis lævibus nitidis atris, ostiolo crasso confluyente obtuso pertuso.

Fries V. A. H. 1818. p. 109. Myc. Heft. 2. p. 53.

Inter majores, plerumque tecta, ostiolo obtuso nitido, cum perithecio hemisphærico in conum confluyente, erumpente, demum nuda, sed non collabitur uti prior. Est forsitan *S. herbarum convexa* Pers. *Ad caules Umbelliferarum majorum. Vere.* (v. v.)

470. *S. suffulta*, sparsa, peritheciis subconicis lævibus nitidis nigris, basi applanata, ostiolo distinctio subtenui pertuso.

Nees! syst. p. 316. f. 358.

Præcedente minor, $\frac{1}{16}$ lin. tantum lata, mox nuda, basi innata. Ascorum forma singularis, quasi pedicellata cf. Nees l. c. *Ad caules herbarum v. c. Melampyri. Vere, æst.* (v. v.)

471. *S. Doliolum*, sparsa, peritheciis conico-rotundatis obtusis papillatis nigris nitidis, plicis lateralibus distinctis.

Pers.! ic. *Æ descr.* 2. t. 10. f. 5, 6. *Syn.* p. 78. *Fries* l. c. 1817. p. 262. (Scl. Suec. exs. n. 321. *Holl. & Schmidt!* exs. n. 33. *Moug. & Nestl.!* Gr. p. 571.)

Junior pro more tecta, dein nuda, e basi plana hemispherica, conica l. cylindrica, sed vix depressa, ostiolo papillæformi pertuso, in tectis ut puncta nigra erumpente. Ceterum ex maxime variis statura & magnitudine. *Ad caules herbarum majorum vulgaris, vere, æst.* (v. v.)

β. vagans, ovata, opaca, ostiolo simplici pertuso.

γ. rimarum, subimmersa, compressa, ostiolo inæquali, sæpius latente.

Secundum rimas caulium erumpens. (v. v.)

472. *S. Pisi*, sparsa, peritheciis elliptico-subrotundis depressis superne longitudinaliter plicatis opacis nigris, ostiolo latente subcompresso.

Sowerb. t. 393. f. 8. ex loco. (Scl. Suec. n. 522.)

Præcedentibus affinis, sed forma sæpe elliptica, irregulariter depressa, nec ut in *S. complanata* regulariter patellata, superficie & ostiolo diu latente satis differre videtur. *Ad caules Pisi sativi exsiccatos, hieme, vere.* (v. v.)

473. *S. caulium*, peritheciis immersis globoso-ellipticis nigris, ostiolo nudo elliptico l. lineari labiato dehiscente.

Loph. herbarum, *Fries* V. A. H. 1818. [p. 114.

S. compressæ similima, in ipso caule epidermide destituta immersa, nec prominens, sed passim

macula nigrescente tecta. Ostiola opaca, æque lata ac perithecia, quæ pro more intus albida, primo farcta, dein evacuata vidi. Cum varr. compressis *S. Dolioli* non commutanda. *Ad caules siccos Urticæ &c., vere.* (v. v.)

474. *S. Arundinis*, peritheciis tectis suberumpentibus globosis rugulosis atris, ostiolo crasso nudo compresso labiato.

S. cristata β . *Pers. syn. p. 54. S. Arundinis, Fries in Myc. Heft. 2. p. 55. V. A. H. l. c. p. 115. (Scl. Suec. n. 152. Schmidt & Kunz. exs. n. 55.)*

A *S. crenata* procul dubio diversissima, a sequente vix nisi ostioli forma. Perithecia nunc solitaria, nunc confluentia, rigida, prominula, subinde leviter compressa, e rimis culmi demum nigrescentis erumpentia, ex epidermide tegente rugulosa, intus primo albofarcta, dein evacuata. Ostiolum perithecio angustius, nitidum, subinde rotundum. *Ad culmos Arundinis, passim, vere.* (v. v.)

475. *S. culmifraga*, sparsa, peritheciis tectis erumpentibus subcompressis atris, ostiolo nudo brevi conico.

a. major.

b. minor.

A præcedente, cui maxime æffinis, differt solum statura semper minore & ostiolo regulari obsoleto. Ceterum valde mutabilis e loco natali, sed omnes erumpendo culmos rimose frangunt. *Ad culmos graminum, vere.* (v. v.)

β . *linearis*, erumpente-nuda, pusilla, peritheciis sublineari-compressis.

Perithecia lævia, multoties minora, inter specimina linearia alia adhuc minora globosa vidi. *Ad culmos Tritici repentis &c., vere.* (v. v.)

476. *S. Scirpicola*, sparsa, minor, atra, peritheciis immersis globosis, collo brevissimo, ostiolis nudis punctiformibus subglobosis.

Dec. Fr. 2. p. 309. (Scl. Suec. n. 150.)

Inter minimas, "ostiola conica" *Dec. In culmis siccis Scirpi lacustris, vere. (v. v.)*

477. *S. herbarum*, subgregaria, minor, atra, peritheciis subtectis globoso-depressis lævibus, ostiolo prominulo punctiformi.

S. herbarum var. tecta. Pers. syn. p. 79. Obs. 2. p. 69. S. herbarum. Fries V. A. H. 1810, p. 109. (Scl. Suec. n. 38.)

b. ostiolo latente.

Junior tecta, dein nuda, subcollapsa. Ceterum farrago specierum minimarum; etiam præcedentes in statu juvenili tecto huc referri solent. *S. minutissima* Sow. t. 370. f. 1. & *S. Kirbi* t. 371. f. 3. huc accedere videntur. *Ad caules herbarum ubique terrarum. (v. v.)*

**** 478. *S. Patella*, sparsa, peritheciis collapsis urceolato-patellatis rugulosis opacis atris, globulo minuto concolori deciduo astomis.

S. penetrans. α. Patella. Tod. Meckl. 2. p. 45. f. 121. Pers. ! syn. p. 76. Fries V. A. H. 1817. p. 262. Peziza Ligustici. Dec. Fr. 6. p. 21. (Moug. ! & Nestl. exs. n. 485.)

Habitus omnino *Pezizæ*, sed primo hemisphærica est, globulo etiam a me viso coronata, quo mox collapsio urceolato-patellata astoma, margine obtuso. *Pez. Chailletii*, cum qua facillime commutatur, paulo major, mollior, magis explanata demumque ore denticulato aperta sicca vero omnino nigra est. *Ad caules herbarum siccis, vere. (v. v.)*

Sphæriæ astomæ omnes plus minus abnormes sunt & ad *Pezizas*, *Phacidia* &c. abeunt!

479. *S. (Actidium) Plinthis*, sparsa, erumpens, peritheciis orbiculatis collapsis rugosis nigris, rimis subquattuor clausis dehiscens.

Præcedenti affinis, sed minor, primo punctiformis lævis, sed globiferam non vidi, dein colla-

psa, rugosa & inæquabilis, opaca, intus fuliginea mollis. *Ad culmos Scirpi lacustris vetustissimos. Vere.* (v. v.)

480. *S. nigrella*, peritheciis subglobosis lævibus umbilicato-perforatis nigris, maculæ elongatæ determinatæ nigre insidentibus.

Fries Obs. 1. p. 179. t. 4. f. 2.

Macula constanter præsens, lævigata. Perithecia superficiali-innata, umbilicata, intus albo-farcta. *S. Doliolo affinis. Ad caules Galeopsidum, vere, æst.* (v. v.)

481. *S. poliota*, peritheciis confertis minutis punctiformibus astomis nigris, e macula elongata grisea emergentibus

Fries in Kunz. Myc. Hest. 2. p. 41.

Macula subdeterminata, passim fibrillosa, ut in *S. rubella*. Perithecia *S. punctiformi* non majora, poro vix conspicuo pertuso. *Ad caules plantarum v. c. Cari, vere.* (v. v.)

482. *S. galbana*, peritheciis globosis minimis liberatis astomis nigris, intus concoloribus, e macula albicante-testacea emergentibus.

Circa nodos caulium rarius observantur maculæ indeterminatæ albido-lutescentes l. subtestaceæ, quasi mucedinæ, e quibus emergunt globula minuta Sclerotioidea, quæ vero intus cava vidi & atra. *Ad caules herbarum.* (v. v.)

483. *S. Hellebori*, immerso-innata, peritheciis tectis subglobosis astomis atris, demum evacuatis persistentibus.

S. Hellebori. Chaill. !

Vera omnino Sphæria, immerso-innata, nec ut priores liberata. Perithecia minuta, ut puncta minima epidermide cinerascete tecta prominent, opa-

ca, cum matrice concreta; evacuata intus atra. *Ad caules Hellebori.* (v. 6.)

484. *S. disseminata*, gregaria macula nulla, peritheciis emergentibus minimis astomis gl. basis, demum subcollabentibus.

b. *S. paludosa.* Nees!

Perithecia primo immersa, demum emersa, fere libera, opaca, lævia, demum subumbilicata. *Ad caules herbarum.* b. in *Scirpo lacustri.* (v. v.)

Trib. XXVII. FOLIICOLÆ.

CHAR. Simples. Perithecia innata, tecta, tenuia, simplicia, cum matrice connata, vix umquam erumpentia l. liberata; gelatina prima facta, dein evacuata collabentia. Asci subclavati, sæpe elongati, sporidiis simplicibus referti. *Minores, innatæ, prominulæ, sub epidermide foliorum, rarius perennium, nidulantes.*

Obs. Infinitus est numerus fungorum Sphæriæformium epiphyllorum, præ ceteris accuratius definiendorum, cum certo certius plura lateant genera, præcipue in tropicis, aliter sentientibus Mycologicis in hodierna Sphæriarum generis chaotica confusione. Priores præcipue nobis suspectæ. (*S. macularis.*)

* 485. *S.?* *amplitricha*, superficiali-innata, aterrima, peritheciis rotundatis maculæ e fibrillis centrifugis septatis ortæ insidentibus, ostiolo longissimo deciduo.

Proprium videtur genus, Erysiphes analogon. Maculæ hypophyllæ, subrotundæ, 3 — 4 lin. circiter latæ, aterrimæ, opacæ, fibris oculo armato distinguendis brevibus septatis. Perithecia plus minus conferta, "intus mollia, hispida, ostiolo longissimo divergente" (Spreng.), equidem vidi ostiolo de-

ciduo, arcte collapsa, hinc accuratius definire non potui. — Si genere distingueretur, varr. seq. species. *In foliis tropicis variis.* (v. s. α . & β .)

α . *Hibisci*, fibrillis delicatis, margine distinctis, peritheciis gregariis opacis.

Amphitrichum Hibisci Spreng. ! Sphæria Kunz. !

β . *Araliæ*, fibrillis subconfluentibus in maculas minores, peritheciis pluribus.

Amphitrichum Araliæ, Spreng. ! in V. A. H. 1820. p. 52. Sphæria, Kunz. ! in litt.

In foliis Araliæ arboreæ, Portorici. (v. s.)

γ . *Sacchari*, maculis minoribus hispidis, peritheciis subsolitariis.

Amphitr. Sacchari. Spreng. l. c.

In foliis Sacchari officinarum.

486. *S. barbata*, peritheciis tectis subglabris basi pilis radiantibus cinctis, ostioli spinulosis apice in fibrillulas dissectis.

Pers. syn. p. 60. in Ann. Bot. St. 11. p. 24. t. 2. f. b. a. c. Nees syst. f. 344.

Interna structura a Sphæriis recedere videtur. — *Rarissime in foliis deciduis quercinis.* (v. ic.)

487. *S. cilicifera*, peritheciis tectis villis fulvis laxis divergentibus obductis, ostiolo spinuloso brevi integro subfulvo.

Villo persistente excepto *S. tubæformi* similis, an varietas? Ostiolum præcedentis brevius, sursum attenuatum. Asci clavati, sporidiis ellipticis. *Ad folia Coryli, vere. Åkerman.* (v. s.)

488. *S. Avellanzæ*, sparsa subhemisphærica, nigra, villis griseo-fuscis radiatim divergentibus obducta, ostiolo papillæformi atro-nitente.

Schmidt in Myc. Heft. 1. p. 84.

Perithecia exigua, opaca, intus lutescenti-alba, Asci clavato-cylindrici, sporidiis ovatis. Ad folia decidua Coryli, Majo.

489. *S. phæocomes, sparsa, aterrima, peritheciis globoso-hemisphæricis subastomis, pilis erecto-divergentibus obsitis.*

Rebent. Neom., p. 338. t. 1. f. 4.

In utraque folii pagina prominet folium findens, ut *Sclerot. fulvum*. Intus alba est, contextu *Sclerotii*, sed in centro adest perithecium minutum nigrum. *In foliis exsiccatis graminum vere.* (v. s.)

490. *S. trichella, sparsa, peritheciis ovatis minimis astomis nigris, pilis longissimis divergentibus vertice obsessis,*

a. pilis olivaceis. *S. trichella. Fries V. A. H. 1817. p. 256. Obs. Myc. 2. p. 332. (Scl. Suec. exs. 203.)*

b. pilis nigris. *S. Dematium β. Pers. syn. p. 88.*

Perithecia lævia, opaca, atra, intus concoloria, demum collabentia, pilis simul deciduis calva. Ad folia Hederæ, Salicum &c., aut. — vere. (v. v.)

491. *S. ditricha, gregaria, maculæ grisæ insidens, peritheciis hemisphæricis minimis astomis atris, pilis erecto-divergentibus obsitis.*

(*Scler. Suec. exs. n. 54.*)

Maculæ tenuissimæ, grisæ, indeterminatæ, confluentes, non vero exaridæ, quibus innata perithecia admodum pusilla, sub lente punctiformia, pilis paucis obsessa. Ad folia decidua Betulæ, vere. (v. v.)

Facie externa cum sequente adeo convenit, ut illius ostiola setas facile dicerem. — Primo in animo fuit jungere species piliferas hujus & prioris tribus, sed inter se tantum analogæ sunt.

- ** 492. *S. Sarraceniae*, effusa, effigurata, tenuissima, cinerea, peritheciis minutissimis, ostiolis subtaceis pulverigeris. *Schwein. l. c. n. 77.*

Distinguitur colore cinereo, efficiens maculas varie configuratas unciales & triunciales. Subiculum cortex tenuissimus cinereus. Sphærulæ cum cortice assurgentes, variolosam quasi reddunt superficiem. Ostiola sparsa, adperso pulvere nigerrima. *In foliis siccis Sarraceniae purpureæ & rubræ Carolinae. (v. s.)*

493. *S. flaccida*, ochreofulva, glabra, peritheciis subglobosis, ostiolis elongatis teretibus flexuoso-flaccidis, demum deciduis.

A. S. p. 31. t. 7. f. 4. (Schmidt & Kunz. ! exs. n. 179.)

Sparsa l. in greges laxiusculos collecta. Perithecia exigua, nucleo concolore, demum nigricante; ostiola primo recta, breviora, demum longa, laxa, tenuia, lævia, exoleta pube quadam alba byssina parasitica obteguntur. *Ad folia Pæoniæ officinalis aut. (v. s.)*

494. *S. tubæformis*, peritheciis tectis subglobosis glabris, ostiolo rostellato stricto subæquali terreo-fulvo.

Tod. Meckl. 2. p. 51. f. 128. Pers. syn. p. 60. A. S. p. 31. Nees syst. f. 343. Schmidt Myc. Heft. 2. t. 1. f. 7. Fries V. A. H. 1817. p. 117. (Scl. Succ. n. 26. Schmidt & Kunz. ! exs. n. 56. Moug. & Nestl. ! n. 280.)

Perithecia in macula expallente, nec exarida, gregaria, majuscula, nigricantia, sed ob epidermidem tegentem fulvoterrea, subdepressa, sed vix colabantia. Ostiolum rigidum, crassiusculum, glabrum, obtusum, peritheciis triplo fere longius. *In foliis dejectis Alni, Betulæ, Fagi, Coryli, "Carpini, Ulmi, Liriodendri" frequens; etiam in Kamtschatka & America. Hieme, vere. (v. v.)*

495. *S. melanostyla*, peritheciis subrotundis tectis e rufescente-nigris, ostiolo gracili æquali nigro, 5 — 6-plo longiore.

Dec. Fr. 6. p. 129.

Perithecia perexigua, prominula, stylo nunc stricto, nunc subtorto. *In foliis Tiliæ, hypophylla, Martio.*

496. *S. leptostyla*, peritheciis conico-prominulis rufescentibus, ostiolo gracili brevi stricto nigro.

S. Juglandis. Dec. Fr. 1. c. nec Fr.

Perithecia perexigua, in pagina inferiore conico-prominula, sequentis duplo breviora l. ultra. *Hypophylla in Juglandis foliis, Martio. (v. s.)*

497. *S. Gnomon*, peritheciis nigris crumpentibus subcollapsis, ostiolo elongato clavato recto nigro.

Tod. Meckl. 2. p. 50. f. 125. Ann. Bot. II. p. 24. t. 2. f. 6. Pers. syn. p. 61. A. S. p. 32. Dec. Fr. 6. p. 130. Sowerb. t. 373. f. 6. Fries V. A. H. 1817. p. 118. Schmidt l. c. f. 6. (Scler. Suec. n. 285. Schmidt & Kunz! exs. n. 57.)

Perithecia minuta, primo globosa tecta, lævia, dein suberumpentia, subcupulata, stylo firmo recto glabro lævi, vix arcuato. Asci clavati, sporidiis globosis. *Ad folia decidua Coryli. Jan. — Mart. (v. v.)*

498. *S. Capræ*, peritheciis tectis superne in macula orbiculari nigrofusca circumscripta prominulis, ostiolo filiformi gracili subcurvato nigro.

Dec. l. c. p. 130.

Perithecia subtus leviter prominent vix convexula, obscure fusca, a villo paginæ inferioris abscondita. Stylus $\frac{1}{4}$ lin., deciduus. *In foliis emortuis Salicis Capræ.*

499. *S. Aricæ*, peritheciis tectis depressis sublatentibus, ostiolo stricto æquali gracili nigro globulo terminato.

Dec. l. c. p. 131.

Sparsa, perexigua, stylo $\frac{1}{4}$ lin. longo. — Quatenus antecedentes species vere inter se distinctæ, adhuc sub iudice latet. *In foliis Ariæ, vere.* (v. s. destr.)

500. *S. setacea*, peritheciis tectis globosis, ostioliis setaceis attenuatis nigris.

Pers. syn. p. 62. A. S. p. 32. Fries V, A. H. 1817. p. 117. Dec. Fr. l. c. (Sch. Suec. n. 286. Schmidt & Kunz. Deutschl. Schw. n. 132.)

Perithecia minuta, sparsa, utrinque prominula, ostiolo subobliquo longitudine vario in pagina inferiore erumpente. Latissimo sensu hæc species a nobis sumitur. *In foliis arborum & herbarum, v. c. Linneæ, ubique. Hieme, vere.* (v. v)

β. *S. affinis*, peritheciis subimmersis, demum nudis, ostioliis tenuissimis perithecia bis æquantibus.

S. affinis. Mart. Fl. Cr. Erl. p. .

Accedit ad *S. Gnomon*, sed ostioliis cum priori convenit, licet breviora sint. *Ad folia Trifolii repentis, vere.*

501. *S. Solani*, atra, peritheciis minimis tectis globosis lævibus, ostiolo erumpente tenerrimo flexili.

Pers. syn. 62. Fries l. c. p. 117.

Minutissima, nudo oculo vix observabilis, loco natali dignoscenda. *In tuberibus putridis Solani aut. — vere.* (v. v.)

502. *S. petiolorum*, peritheciis tectis, tuberculo albicante immersis atris, ostiolo tereti longiusculo rigido.

Schwein. ! l. c. n. 153.

Sparsa, pusilla. Perithecia solitaria, raro gemina, cincta tuberculo truncato albo-pulverulento, magnitudine capitis aciculæ minimæ, e cujus cen-

tro exurgit ostiolum 1 — 2 lin. longum, sed facile deciduum. "Gelatina viridi-alba, ascis inflexis, sporulis maximis approximatis". In petiolis foliorum emortuorum variorum, inprimis *Liquidambaris*. (v. s.)

503. *S. amœna*, peritheciis tectis subglobosis, ostioli duplo longioribus filiformibus compressiusculis, discum elevatum roseum perforantibus.

Nees! in *Act. Nat. Cur.* IX. n. 4. t. 6. f. 24.

Sparsa, tota atra. Cfr. *descr. l. c.!* In petiolis foliorum emortuorum *Carpini Betuli* & *Coryli avellanæ*. (v. s.)

504. *S. S. Chamœmori*, peritheciis tectis globoso-depressis nigris, ostiolo brevi erumpente firmo acuto.

Similis *S. acutæ*, sed triplo fere minor. Ostiolum teres, punctiformi-prominens, rigidum, pro maxima parte tectum. *Ad petiolos Rubi Chamœmori, vere.* (v. v.)

Nulli sane dantur limites inter *S. follicolas macrostomas* & *brachystomas*!

*** 505. *S. pyramidalis*, sparsa, peritheciis tetragonis pyramidatis nigris, ostiolo tenui acuto fuscescente.

Schwein.! n. 156.

Initio sub epidermide nidulans, dein emergens, spinulæformis, lævis, glabra, *S. Gnomone* minor; ostiolo longiusculo, in siccis nigro. *Rara in foliorum pagina inferiore in Carolina.* (v. s.)

506. *S. Potentillæ*, sparsa, irregularis, peritheciis globosis irregularibus nigris, utrinque in macula purpurascente prominulis, ostioli nudis globosis.

Schwein.! l. c. n. 208.

Maculæ minutæ, irregulares, nec exaridæ. Perithecia tecta, glabra, interdum duo l. tres con-

fluunt, ostiolis subtus erumpentibus, maximis, Sphæriam supra Sphæriam referentibus. *In foliis Potentillæ canadensis exoletis.* (v. s.)

507. *S. duplex*, sparsa, peritheciis immersis globosis latentibus nigris, ostiolis nudis dilatatis hemisphæricis.

a. *S. duplex* Sowerb. t. 375. f. 4. *Fries Obs.* 2. p. 334.

b. *S. recta*. Sowerb. t. 394. f. 7.

Affinis *S. Scirpicolæ*, sed ostiolis depressis facile dignoscitur. Ceterum admodum varia & facile in plures species separanda *In petiolis Sparganii, Typhæ, Sagittariæ &c.* (v. v.)

β. *S. Nardi*, peritheciis perexiguis albobarctis, collo nullo, ostiolo punctiformi planiusculo.

(*Scl. Suec.* n. 85.)

Ad folia Nardi, Caricum &c.

508. *S. sentina*, gregaria, peritheciis immersis latentibus globosis nigris, intus albis, ostiolo erumpente subgloboso.

Perithecia in folii parenchymate latent, tecta, sed non prominent, minima, opaca, plerumque facta. Ostiola in pagina inferiore nuda, nudo oculo *S. punctiformi* non absimilia, valde opaca, multo magis distincta, quam in sequentibus. *Ad folia decidua v. c. Pyri Mali. b. in Comaro, vere.* (v. v.)

509. *S. alnea*, sparsa, peritheciis tectis globoso-depressis, collabescendo concavis atris, ostiolo erumpente obsolete.

Fries Obs. 1. p. 185. (*Scl. Suec.* n. 59.)

Folia, quibus innascitur, plerumque albicant. Perithecia in hac sectione majuscula, plerumque secundum nervos disposita, vix prominula, sed epidermide sublata libera, cupulas minutas atras referentia; ostiola poro epidermidem perforant, sed non prominent. *Ad folia alnea, vere.* (v. v.)

510. *S. Grossulariæ*, sparsa, peritheciis tectis globosis utrinque prominentibus atris, intus albis, ostiolo minuto nigro.

(Scl. Suec. exs. n. 57.)

Perithecia ferè *S. setacæ* l. *Gnomonis*, demum collabentia, sed ostiolum in pagina inferiore non prominet & gelatinam subcirrhosam erumpentem semel vidi; intus primo albido-cellulosa, puncto centrali nigro, dein evacuata. Hac structura a priori admodum differt. *In foliis putridis Grossulariæ, primo vere.* (v. v.)

511. *S. erythrostoma*, sparsa, peritheciis tectis subglobosis utrinque prominulis, ostiolis erumpentibus subcompactis rubellis.

Pers.! *Obs.* 2. p. 70. *Syn.* p. 81.

Præcedentibus primo obtutu & situ simillima, sed diversa ostiolis?, quæ cornea quasi indurata, obtusa, teretia, rubro-fusca cernuntur. *In foliis exsiccatis Pruni avium e ramulis adhuc pendulis, vere.* (v. s.)

**** 512. *S. Hederæ*, sparsa, peritheciis cum epidermide innata prominulis convexis lævibus nigris, ostiolo pertuso albo.

Sowerb. t. 371. *f.* 5. *Fries Obs.* 1. p. 183. *t.* 4. *f.* 6. *V. A. H.* 1817. p. 269. (Scl. Suec. exs. n. 21.)

b. *S. Lauri.* *Sowerb. l. c. f.* 4.

c. *S. leucostigma.* *Dec. Fr.* 6. p. 144. (in foliis Fagi.)

Vere innata, ut sequentes, unde pro superficialibus perperam haberi solent; amphigena, orbicularis, in omni ætate lævis, nitida, sed demum magis applanata. Ostiola subfarinosa, demum nigra. Asci subcylindrici, longiusculi, sporidiis subovatis majusculis, in serie simplici positus. *Ad folia avida duriora subperennia, Hederæ, Andromedæ tetragonæ &c.* (v. v.)

Obs. *S. Ilicina* *Nees!* *in litt.* (*S. complanata* *g. Dec. Fr. 2. p. 805. Moug. & Nestl. ! exs. n. 82. S. Hederæ* var. *Ilicis. Nees Act. Nat. Cur. 1. c. f. 23*) externo habitu satis convenit, tamen non minus sporidiis cylindricis annulatis, quam dehiscendi modo diversa & forsân ad *Stegias* melius referenda.

513. *S. leptidea*, gregaria, epidermide tegente innata, leviter convexa, collabescendo umbilicato-depressa, lævis, atra, ostiolo pertuso.

Fries Obs. 2. p. 333. V. A. H. 1817. p. 269. S. Vaccinii Nees! (*Sci. Suec. n. 13.*)

In inferiore pagina foliorum conferta & sæpe confluens, *S. punctiformi* duplo l. triplo major, orbiculata, raro irregularis, lævis, nitida, intus albidâ. Ostiolum punctiforme, distinctum, primo obtutu quasi papillatum. *Ad folia Vaccinii Vitis idææ emortuis, perennis.* (v. v.)

514. *S. Empetri*, epidermide tegente innata, atra, junior lævis hemisphærica, dein collapsa rugosa, ostiolo obsolete papillato.

Hypodermium sphaerioides var. *Empetri. Dec. Fr. 6. p. 165. (ex Moug. & Nestl. ! n. 481.)*

Gregaria sparsave, in superiore foliorum pagina innata, junior omnino vera *Sphæria* orbicularis, lævis, atra, nitida, subpapillata, intus evacuata; demum vero collapsa, adplanata, inæqualis, rugosa, ut subsequens, frustulatim dehiscens, unde a *Xyl. Empetri* *Obs. Myc. 2. p. 363* forsân non diversa. *Ad folia Empetri.* (v. v.)

515. *S. aquilina*, gregaria, epidermide tegente innata, subrotunda difformisque rugulosa, atra, opaca, disco pertuso.

Xyloma. Fries Obs. 2. p. 362.

Cum *S. punctiformis* var. eisdem locis obvia vix commutanda. *Ad frondes Pteridis aquilinæ, raro.* (v. s.)

516. *S. Artocreas*, gregaria, innata, orbicularis, nigra, nitida, primo convexa lævis, mox circa ostiolum punctiforme depressa, deinum collapsa rugoso-plicata.

S. Artocreas. *Tod. Meckl. 2. p. 77.* Xyloma fagineum, *Fulgo. — Schum.! Scell. 2. p. 179.* (Scl. Suec. n. 151.)

b. *X. lenticulare*. *Dec. Mem. Mus. 2. p. 320, t. 3. f. 14. syn. S. artocreas. var. umbilicata A. S. p. 59.*

Gregaria, orbicularis, *S. punctiformi* triplo major, nigra, nitida, convexa, lævis, ostiolo papillato-punctiformi, & in hoc statu evidentissima Sphæria; mox vero collabitur plica annulari circa ostiolum cincta; dein evacuata depressa valde rugoso-plicata, ut non facile Sphæriam credas. *Ad folia sicca, non exarida, Fagi, Quercus, Betule, Tiliæ. Prunorum &c. e vulgatissimis & maxime versiformibus. Vere (v. v.)*

517. *S. Arbuti*, sparsa, innata, astoma, opaca, atra, primo convexa, dein applanata rugulosa.

Xyloma Arbuti. *Fries Obs. 2. p. 361.*

Cum *S. Arbaticola*, quæ erumpens est. non commutanda. A priori, cui proxima, differt statura minore, levitate, saltem non plicata, ostiolo nullo. Passim complanata tenuissimo cingitur margine. *In foliis emortuis Arbuti alpinæ aliarumque alpinarum stirpium. (v. s.)*

518. *S. carpinea*, gregaria, innata, hypophylla, difformis, astoma, opaca, nigra, superficie inæquali.

Xyloma Carpini. *Fries Obs. 2. p. 363.*

S. punctiformi vix major, difformis & inæqualis, sordem nigram referens, nec umbilicata, unde facile dignoscitur. *Ad folia exarida Carpini, rarior vere. (v. v.)*

519. *S. myriadea*, aggregata, epiphylla, innato-prominula, minima, astoma, nigra, subinæqualis, maculas cinereas dendroideas exhibens.

Dec. ! Fr. 6. p. 148. *S. dendroides*. Schwein. ! l. c. 221.

Maculas exhibet latas, indeterminatas, confluentes, circa nervos folii expansas, ortas ex epidermide cinerascete, cum peritheciis minimis adscendente & subinde quasi stellatim rupta. *S. punctiformi* multo minor & sicca nudo oculo vix conspicua. *Ad folia dejecta quercina, vere.* (v. v.)

Affines formas vidi in variis foliis durioribus v. c. in *Rhododendro Chrysantho* maculis minoribus, peritheciis majoribus &c.

520. *S. recutita*, aggregata, hypophylla, innato-prominula, minutissima, astoma, nigra, strias longissimas parallelas exhibens.

A Seriatis removenda cum perithecia semper inter se libera & distincta, subcompressa, nudo oculo vix perceptibilia; proprie totam paginam dorsalem tegunt, sed in seriebus parallelis e nervis longitudinalibus dissepta. *In foliis Caricum, Graminearum &c. vere.* (v. v.)

521. *S. maculæformis*, hypophylla, peritheciis innato-prominulis punctiformibus, globosis, nigris, in maculam inæqualem conglomeratis.

Pers. ! syn. p. 90. Ann. Bot. 2. t. 2. f. b, c, d. A. S. p. 41. Fries V. A. H. 1817. p. 270. S. subconfluens? Sowerb. t. 370. f. 7. (Scl. Suec. exs. n. 20. Moug. & Nestl. ! exs. n. 661.)

b. *S. Aesculi*. Schum. ! Sæll. 2. p. 158.

Perithecia inter venas foliorum plus minus aggregata, nunc confluenta angulata, nunc dispersa, a sequente non multum distincta, primo subimmersa, albido farcta, dein prominula evacuata, sed vix collabescendo umbilicata, astoma, poro subtili pertusa. E nervorum directione & epidermidis tege-

tis indole (v. c. in *Castanea laxiore*) innumeræ oriuntur formæ, quas enumerare omnino tædet. *Ad folia annua arborum & fruticum fere omnium, etiam Vaccinii Myrtilli, ut nulla frequentior. Vere.* (v. v.)

522. *S. punctiformis*, sparsa, peritheciis innatis punctiformibus lævibus subnitidis nigris prominulis, collabescendo umbilicatis.

Pers.! syn. p. 90. *Schum. Scell. 2. p. 156. Fries V. A. H. l. c. Ehrenb.!* *Fung. Cham. n. 29.* (Sci. Suec. exs. n. 58. *Moug. & Nestl. exs. n. 662.*)

b. *Pteridis.* (Sci. Suec. n. 86.)

Amphigena, sed præcipue in pagina inferiore obvia, intus nigra. Asci clavati, majusculi, crassiusculi, sporidia multa minima subglobosa ordine nullo includentes. *Ehrenb. l. c. Ad folia Quercus, Fagi &c. vulgatissima, ubique terrarum, perennis.* (v. v.)

523. *S. Cruciferarum*, sparsa, peritheciis innatis hemisphæricis turgidis lævibus nigris nitidis, ostiolo simplici pertusis.

Præcedente paulo major, subgregaria, sed absque ordine sparsa, sicca evacuata non collabescens. Ostiolum non omnino æquabile, sed passim rimosum. *In foliis & siliculis Cruciferarum vivarum.* (v. v.)

524. *S. subradians*, gregaria, peritheciis innatis utrinque prominentibus hemisphæricis lævibus astomis atris, basi fibrillis subradiantibus, intus albo-farctis.

Fries V. A. H. 1817. p. 248. (Sci. Suec. 204.)

Quando conferta maculæ tenerrimæ nigræ subobsoletæ innascitur. Perithecia amphigena, sat distincta, semper vero albido-farcta, quare cum sequentibus Dothideis affinis. *Ad folia emortua Convallariæ majalis, aut.* (v. v.)

525. *S. Asteroma*, conferta, maculis effusis crustaceis cinereo-nigris, peritheciis tectis prominentibus globosis astomis atris, intus albofarctis.

Junior sistit maculas orbiculares l. oblongas, subconfluentes, tenuissimas, griseo-nigras, fibrillis intricatis radiatis dendritico-ramosissimis fuscis; adulta crustaceas, latiores, fuliginoso-nigras, late confluentes, majorem folii partem occupantes. Perithecia non confluent, prominent, amphigena. Melius tamen ad *Confertas* referenda nisi affinitas cum sequ. huc retineret. *In foliis exsiccatis Convallariæ bifoliæ in Kamtschatka. Wormsk. (v. s.)*

526. *S. brunneola*, gregaria, peritheciis globosis minimis astomis nigris, e macula oblonga brunnea nigricante emergentibus.

Fries in Kunz, Myc. Heft. 2. p. 41. (Scl. Suec. n. 248.)

In utraque folii pagina observantur maculæ oblongo-lineares, parallelæ, nervis discretæ, ambitu æquali nec radioso, sistentes crustam perithecia minuta, depresso-globosa in folii substantia nidulantiæ tegentem. Perithecia in conspectum veniunt, si tollatur epidermis folii, intus albido-farcta. *Ad folia emortua Convallariæ majalis, aut. hieme. (v. v.)*

527. *S. Ostruthii*, hypophylla, aggregata, peritheciis globosis minimis astomis atris, e crustula determinata grisea emergentibus.

Fries Obs. 1. p. 174. V. A. H. 1817. p. 153. (Scler. Suec. exs. n. 4. Schmidt & Kunz. ! exs. n. 205.)

Maculæ minutæ, angulatæ, 1 — 2 lin. latæ, passim confluentes, primo intuitu nigricantes, ortæ e peritheciis minimis confertis emergentibus, primo mollibus Sclerotioideis. *Ad folia Imperatoricæ Ostruthii, aut. (v. v.)*

528. *S. Aegopodii*, sparsa, peritheciis innatis prominulis astomis nigris, maculæ albæ crustæformi insidentibus.

Pers. Obs. 1. p. 17. Syn. p. 89. (Schmidt! & Kunz. exs. n. 61.)

Macula non exarida, determinata ut in sequentibus; perithecia hypophylla. *Ad folia Aegopodii Podagrariæ languescentis. (v. s.)*

In speciebus ultimis asci admodum recedunt brevia, subelliptica, sporidia numerosa globosa minima absque ordine includentia. Conferendæ Dothideæ, proximæ.

Plures utique apud Auctores recensentur Sphæriarum species; sed alteram partem ad alia fungorum genera retulimus, altera veræ Lichenum species sunt v. c. *S. epigæa*, *S. leucocephala*, *S. byssacea*. P., *S. foliacea*, *riccioidea*, *pertusa* Bolt. (*S. glauca* Ejusd. Physarum) *sanguinaria* Tod., *S. rupestris*, *nitida*, *fusca*, *aciniformis* &c. &c. Sowerb. *S. crispa* Ach. *S. xanthostroma* & *Eluteriæ* Schmidt, *S. sphindrina* Dec., *S. suffusa* Rehbent. *S. simplex* Mårke e. s. p. Restant nonnullæ admodum nobis obscuræ v. c. *S. cruginosa* Tod., *S. fallax* Pers. *S. Zææ* Schwein. *S. amphitricha* Ehrenb. & variæ apud Sowerby, quarum icones aut nunquam vidi aut ante octo annos visas non intellexi. Nec desunt Sphæriæ dictæ quæ autonoma vegetabilia non sunt v. c. *S. Lichenum* (Endoc. athallum), *S. hypophylla* Rehb. e. s. p. Pauca synonyma lapsu calamitatis omisa in supplemento indicantur v. c. *Variolaria punctata* Bull. Ch. p. 185 c. ic. (*S. disciformis*.)

B. DEPAZEA.

* *Fries Obs. 2. p. 364. Phyllosticta. Pers. ined, S. Lichenoides. Dec. Fr. 6. p. 147.*

CHAR. Perithecia simplicia, innata, prominula, subrotunda, astoma, demum circumscissa l. collabescendo disco aperta, folium exarentia. Asci varii, erecti, sporidiis paucioribus plerumque referti. — *Epiphyllæ, plerumque jam in foliis vivis, maculas semper exaridas (reliquo folio tenuiores) sistentes, autumnales. Asci subinde nulli.*

Species numerosissimæ, certe a se invicem diversæ, non solum maculæ & perithecorum habitu, sed etiam interna structura. A Sphæriis ultimis ad Phacidiaceas contigua serie abeunt & characteres adhuc esse mere habituales facile cuique observatori patebit. (*S. aliena.*)

* *Subtectæ. In foliis perennibus. (Phacid. Andromedæ).*

1. *S. D. Arecæ*, maculis indeterminatis obsoletis pallescentibus, peritheciis epiphyllis hemisphæricis prominulis nitidis stellulato-stipatis.

Depazea Spreng. ! V. A. H. l. c. p. 52. Sphæria, Kunz. !

Perithecia in cæspitulos, lineam latos, aggregata, sed non confluunt, folium leviter expallentia, glabra, nigra, intus fusca; demum disco colapso nudo subpulverulento. *Ad folia Arecæ olivaceæ.* (v. s.)

2. *S. D. stemmatea*, gregaria, epiphylla, peritheciis globosis minutis epidermidem determinate dealbatam excutientibus.

Fries V. A. H. 1817. p. 246. (Sci. Suec. exs. 287.)

Habitus omnino *Depazeæ*, sistens maculas subrotundas, 2 — 3 lin. latas, subexaridas, sordide fuscæscientes, cui insident perithecia numerosa, minuta, sublibera, primo pilis erectis longis nigris apice passim pænicellata & epidermide lactea laxè tecta; dein, excussa epidermidè nuda, opaca, evacuata subcircumscissa. *In foliis adhuc vivis Vaccinii vitis idææ &c.* (v. v.)

3. *S. D. Buxicola*, maculis candidis nigrocinctis, peritheciis hypophyllis sparsis leviter convexis atris. *Dec. l. c.*

Maculæ ovales l. oblongæ, 2 — 3 lin. semper marginales. Perithecia plura. *Ad folia Buxi.* (v. v.)

4. *S. D. Pyrolæ*, maculis purpureis demum nigricante-cinctis, peritheciis gregariis hemisphæricis, demum collapsis ruptis. — *Ehreb. Ber. p. 29.*

Perithecia tecta, atra, nitida, interdum conflua. *In foliis Pyrolæ umbellatæ.*

5. *S. D. Hederæcola*, maculis albidis, ambitu lato fusco, peritheciis gregariis globosis nudis opacis nigrescentibus.

S. hyalina. Pers. ! ined. (Moug. ! exs. n. 67.)

Maculæ latæ, rotundatæ l. irregulares, confluentes. Perithecia conglomerata, molliora & ad *** propius accedunt. — *S. Lichenoides Hederæcola* Dec. l. c. minor, maculæ albidiores, perithecia convexa sparsa. *Ad folia Hedera.* (v. s.)

** Innatæ. *In foliis annuis rigidioribus arborum & fruticum.*

6. *S. D. Fagicola*, maculis minutis subrotundis atris, e peritheciis confertissimis globosis nitidis plare oblitteratis.

Maculæ sparse, lin. latæ, angulato-rotundatæ, atræ. Perithecia utrinque demum prominent, adeo stipata, ut nudo oculo non distinguenda, sed non confluunt, minime depressa; passim macula orbiculari fusca cincta. *Ad folia subarida Fagi.* (v. v.)

7. *S. D. Tremulæcola*, maculis orbiculatis fuscis, peritheciis epiphyllis sphericis nitidis in centro griseo confluyente-stipatis.

Dec. l. c. ♂. Xyloma concentricum. Seringe exs. S. macularis. (Schmidt & Kunz.! exs. n. 78.)

Maculæ minutæ, 1 — 2 lin. latæ, in ambitu absque peritheciis, quæ confertissima, nitida, vix circumscissa. *Ad folia viva Populi tremulæ.* (v. v.)

8. *S. D. frondicola*, maculis albo-cinerascentibus fusco-cinctis, peritheciis hypophyllis sparsis depressis, mox circumscissis.

Xyloma concentricum. Pers. syn. p. 107. Dep. frondicola. Fries Obs. 2. p. 365. t. 5. f. 6, 7.

b. maculis minoribus, albis. *Populicola Dec. l. c.*

Maculæ oblongæ, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra, inter venas foliorum difformes. Perithecia numerosa, raro concentrica, reliquorum majora, mox circumscissa, disco cupulari albedo, punctulo centrali nigro. — b. maculæ orbiculares, 1 lin. latæ. *Ad folia viva Populi tremulæ. b. Populi nigrae, Italicae.* (v. v.)

9. *S. D. Carpinicola*, macula pallida, peritheciis punctiformibus subconcentricis sparsisque elevatis nigrofuscis.

Xyl. carpineum. *Schwein.* ! l. c. n. 287.

In quendam conulum l. globulum elevatum. *In foliis Carpini Carolinæ.* (v. s.)

10. *S. D. Castanæcola*, maculis indeterminatis pallide lutescentibus, peritheciis epiphyllis sparsis punctiformibus depressis atris.

Lichen Castanearius. *Lamark.* Xyl. geograph. *Pers.* ! *Fries Obs.* 1. p. 202. — *Dec.* l. c. b.

Maculæ magnitudine variæ, difformes, confluentes, subinde linea flexuosa nigra circumscriptæ. Perithecia rara, opaca, rupta forsân Phacidii generis. *Ad folia emortua Castanæ.* (v. s.)

11. *S. D. Cornicola*, maculis orbiculatis griseis linea obscuriore cinctis, peritheciis sparsis orbiculatis centro depressis. — *Dec.* l. c.

Vix 1—2 lin. lata. *In Corno sanguinea.*

12. *S. D. Aesculicola*, maculis orbiculatis lacteis fusco-cinctis, perithecio epiphyllis solitario depresso-excavato atro.

Phacidio dentato non absimilis, perithecio reliquis majore. Macula lineam lata. *In foliis Aesculi Hippocastani.* (v. v.)

13. *S. D. Salicicola*, maculis rotundatis lacteis fusco-cinctis, peritheciis minimis sparsis punctiformibus convexis nitidis nigris.

A præcedente admodum diversa, perithecia plura, demum disco pallido; sed maculæ vix ultra lineam latæ. *In Salicibus.* — *Similis in Prunis.* (v. v.)

14. *S. D. Ribicola*, maculis latis lacteis, peritheciis pluribus minimis nigris, pilis longissimis deciduis instructis.

Non ad manus sunt specimina. *In foliis Ribis rubri.* (v. v.)

*** *Innatæ, in foliis tenuioribus herbarum.*
(*S. Aegopodii &c.*)

15. *S. D. Dianthi*, maculis indeterminatis luteis, peritheciis sparsis globoso-depressis nigris, disco collapsis pallidis.

A. S. l. c. p. 47. t. 6. f. 2. Fries l. c. 1817. p. 246.

b. *S. Saponariæ. Dec. Fr. 6. p. 146. Næmaspora epiphylla, Syn. Fl. Gallic.*

Maculæ $\frac{1}{2}$ unc. circiter longæ, haud limitatæ. Perithecia albido-farcta, gelatina subcirrhosa. *In Diantho & Saponaria. Aut. (v. v.)*

16. *S. D. Lychnidis*, maculis indeterminatis albicantibus, peritheciis hemisphæricis prominulis, disco demum nudo opaco rugoso atro.

In foliis Lychnidis viscaria. (Cf. Myc. Heft. 2. p. 53. (v. s.)

17. *S. D. cruenta*, maculis rubellis in ambitu atrosanguineis, peritheciis sparsis subrotundis lævibus nigris.

Dec. l. c. var. k. S. cruenta. Kunz. ! — Nees in Act. Nat. Cur. l. c. t. 6, f. 22. (Deutschl. Schw. n. 77.)

Maculæ latæ, 4—5 lin., subrotundæ l. ovales, passim confluentes. Perithecia epiphylla, tecto-emergunt. *Ad folia Convallariæ multifloræ. (v. v.)*

18. *S. D. Linneæ*, macula candida, ambitu lato roseo, peritheciis gregariis hemisphæricis subconcavis atro-nitidis. *Ehrenb. l. c.*

Epiphylla, minima, in foliis Linneæ.

19. *S. D. Gentianæcola*, maculis rufescentibus subzonatis vix circumscriptis, peritheciis centrali-confertis convexis nigris. — *Dec. l. c.*

Maculæ orbiculares, unciales, punctis numerosis, perexiguis. *In foliis Gentianæ luteæ. (v. s.)*

- β. *Convolvulicola*, maculis minoribus, peritheciis raris. *Dec. l. c. In Convolvulo sepium.*

20. *S. D. Calthæcola*, maculis albis vix circumscriptis, peritheciis minutis sparsis planis nigris. — Dec. l. c.

Maculæ 1 lin., frequentes, rotundatæ, ovales l. confluentes, sæpe steriles. Perithecia hypophylla? — An *Chelidimicola* & *Paridicola* Dec. l. c. huc citandæ? An cum sequente jungenda? *Ad folia Calthæ.*

21. *S. D. vagans*, maculis albidis ambitu fusco cinctis, peritheciis minimis sparsis convexis nigris.

Sub hac plures jungimus v. c. a.) *Trientalis*, macula oblonga, 2 lin., peritheciis minimis subglobosis. b.) *Ballotæcola*, macula albido-rufescente (1—3 lin.). c.) *Geicola*, maculæ limbo rufofusco. d.) *Malvæcola*, macula albo-fuscescente, peritheciis paucis l. solitariis. e.) *Atriplicicola*, macula orbiculari albido-gilva, peritheciis convexis. — An etiam hujus loci f.) *Scabiosæcola*, Dec. l. c. g.) *Asclepiadicola*, Dec. l. c. h.) *Betæcola*, Dec. l. c. e. s. p. In quavis planta plus minus differunt, unde innumeræ facile oriri possent species. *Locis indicatis.* (v. v.)

22. (550) *S. D. Spinaciæ*, maculis difformibus indeterminatis cinereo-nigris, peritheciis sparsis minimis punctiformibus nigris.

A reliquis distinctissima. Perithecia opaca & macula non pellucida, subeffigurata. *Ad folia Spinaciæ aliaque.* (v. s.)

II. EUSTEGIA. Fries.

Stegia. Fries Obs. 2. p. 352. Nees syn. gen. p. 107.

CHAR. Perithecia orbiculata, sessilia, cupulæformia, aperta, sed infra marginem liberum operculo convexo demum deciduo tecta, unde circumseissa. Nucleus ex ascis erectis, paraphysibus immixtis primo ceraceofarctus, dein evacuatus. Spo-

ridia globosa, simplicia. *Simplex, absque velo & receptaculo.*

HIST. Genus primum Stegiam dixi, nescius generis homonymi *Decandollei* inter Malvaceas; mutavi in Eustegiam, cum *Eustega Brown* vix a *Convolvulo* separanda. Analogia summa cum *Atractoholo* & cum sequente. Species unica certa, minuta, gregaria, rigida, glabra, regularis, lignatilis.

I. EUSTEGIA *discolor*. l. c. t. 8. f. 2.

Perithecii pars inferior Pezizæformis, submembranacea, atra, margine concolori prominente cingens operculum convexum disco leviter papillato-umbonatum deciduum fusco-rufescens; intus albidum, dein evacuata cava. *Ad asseres pineos, raro; vere.* (v. s.)

Obs. S. *complanata* *Ilicis Moug.* & *Nestl.!* n. 82. innata quidem, sed *circumscissa* dehiscit. An hujus generis.

III. LOPHIUM. Fries.

Fries Obs. 2. p. 345, pro parte.

CHAR. Perithecia verticalia, compressa, submembranacea, clausa, rima longitudinali dehiscencia. Nucleus ex ascis erectis, paraphysibus immixtis, sporidia simplicia exigua includentibus, mox in pulverem fatiscens, evacuatus. *Simplex, velo nullo; crustæ subinde insidens.*

HIST. Fungi epiphyti, emerso-superficiales, liberati, glabri, rigidi, fragiles, conchæ valvas sibi incumbentes exacte referentes. Nulla Sphæria libere evoluta compressa, dehiscens, velo destituta, nucleo in pulverem fatiscente &c. gaudet, quare genere certe distinguendæ. Ab *Hysteriis* differt peritheciolorum indole & nucleo fatiscente evacuato.

1. *L. mytilinum*, subpedicellatum, sursum dilatatum, transversim striatum, atronitens.

Hypoxylon ostracium. *Bull. Ch.* p. 170. t. 444. f. 4.
Sphæria ostrac. *Sowerb.* t. 375. f. 9. (sed horizontale, habitu *Eustegiæ*) *Hyst. mytil. Pers. syn.* p. 97. *A. S.* p. 54. *Nees syst.* f. 301. *Lophium Fries V. A. H.* 1818. p. 116. (*Scl. Suec. exs.* n. 60.)

E crusta late effusa, indeterminata, nigra plerumque emergit, in qua stipitellus passim delitescit. Perithecia fragilia, mediæ magnitudinis, intus plerumque cava, primo nucleo albido, mox fatiscente in pulverem parcum terreo-fuscum subfloculosum, dein evacuata. *Ad cortices, ligna & acus Pinuum; "Juglandis Carolinæ". Perennis.* (v. v.)

2. *L. mytilinellum*, subsessile, minimum, læve, atrum.

(*Scler. Suec.* n. 271.)

Simillimum priori, sed sexies minus, absque crusta & striis & apice magis obtusum. Cum prius ad folia crescit, erumpens est; hoc vero semper superficiale. *Ad folia putrescentia Pini silvestris, vere.* (v. v.)

IV. CORYNELIA. Ach. in litt.

Calicii spec. *Ach. Lich. Prodr. Sphæriæ. Pers. syn.*

CHAR. Perithecia carbonacea, lagenæformi-clavata, intus tota cava, medio constricta; cavitate inferiore sterili, superiore sensim ampliata ascigera, primo pertusa poro, dein ampliata inæquali-aperta. Asci breves, demum in pulverem fatiscentes. *Stromate insidens.*

HIST. Vegetabile tropicum, perenne, epiphyllum, libere evolutum, admodum memorabile, Linnæo jam cognitum, sed variis locis collocatum & adhuc hujus ordinis dubia civis. Ad Lichenes nimis accedit; valde affine *Thamnomyci* Ehrenb. non solum substantia rigida fragilique & ascorum conformatione, sed etiam peritheciis deorsum prolongatis cavis, unde pars inferior forsan stipes bul-

boso-ventricosus dicenda *). Sed & Tympani characteribus haud paucis accedit; de genere vero distinguendo non dubitamus. Nomen a forma clavata-

I. CORYNELIA *uberata*.

Mucor clavatus. Linn.! *Suppl. Pl. p. 453.* Lichen Calic. colpodes. Ach.! *Prod. Lich. p. .* Sph. turbinata. Pers.! *syn. p. 95.* Corynelia uberata, Fries *Obs. Myc. 2. p. 343. t. 8. f. 1.*

Cæspitoso-gregaria, insidens stromate subrotundo convexo nigro, e peritheciis delapsis foveolis albis notato, intus nigrofusco, strato superiori tenui rufofulvo. Perithecia carbonacea, tamquam e fibris brevissimis formata, fragilia, piceo-atra, glabra, divergentia, juniora teretia, mox basi ventricosa, loculo globoso vacuo cinerascete; dein apice incrassata clavato-turbinata l. obovata, in vetustis aperta, massam sporaceam nudam nigram includentia. *In foliis Ensiferarum Cap. b. spei. (v. s.)*

Alteram speciem, sed minus evolutam vidi ex India orientali, macula exarida cinctam. — STRIGULA, aliud genus in foliis tropicis perennibus, præcipue perithecorum forma recedit, sed ob thallum lobatulum *Endocarpi smaragduli* facie inter Lichenes locatum.

V. SPHÆRONÆMA. Fries.

Sph. globiferæ. Tod. Meckl. 2. p. 7, 42. Calicii spec. Ach. *Lich. univ. Sphæronæma. Fries Obs. 1. p. 187. V. A. H. 1818. p. 356. Nees Syn. gen. p. 105.*

CHAR. Perithecium orbiculatum verticale subelongatum, grumosum, poro simplici apertum; in-

*) Vel podetia inter Lichenes; synonyma enim sunt stipites fungorum & podetia Lichenum, ut etiam illorum stroma & horum thallus. In *Thamnomyce*, mihi est genus Lichenosum e tribu Sphærophorarum, adsunt tantum podetia, nec thallus. *Rhizom. chordalis* Ach. nova *Thamnomycis* species.

cludens sporidia in sacculo tenuissimo mucosa, minima, dein erumpentia, in globulum demum fatiscentem indurata. *Simplex, velo fugacissimo.*

HIST. A *σφαίρα* & *ναίμα* (gelatina) dictum genus, admodum a Sphæriis diversum, (cf. *Nees Syst. f. 345. A. B.*); sed Sphæriæ ascis & ostiolo distincto instructæ & guttula *fluxili* coronatæ huc non referendæ. Analogia adest evidentior cum *Acrospermo!*, *Stilbo*, *Calicio* & *Carpobolis*, in quibus sacculus cum sporidiis ejicitur. Species minores, innato-superficiales (ad *Sph. denudatas* v. c. *S. notham* & *Pertusas* proxime accedunt) sublignatiles, diu persistentes, basi adnatæ, valde inter se affines.

1. *S. subulatum*, peritheciis conico-subulatis acutis lutescentibus, globulo pallidiore.

Sphæria subulata. Tod. Meckl. 2. p. 44. f. 117. (colore fusciscente) Pers. syn. p. 94. A. S. p. 52. Nees syst. f. 345. B. Sphæronæma. Fries II, cc. (Scl. Suec. exs. n. 325.)

Sparsum. Perithecia spinulas referunt, rigida, glabra, leviuscula, subpellucida, indurata cornea, demum præcipue ad basin fusciscentia. Globulus ovalis, persistens, limpidus. *Ad lamellas Agaricorum induratorum v. c. A. adiposi &c. ; rarissima in Carolina. Aut. — vere. (v. v.)*

2. *S. rufum*, peritheciis subulatis acutis rufis, globulo limpido pallidiore.

Fries V. A. H. 1818. p. 357. (Scl. Suec. exs. n. 27.)

Gregarium, junius molle rufum, dein induratum fuscum, semper læve, glabrum, globulo præcedentis. *Ad ligna Pini, hieme, vere. (v. v.)*

3. *S. aciculare*, peritheciis cylindrico-attenuatis griseo-nigricantibus, globulo albo lutescente.

Sphæria dubia. Tod. l. c. p. 45. f. 118. A. S. p. 50.

Affine præcedenti, sed differt forma fere cylindrica, colore griseo semipellucido "ad apicem

deorsumque flavo", gelatina globosa flavescente. Basis passim strigosa. *Ad ligna quercina, pinea &c. hieme, vere.* (v. v.)

4. *S. Acrospermum*, peritheciis cylindrico-ventricosis lævibus nigris, globulo obsoleto sordide flavicante.

Sph. Acrosperm. *A. S. p. 50. & his testibus, Tod. Meckl. 2. p. 47. f. 119.*

Sparsum, $\frac{1}{2}$ - 1 lin., vix fuscescens, at macula illa atramentosa lignum circa singulum tingens colorem prodit aperte fuscum. Forma inter cylindricam & obovatam per varios vacillat gradus, plerumque e tereti sursum subventricosa. Apex astomus parabolicus nitet, ut plurimum imperforatus, in nonnullis distincte pertusus, in paucis etiam globulo parvo sordide flavicante luculenter coronatus. *A. S. l. c.* Tode suum dixit "conferto-aggregatum, per lentem saturatius fuscum, collabescendo strigosum" additque varietatem *tricolore*m, "cylindricam, nigrofuscam, globulo pellucido nigrofusco" &c. valde dubiam. Sub hujus nomine accepi *Acrospermum conicum*. *In ligno Pini piceæ nudo. A. S. quercino. Tod. (v. ic.)*

5. *S. ventricosum*, peritheciis elongatis simplicibus compressis medio ventricosis nigris, globulo minuto punctiformi cinereo.

Calicium ventricosum. *Ach. ! Lich. univ. p. 241. Sphæronæma. Fries Obs. 1. p. 188. t. 2. f. 8.*

Gregarium, vix lineam longum, basi & apice angustatum, medio l. superne ventricoso-compressum, glabrum, opacum; apice apertum tenuissime marginatum, globulo incluso discum minimum cinerascens offerente. *Ad cortices arborum, Lusatia.* (v. s.)

6. *S. cladoniscum*, peritheciis cylindricis subramosis nigris, globulo minimo incluso albo.

Cal. cladonisc. *Ach. ! l. c. Sphæronæma. Fries Obs. 1. p. 188. t. 2. f. 7. V. A. H. 1818. p. 357.*

Sequenti nimis adfine, nam reperiuntur etiam individua simplicia, tamen dignoscendum apice truncato subaperto, globulo (forsan deciduo) disci instar incluso. Vix ultra $\frac{1}{2}$ lin. altum. *Ad ligna putrida.* (v. s.)

7. *S. cylindricum*, peritheciis cylindricis simplicibus gracilibus lævibus nigris, globulo prominulo albo.

Sphæria cylindrica. *Tod. Meckl. 2. p. 42. f. 114.*
Pers. syn. p. 93. Sphæron. Fr. V. A. H. 1818.
P. 357.

E ligno carie consumto emergens, nudo oculo vix conspicuum; armato cylindricum, diametro longitudinem duplo supera te, opacum, apice rotundato obtusissimo. *Ad ligna molliora Salicis, Quercus &c. aut. — vere.* (v. v.)

- β. affine*, peritheciis primo cylindricis, dein ventricososis conicisque. (Scl. Suec. n. 273.)

Nudo oculo punctiforme, opacum. cum præcedente confluit & sequentem jungere videtur. *Cum priori.*

8. *S. parabolicum*, peritheciis parabolicis lævibus nigris, globulo prominulo livido.

Tod. l. c. p. 43. t. 115. Nees syst. f. 345. A.

Aggregatum, non nisi oculo armato contemplabile, inferne fuscum, apice perforatum, globulo lurido-livido. Forsan melius prope *S. aciculare* locanda, dicitur enim "tenella, gelatinosa". *Martius in Fl. Erl.* pro prioris varietate habet. *In lignis putrescentibus.* (v. ic.)

9. *S. conicum*, peritheciis conicis acutis nigris, globulo globoso deciduo flavo atrescente.

Tod. l. c. f. 116. Pers. syn. [p. 94. Fries V. A. H. p. 358. (globulo livido.) (A. S. & Scler. Suec. nunc distinguo, ob vegetationem diversam.)

Exiguum, subgregarium, passim irregulare, junius tomento subraro livido obsitum, quod etiam

in meis speciminibus observavi. Guttula globosa, primo pellucida, antequam decidit nitidissima, sæpius destitutum reperitur. *Reperi ad ligna Fagi, Abietis &c.* (v. v.)

10. *S. pyriforme*, peritheciis late conicis acutis lævibus, globulo ovali deciduo aterrimo.

S. pyriformis. *Pers. syn. p.* 64. (Scl. Suec. n. 274.)

Sparsum l. gregarium, pusillum, opacum, aterrimum, glaberrimum, basi dilatata adnatum, globulo semper opaco. *In ligno exsiccato Quercus. Aut. — vere.* (v. v.)

11. *S. truncatum*, peritheciis cylindricis crassis truncatis nigris, globulo prominente candido.

Sphæria cylindrica. *A. ! S. p.* 50. *Sphærønæma truncatum.* *Fries V. A. H.* 1818. *p.* 358. (Scl. Suec. n. 105.)

A *Sph. cylindrico* abunde diversum, multoties majus, firmiter, longitudine diametrum paulo superante, globulo majore deciduo apice truncato-umbilicatum. Primo ligno subinnatum, dein emergendo elevat, minus vere distincte quam penultima species. *Ad ligna pinæ & abiegna, frequentissimè. Perennis.* (v. v.)

12. *S. subtile*, peritheciis globosis regularibus lævibus atris, globulo fugaci exiguo albido.

Fries in Myc. Hæft. 2. p. 57. *bis* (Scl. Suec. n. 160.)

Sparsum, minutum (sed magnitudine varium), subnitens, læve. forma globosa a ceteris diversum & variis *Sphæriis* minutis adeo simile, ut globulo haud instructa vix distinguenda. Apex obtusus, poro pertusus. *Ad ligna mucida Sorbi, Coryli &c. Perennis.* (v. v.)

13. *S. hemisphæricum*, peritheciis hemisphæricis subellipsoideis lævibus nigris, globulo albo sublivescente.

Sphæria. *A. S.*! p. 51. t. 8. f. 8. Sphæronæma.
Fries in Kunz. Myc. Heft. 2. p. 57. (Scler. Suec.
 n. 104.)

Sparsum, ligno lævigato innatum, depressum, æquale, coronatum globulo regulari mox deciduo, tum poro l. rimula hemiellipsoidea apertum. *Ad ligna indurata, Fagi, Pini &c. Vere.* (v. v.)

14. *S. colliculosum*, peritheciis complanatis ellipticis inæqualibus scabrosis atris, globulo fugaci candido.

Fries in Myc. Heft. 1. c. (Scl. Suec. n. 103.)

Sparsum, innatum, lignum peculiari modo colliculosum reddens, raro globulo instructum, depressum, opacum, scabroso-pulverulentum. *Frequens ad ligna denudata pinea.* (v. v.)

15. *S. Pteridis*, peritheciis subtuberculosis e badio-fuscis, primum globoso-depressis, dein obconicis collabescendo obcordatis.

Sphæria *Pteridis*. *A. S.* p. 49. t. 10. f. 5.

Accedit ad Sclerotia, sed primo inventionis momento exempla nonnulla globulo spermatico albedo fugacissimo coronata; $1\frac{1}{2}$ lin. alta, 1 lin. lata &c. *Ad frondes Pteridis humi prostratis a nive vix dum soluta obtectis, ineunte Aprili.* (v. ic.)

Hæc sunt Sphæronæmata *innato-superficialia*, hæcenus cognita. Sæpius lignum, ut in *Sticti* parallela, corrosum, unde hypothallus lichenosus. Immersa nulla occurrunt; hæc enim Cytisporæ evadunt. *Erumpenti-innatas* ad Sphærias, Cenangium & Tympanin retulimus, Guttiferi ceterum varii Fungi uterini, immo *Boleti* &c.

VI. CYTISPORÆ.

Sphæriæ *cirrhiferæ*. *Tod. Meckl. 2. p. 7.* Nemasporæ recept. instr. *Pers. syn. p. 108.* Bostrychia. *Fries — V. A. H. 1818. p. 117.* Cytisporæ spec. *Ehrenb. silv. Ber. p. 28.* *Nees syn. Gen. p. 106.*

CHAR. Cellulæ difformes, membranaceæ, tenues, in tuberculo grumoso l. cortici immersæ, circa columnam centralem (passim perithecium distinctum) circinantes, subconnatæ, apice junctæ, collo perforante discum erumpentem, unde ostiolum solitarium. Gelatina sporulosa, ascis solutis, per ostiolum commune propellitur, subcirrhosa, indurescens, sed solubilis.

Obs. Cytisporæ omnes a me visæ in perfecto statu intus celluloso-multiloculares. Intus quoque cellulosas vidi permultas Sphærias, etiam cirrhiferas, v. c. *S. personatam* cum aff., *S. atrovirentem*, *S. Grossulariæ* &c., sed minus distincte. Non tamen dubitamus, quin olim, Sphæriæ genere accuratius definito, huc sint referendæ. Sphæriæ immersæ, præcipue Incusæ & Obvallatæ, in statu juvenili simillimæ, sed circa columnam centralem non circinantes.

HIST. A Næmaspora, genere maxime analogo, primus equidem distinxî, sed nomen aptius Cel. *Ehrenbergii* adoptavi. Interea vir amicissimus sensu valde diverso sumit; certe etiam multæ Sphæriæ huc referendæ; nam omnes minus evidentes Cytisporæ cives in illo genere reliqui. Species ceterum vulgatissimæ, entophytæ, immerso-innatæ, (& hinc ad *Amphiphéricas*, *Obtectas* & *Subtectas* proxime accedunt), molliores, tempestate humida fructificantes, etiam, si irrigantur, domi diu servatæ. Non in cirrhis, multis fungis communibus, sed in perithecii difformibus cellulosis, quibus in omni statu facillime dignoscuntur, character essentialis latet.

I. *C. coccinea*, "immersa, ostiolo subprominente nigrescente, cirrhis filiformibus coccineis".

Næmaspora. *Rebent. Neom. p. 359.*

E descriptione data, generi potius adaptata, quam speciei, hujus esse generis speciem facile patet. *In ramis siccis Robiniæ Pseudacaciæ.*

2. *C. incarnata*, cellulis subglobosis atris in conceptaculo lentiformi proprio nidulantibus, cirrhis filiformibus incarnato-roseis.

Sph. sordida, *β. Pers. syn. p. 25. varietas?*

Conceptaculum orbiculatum, depressum, atrum, epidermide pustulato-elevata tectum, collo brevi erumpente terminatum. Cellulæ minutæ, ægre discernuntur, circa centralem circinantes. *Ad ramos exsiccatos varios, aut. (v. v.)*

3. *C. rubescens*, cellulis in conceptaculo depresso incusis, disco erumpente fuligineo, cirrhis rubescentibus.

Fries V. A. H. 1818. p. 117. (Scl. Suec. exs. n. 109.)

Ample loco citato descripta. Conceptaculum omnino ut in Sphæriis Incusis. Cellulæ circa perithecium centrale circinantes numerosissimæ, primo obsoletæ, dein perithecia referunt, sed semper astomæ, oblongo-diformes. *Ad corticem Sorbi, Pruni &c. frequentissima, hieme, vere. (v. v.)*

4. *C. chrysosperma*, cellulis in conceptaculo incusis, disco erumpente nigrescente, cirrhis luteis.

Hypoxyl. cirrhatum, *Bull. Ch. p. 172. t. 487. f. 4.*
Sphæria cirrhata, *Sowerb. Fung. t. 138.* Næmaspora chrysosp. *Pers. syn. p. 108. Obs. Myc. I. p. 80. t. 5. f. 8. (Scl. Suec. exs. n. 154.)*

Præcedenti affinis. Conceptaculum orbiculare, conicum, basi convexa scutellari in cortice interiore innata & superne epidermide adnata incusum, quare hac rupta laceratur & denudatur huic inclusum stroma olivæeo-cinerascens pulverulentum, humidum vero nigrescens, quod superne erumpit formatque discum exiguum sordidum rugosum difformi-subrotundum, ostiolo centrali nigro, per quod protruditur gelatina cirrhosa. Cellulæ difficile discernuntur, oblonga, atra, cera concolori facta, sed humectata gelatina flava turgent, ostiolis in collum centrale junctis. *Ad corticem Populi &c. Per annum. (v. v.)*

5. *C. xanthosperma*, conceptaculo nullo, cellulis circa columnam centram circinantibus, disco obtecto, cirrho rudi aureo.

A præcedente diversa. Conceptaculum nullum neque pustulæ supra corticem prominent. Cellulæ atræ, cortici interiori innatæ. Discus convexus, lævis, æneo-fuscus, epidermide tectus, nec epidermide lacerata erumpens, centro poro subtili pertusus; dein vero elabens, foveolam profunde umbilicatam relinquens, disco minimo albo, ostiolo atro depresso. *In ramis Salicis in Kamtschatka. Wormsk. (v. s.)*

6. *C. carphosperma*, conceptaculo nullo, cellulis nigris circinantibus, disco sordido, cirrho albo-lutescente.

(Scler. Suec. exs. n. 155.)

Pustulæ orbiculatæ, depressæ, nigræ, in cortice interiore fibroso nidulantes, stromate ceraceo tegente formantes discum erumpentem rotundum l. ellipticum, planum, sordidum, sed expallentem, centro ostiolo nigro perforatum; dissectæ monstrant cellulas numerosas, oblongas, difformes, circa perithecium centrale globosum aggregato-circinantes, plerumque cera concolori farctas, nullo stromate cinctas. Ostiolum nunc porosum, nunc papillæforme. Gelatina straminea, sicca lutescens. *Ad cortices Tiliæ, Pyri Mali &c. perennis. (v. v.)*

7. *C. leucosperma*, conceptaculo nullo, cellulis nigris circinantibus, disco plano albido, cirrho albo.

Sphær. cirrhata. *Hoffm. Veg. Cr. 1. p. 27. l. c. f. 1.*
Nemasp. leucosperma. *Pers. syn. p. 108. (Scler. Suec. exs. n. 156.)*

b. brunneola. (Scl. Suec. exs. n. 245.)

Vix nisi cirrhi colore a proximis differt. Cellulæ in corpus lobatum nigro-marginatum confluent; discus variat albus, lutescens, ostiolo centrali subprominente, *Vulgatissima ad ramos Fagi, Carpinii, Aceris, Rosæ &c. perennis. (v. v.)*

8. *C. pinastri*, conceptaculo nullo, cellulis nigris circinantibus, disco subrotundo tuberculoso atro, cirrho rudi lacteo.

(Scl. Suec. exs. n. 247.)

Antecedenti nimis affinis. Cellulæ in ipso folii parenchymate nidulant, irregulares. Discus valde prominens, opacus, rugosus, dein planiusculus cinereo-niger, ostiolo valde prominulo. *Ad folia dejecta pinea.* (v. v.)

9. *C. fugax*, conceptaculo nullo, cellulis atris circinantibus, disco plano fuliginoso, cirrhis tenellis pallidis.

Variolaria fugax. Bull. Ch. p. 187. t. 452. f. 2. S. pustulata, Hoffm. V. Crypt. p. 26. t. 5. f. 5. Pers. syn. p. 41. Næmasp. Reb. Neom. p. 339. (Scler. Suec. exs. n. 211.)

Pustulæ prominentes, lentiformes, cum epidermide concretæ, subincusæ; cellulis circa columnam centralem circinantibus, gelatina copiosa tumentibus. Ceterum antecedentibus tam affinis, ut vix nisi cirrho tenui albido-griseo subhyalino dignoscitur. Cytisporam esse jam monuit *Tode in Ehrh. Beytr.* 7. p. 171. *Ad cortices ramorum Salicis, Coryli &c. perennis.* (v. v.)

10. *C. carbonacea*, conceptaculo proprio tenui, cellulis atris, discoque albido obsoletis, ostiolis prominentibus atris.

Sphæria. Fries in V. A. H. 1817. p. 89. (Scl. Suec. exs. n. 246.)

Species minus cognita, licet vulgatissima; conceptaculo proprio a præcedentibus distincta. Pustulæ minutæ, non prominentes, in cortice interiore innatæ, stromate proprio carbonaceo, in cellulas obscuras diviso, sed adest columna centralis admodum distincta. Cirrhum non vidi. *Ad ramos Ulmi &c.* (v. v.)

Simillimam vidi speciem, sed cellulæ albæ in cortice *Padî.*

11. *C. atrovirens*, conceptaculo membranaceo, disco erumpente, cirrhis nigro-viridibus. — *Wormsk. Mscr.*

Cellulæ in orbem depressum collectæ, membrana cinctæ, gelatina nigro-viridi glomerata l. per multas spiras demum inspissatas diaphanas varie flexas e centro pertuso erumpente. *In ramis alneis, in Kamtschatka.* Wormsk. l. c.

12. *C. melasperma*, cellulis depressis, atris, disco erumpente, cirrho rudi nigro. *Fr. l. c.*

13. *C. betulina*, cellulis depressis atris, disco erumpente, cirrho tenui rubello.

Ehrenb. ! Ber. p. 28.

Cellulæ in cortice interiore obvallatæ absque stromate & conceptaculo. Discus erumpens grumosus cinerascens planus. *In ramis Betulæ albæ.* (v. s.)

14. *C. Ribis*, "peridio crasso atro grumoso, ostiolo rudi ex epidermide demum emerso, cirrho rudi aureo. l. c. *In ramis Ribis rubri.*

15. *C. hyalosperma*, tuberculo immerso obsolete celluloso colloque erumpente conico-convexo nigris, cirrho hyalino.

Fries Obs. Myc. 1. p. 187.

Inter minores, sequenti similis, absque disco depresso. *Ad cortices in America boreali.* (v. s.)

16. *C. guttifera*, tuberculo immerso celluloso nigro, mox attenuato in collum erumpens conicum obtusum, gelatina globosa albida.

Sph. guttifera. Dec. ! Fr. 6. p. 136.

Certissime hujus generis & præcedenti affinis. Cellulæ atræ sistunt tuberculum atrum cortici immersum, cui impositum est columna epidermidem perforans. Globulus demum nigrescens. *In ramis quercinis & coryleis.* (v. s. in herb. Kunz.)

17. *C. globifera*, tuberculo difformi sublobato stramineo nigro-limitato, gelatina erumpente globosa flavofusca.

Bostrychia, *Fries V. A. H.* 1818. p. 119. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 56. (Scl. Suec. exs. n. 212.)

Eximie distincta. Cellulæ obsoletæ, in tuberculum solidiusculum concretæ, cortici omnino innatæ, nec discus erumpens. Globulus induratus, persistens. *In cortice Spireæ Opulifoliæ.* (v. v.)

18. *C. rhuina*, tuberculo globoso solidiusculo pallido, cirrho tenerrimo concolori. *l. c.*

Sclerotium refert, molle, absque cellulis distinctis. Cirrhus admodum rarus & tenuis. *In ramis emortuis Rhois, hieme.* (v. v.)

Species inquirenda:

C. microsperma (Scler. Suec. exs. n. 158.) eadem videtur ac *Sphæria sæpincola*; sed cirrho tenui manifesto instructam vidi; intus subcellulosa est. — Ceterum plures e *Sph. Obtectis* & *Subtectis* huc referendæ,

VII. PHOMA. Fries.

CHAR. Perithecium nullum, sed nucleus grumosus in tuberculo a matrice formato innatoque inclusus, demum ore simplici pertuso sporidisque (globosis elongatisve) rejectis evacuatus. Asci nulli.

HIST. Fungi entophylli, subfusci, pustulæformes (unde nomen), ex externa facie Sclerotia l. potius entomogenas diceret, Coniomycetibus, v. c. Uredini & Septariæ, maxime affines. Habitus vero Sphæriæ ejusque plurimæ species sub hoc l. potius Xylomatis genere confusæ latent.

1. *Ph. saligna*, uni- l. multilocularis, convexa, fusco-nigra, centro subumbonata.

Sphæria saligna. Ehrh. Cr. exs. n. 299. *S. salicina*. Sowerb. t. 372. f. 1. *Xyloma*. Pers.! syn. p. 106. A. S. p. 66. Dec. Mem. Mus. II. p. 325. *Variolaria Salicis*. Bauch. (Scler. Suec. exs. n. 283. Moug.! & Nestl. exs. n. 268.)

Pustulæ in superiore folii pagina leviter prominulæ, sed etiam in inferiore maculam nigram referunt, læves, orbiculares l. leviter angulatæ, intus albidæ ferruginascentes, loculis majusculis subcavis, nunc unico, nunc pluribus (2 — 5) in eadem pustula. Sporidia sublibera, globosa. *Ad folia dejecta salicina, hieme, vere.* (v. v.)

2. *P. Populi*, submultilocularis, subrotunda, plana, testaceo-fusca, ostiolis obsolete.

S. Populi. Sowerb. t. 374. f. 2. Fries Obs. 2. p. 321.

b.? *Sphæria bifrons*. Biv. Bernh. Man. p. 13. t. 3. f. 3.

Ut præcedens a *Scl. salicino*, hoc a *Scl. populino* differt. Cum siccam & incompletam modo viderim dijudicare nequeo, an, ut sane videtur, hujus status perfectissimus sit synonymon Bernh. l. c. ample descriptum. "Pulpa alba, in styli formam exserta". *Ad folia sicca Populi.* (v. s.)

3. *P. Filum*, uni- l. multilocularis, subrotunda, convexa, e carneo-rufo nigrescens, pulpa alba in formam fili exserta. — Bernh. l. c.

Hypo- l. epiphylla, pustulis parvis gregariis, loculis 1—4 in singula distinctis, globosis, apice poro vix conspicuo apertis. Thecæ (sporidia) cylindricæ, breves. *Ad folia viva Convolvuli sepium, Populi nigrae & super Ured. Convolvuli, Populi & præcedentem parasitica, aut.* (v. ic.)

4. *P. Pustula*, unilocularis, convexa, lævis, rufescenti-fusca, intus alba, nucleo atro.

Sphæria. Pers. syn. p. 91. Ann. Bot. II. p. 26. t. 2. f. 7. b. Fries V. A. H. 1817. p. 269. (Scl. Suec. exs. n. 205.)

Amphigena, minor, simplex l. rarius e 2—3 confluentibus composita, subnitida, apice demum depressa; dissecta intus alba est. Sporidia atra, sine lege rejiciuntur. *Ad folia dejecta Quercus, etiam Americæ. Vere, æst.* (v. v.)

5. *P. tularostoma*, “hypophylla, ostiolo tumido fuscò, primo medio candido clauso, demum aperto, margine interno candido, sporidiis candidis sine lege rejectis”.

Næmaspora. *Ehrenb. Fung. Cham. n. 14. t. 18. f. 7.*

In statu maturo sicca epidermis, tamquam tympani membrana extensa, rumpitur locumque cedit foramini rotundo aut oblongo, quod extus fuscum, intus candidum; tumidum vero servat marginem. Dissecto a vertice pseudoperidio, apparent semina, parietibus adglutinata, quæ interdum tamquam in membranulam confluxa vidit Ehrenberg. *In foliis Myrtilorum & Lardizabalarum, Chili.* (v. ic.)

Obs. *Sph. Ulmicola Biv. l. c.* (*Stilbospora Uredo Dec.*) ad genus *Septariæ Coniomycetum* pertinet. *Sph. Clusiæ roseæ Pers. syn. p. 91.* autem videtur *Phomæ generis.*

VIII. DOTHIDEA. Fries.

Fries Obs. 2. p. 347. V. A. H. 1819. p. 87.

CHAR. Cellulæ (plures l. solitariæ) in stromate immersæ, subrotundæ, nucleo cereo fardæ, demum ore simplici apertæ, absque proprio perithecio. Asci erecti, fixi, subclavati, immixtis paraphysibus, fere persistentes. Sporidia simplicia.

ABERR. In speciebus simplicibus cellulæ valde obsoletæ; sed ubi plura individua confluunt distinctæ adsunt. Asci occurrunt vacui, obsoleti; subinde e duplici membrana compositi.

HIST. Genus, a *δοθιον* & *εδος* (tuberculi forma) dictum, certe distinctissimum, quamvis inter *Sphæriaceas* & *Phacidiaceas* una cum *Cenangiiis*

medium. Cum illis convenit externa forma & fructificationis processu, cum his vero ascorum indole & tota vegetatione. Species numerosæ, epiphytæ, plurimæ subinnatæ, atræ, paucæ coloratæ. Nonnullæ species jam descriptæ omissæ, ut ulterius inquirendæ.

DIVIS. e vegetatione plus minus evoluta in tribus naturales :

I. DENUDATÆ. Superficiali-innatæ, nudæ, libere evolutæ. *Plerumque lignatiles, cum Sph. superficiali-innatis comparandæ.* (1 — 3.)

II. ERUMPENTES. Erumpenti-innatæ, liberatæ, superne nudæ. *Sub epidermide ramorum & foliorum perennium; cum Sphæriis erumpenti-innatis comparandæ.* (4 — 12.)

III & IV. ADNATÆ & INNATÆ. Innatæ, stromate ab epidermide adnata tecto. *In partibus vegetabilium annuis; III in emortuis, præcipue caulibus herbarum; IV in foliis jam vivis, Cf. Sphæriæ vere innatæ.* (13 — 54.)

Trib I. DENUDATÆ.

1. *D. moriformis*, nuda, subglobosa, tuberculata, atra, intus cornea obsolete cellulosa.

Arthonia moriformis, Ach. ! syn. Lich. p. 5. Doth. Fries V. A. H. 1819. p. 88. Myc. Hefst. 2. p. 59. Doth. gibberulosa, Fries Obs. 2. p. 349. t. 5. f. 5.

Gregaria, ligno canescente-corroso insidens, ut *Stict. parallela*, ceterum Rhytismati corrugato proxima. Intus subfusca, cellulis pluribus. *Raro ad sæpes ligneos.* (v. v.)

2. *D. paradoxa*, subcæspitosa, nuda, elongata, difformis, rugosa, atra, intus alba.

Fr. V. A. H. l. c. Myc. Hefst. l. c.

Paradoxa, sed non cum alio genere & *D. sphæroide* bene congrua. Perithecia valde difformia, cæspitosa, circinantia, maculæ nigræ insidentia, in-

tus alba, cellula solitaria pallida. *Ad lignum denudatum Salicis, rarissima.* (v. v.)

3. *D. funesta*, aggregata, nuda, subglobosa, rugosa, villosa, atra, intus fuscescens, cellulis albis.

Sphæria funesta. Kunz. ! in litt.

Tubercula aggregata in greges subrotundas, sed inter se libera, innato-superficialia, aterrima, opaca, villo sporidiis Exosporii non absimili obducta. Cellulæ nunc nullæ, nunc 2 — 5 in quovis tuberculo albofarctæ in stromate fusconigricante immersæ. Asci clavæformes, quasi e duplici membrana compositi, sporidiis nullis, paraphysibus numerosis immixtis. *In foliis, Domingo.* (v. s.)

S. Vaccinii. — *vide p. 418.*

Trib. II. ERUMPENTES.

4. *D. atra*, erumpens, planiuscula, rugosa, atra, cellulis immersis albidis, intus fuscescente-pallidis.

Aegerita atra. Spreng. ! in litt.

Erumpens, liberata, fere superficialis, difformis (elliptica, oblonga l. reniformis), valde rugosa, opaca, atra; intus fuscescens, cellulis numerosis plane a stromate formatis, albidis, intus massa pallescente semper farctis. Asci erecti, brevissimi, subclavati, paraphysibus immixtis copiosis. *Ad corticem crassiorem Portoricii.* (v. s.)

5. *D. Ribesia*, erumpens, elliptica, depressa, nigra, intus concolor, cellulis minimis periphericis albis.

Sph. Ribesia. Pers. ! syn. p. 14. Schum. ! Scell. 2. p. 168. A. S. p. 5. Reb. Neom. t. 1. f. 5. Nees syst. p. 293. f. 312. Dec. Fr. 6. p. 117. (Scl. Suec. exs. n. 100. Holl. & Schmidt! n. 52. Moug. ! & Nestl. n. 275.)

Transversim erumpens, prominens, subrotunda l. plerumque elliptica, disco canaliculato, primo

fuscescens molliuscula, mox nigra opaca; nunc lævigata, nunc ex ostioliis prominulis sub lente granulosa. Substantia carnosæ. *Ad ramos emortuos Ribis rubri; raro in Grossulariæ, etiam Americæ. Perennis, hieme.* (v. v.)

6. *D. Sambuci*, erumpens, orbicularis, planiuscula, atra, intus mollis cinerascens, cellulis minimis periphericis albis.

Sphæria natans. *Tod. Meekl. 2. p. 27. f. 98.* (minus bona). *S. Sambuci.* *Pers. ! syn. p. 14. A. S. p. 5. Schum. ! Scell. 2. p. 166. Dec. Fr. l. c. Fries V. A. H. 1816. p. 140. Nees syst. f. 311.*

Præcedente minor, vix ultra lineam lata, opaca, primo lævis, dein ex ostioliis prominulis colliculosa. *Ad ramos siccos Sambuci nigre & "canadensis in Carolina". Vere.* (v. v.)

7. *D. Mezerei*, erumpens, orbicularis, convexo-planæ, atra, intus mollis concolor, cellulis exiguis subperiphericis albis.

Fries Obs. 1. p. 172. V. A. H. 1816. p. 149.

Præcedentibus admodum affinis, colore & superficie evidentius granulosa distinguenda. *Ad ramos emortuos Daphnes Mezerei, vere.* (v. s.)

8. *D. Puccinioides*, erumpens, difformis, subconvexa, atra, intus firmula cinerascens, cellulis subimmersis albidis.

Sph. Dec. ! Fr. 6. p. 118. (Moug. ! & Nestl. exs. n. 566.)

E situ diverso admodum variat; in foliis nempe tubercula prominent, orbiculata, convexa, $\frac{1}{2}$ lin. lata; in ramulis tenellis longitudinaliter erumpunt elliptica, paulo longiora, planiuscula; tandemque in cortice vetustiore valde difformia confluentia. Cellulæ albidæ, farctæ, ostioliis subtilissimis superficiem perforantibus. *In ramis & foliis Buxi sempervirentis; etiam in Scania lecta a Cl. Forsander.* (v. s.)

9. *D. latitans*, immersa, epidermide lacerata tecta, stromate fusco-atro, cellulis immersis albis.

Sphæria. (Scl. Suec. exs. n. 281.)

In ipso foliorum parenchymate innata latet, ægre observanda, nisi folium prope superficiem superiorem dissecatur, tum apparent cellulæ subrotundæ numerosæ, valde confertæ, albicantes, semper farctæ, in folii substantia in stroma fusco-atrum mutata nidulantes. Epidermis lacerata Phacidii exoleti speciem præ se fert. *Ad folia sicca nigrefacta Vaccinii Vitis ideæ, hieme &c.* (v. v.)

10. *D. genistalis*, erumpens, tuberculosa, difformis, atra, intus alba, cellulis periphericis albis.

Sphæria. Pers. ! (Moug. ! & Nestl. exs. n. 448.)

Primo tecta, dein epidermide lacerata erumpens, sordide nigra, tubercula sistens minuta, subconfluentia, Sphæriæ cuidam immaturæ similia. Stroma compactum albidum. Cellulæ minutæ, subfarctæ. *In foliis vivis & exsiccatis Genistæ sagittalis.* (v. s.)

- **** 11. *D. Sphæroides*, gregaria, subfasciculata, erumpens, difformi-angulata, planiuscula, nigra, intus albida.

Sclerot. Sphæroides. Pers. syn. p. 125. A. S. p. 16.
Dothidea. Fries Obs. 2. p. 348. V. A. H. l. c.

Subinde obsolete rumpens, inde summa affinitas cum Rhytismate & Phacidio patet. Forma valde inconstans, nunc simplex Sclerotioidea, nunc confluens, cellulis pluribus obsoletis, intus alba. *S. subsecræta* Sowerb. t. 373. f. 3 ambigit inter hanc & *S. mutilam*. *Ad corticem Populi, vere.* (v. v.)

- β. pezizoides*, minor, depressa, l. c. *Ad corticem tenuiorem.* (v. s.)

12. *D. pyrenophora*, erumpens, elliptica, planodepressa, lævis, atra, intus alba, cellula solitaria atra.

V. A. H. l. o. p. 88. Kunz, Myc. Hest. 2. p. 58.

Primo adspectu *D. Ribesiæ* simillima; sed admodum diversa cellula solitaria nigra in stromate albo. Hac structura ad Sph. simplices & Innatas adeo accedit, ut inter Sphærias, Dothideas & Phaciaceas media! *Ad ramos Sorbi aucupariæ excisicatos.* (v. v.)

Antecedentis status sterilis & minor est *Hyst. Sorbi Wahl! Lapp. p. 523. (Scler. Suec. exs. n. 129. Holl. & Schmidt n. 36.)* Ut *Hysterium ruptum* numquam vidi.

Inquirendæ: *Sphæria Cerasi* Schum. Sæll. 2. p. 167. & *Dothid. pithya* Fries (a Cenang. Pithyo vix diversa).

Trib. III & IV. XYLOMA.

* POLYSTIGMA. Pers. — Dec. Fr. 6. p. 164. & Mem. Mus. III. p. 330. — *Compositæ, cellulis immersis, demum evacuatis, ambitu uniformi.*

13. *D. typhina*, elongata, culmos ambiens, albida, mox saturate lutea, ex ostioliis demum granulosa.

Sph. typhina. Pers.! syn. p. 29. Ic. & descr. p. 21. t. 7. f. 1. Schum.! Sæll. 2. p. 162. Nees syst. f. 314. Polystigma, Dec. Mem. Mus. l. c. (Holl. & Schmidt! exs. n. 4. Moug. & Nestl.! n. 79.)

b. Sph. spiculifera. Sowerb. t. 270.

Culmorum vaginis, nec ipso culmo innata, 1-2 unc. longa, primo lævis pallida, dein vero lutea, ostioliis granulosis prominulis obscurioribus, cellulis submembranaceis gelatina molliori farctis, unde ad Sphærias accedit, sed habitus sequentium. *Ad graminum culmos vivos, æstate.* (v. v.)

14. *D. rubra*, hypophylla, orbicularis, rubra, demum rufofusca, cellulis immersis rubentibus, ostioliis subimmersis.

Xyloma rubrum. Pers.! syn. p. 105. Obs. Myc. 2. p. 101. Schum.! Sæll. 2. p. 179. Sphæria rubra. Fries Obs. 1. p. 172, S. hyetospilus. Mart. Fl. Cr. Erl.

p. 478. Nees! in *Act. Nat. Cur.* IX. t. 6. f. 21.
Polystigma rubrum, Dec. *Mem.* l. c. p. 337. t. 4.
 f. 7. *Flor. Fr.* 6. p. 164. (Scl. Suec. exs. n. 191.
 Schmidt & Kunz.! exs. n. 127. Moug. & Nestl.!
 exs. n. 270.)

Junior plana maculæformis, dein leviter convexula, 2 lin. & ultra lata, ambitu æquabili nec effigurato; intus pallidior, cellulis minimis numerosis punctiformibus subpolystichis, sero evacuatis. Ostiola immersa, obscuriora, demum prominula. *Ad folia Pruni domesticæ & spinosæ; "semper sterilis in Carolina"!* *Aest. & sq.* (v. v.)

15. *D. fulva*, hypophylla, subangulata, ochracea, demum fulva, cellulis immersis concoloribus, ostioliis immersis.

Xyloma aurantiacum. *Schleich.!* Sphæria ochracea. *Wahl.!* *Lapp.* p. 518. Sph. xantha. *Fries Obs;* 1. p. 172. S. hyetospili var. *Mart.* S. Padi. *Holl.!* *Polystigma fulvum*. Dec. *Mem.* l. c. t. 4. f. 8. P. *aurantiacum*. *Pers.* — *Myc. europ.* t. 5. f. 1. (Scl. Suec. exs. n. 241. *Holl. & Schmidt!* n. 1. *Moug. & Nestl.!* n. 271.)

Præcedenti affinis, sed minime confluunt. Maculas sistit latiores, in utraque pagina conspicuas, intus albas, ostioliis in pagina inferiore tantum conspicuis. *In foliis Pruni Padi.* *Aest. & sq.* (v. v.)

16. *D. orbiculata*, epiphylla, orbiculata, tumidula, lævis, atronitens, intus fuscescens, cellulis immersis.

Xyloma orbiculatum. *Schwein.!* l. c. n. 21.

Præcedentibus affinis, 1 — 2 lin. lata, determinata, sicca opaca, cellulis demum evacuatis; ostiola in superiore folii pagina. *In Diospyre Virginiana.* (v. s.)

17. *D. betulina*, epiphylla, angulato-diformis, subconfluens, tuberculosa, atronitens, intus nigra, cellulis albis.

Xyloma betulinum. *Fries Obs. Myc.* 1. p. 198. Dec. *Mem. Mus.* III. p. 319. t. 3. f. 1. *Xyl. populinum.*

Schum! Scall. 2. p. 179. excl. loco natali. Sph. Xylomoides. *Fries V. A. H.* 1816. p. 143. S. atro-nitens. *Holl!* (Sci. Succ. exs. n. 144. *Holl. & Schm!* n. 29. *Moug. & Nestl!* exs. n. 370. *Funk Crypt.* n. 382.)

b. Sph. *Betulæ nanæ.* *Wahl!* *Lapp.* p. 143. t. 30. f. 5.

Tubercula minuta, prominula, planiuscula, conferta, epidermide omnino innata nitida; in b. majora. Ostiola prominent punctiformia, demum umbilicata. Xyl. acerinum var. *betulinum* A.S. p. 65. potius Rhytismatis species. *Ad folia betulina, æstat. sq.* (v. v.)

18. *D. Ulmi*, epiphylla, subrotunda, confluens, convexa, cinereo-nigra, intus nigra, cellulis albis, ostiolis granulæformibus.

Sph. *Ulmaria.* *Sowerb.* t. 374. f. 5. Sph. *Ulmi.* *Duval!* in *Hopp. Bot. Taschen.* 1809. p. 105. *Fries V. A. H.* 1816. p. 143. *Nees!* l. c. f. 21. B. Xyl. *Ulmeum.* *Mart. Cr. Erl.* Sph. Xylomoides. *Dec. Fr.* 2. p. 288. (*Schleich!* exs. n. 75. *Holl. & Schmidt!* n. 32.)

Præcedenti proxima, sed magis convexa, epidermide non innata tecta, inde cinerascens, opaca & ostiola magis granulosa. *Ad folia Ulmi, æstate & sq.* (v. v.)

19. *D. Rhois*, epiphylla, maculæformis, subeffigurata, rugosa, rubro-marginata, cellulis immersis.

Xyloma *Rhois.* *Schwein.* l. c. n. 274. Cf. *Schwagr!* l. c.

“Tres l. quattuor lineas longa & lata, pagina superiore atro-nitente corrugata, pagina inferiore subvelata; intus cellulosa, ut *D. rubra*“. Nostrum specimen *Ectostroma* refert. *In foliis Rhois glabræ & corallinæ, Carolinæ.* (v. s.)

20. *D. Pteridis*, hypophylla, nervisequia, elongata, cinereo-nigra, opaca, intus aterrima, ostiolis minutis prominulis.

Sphæria. *Reb.*! *Neom.* p. 324. t. 1. f. 3. *Xyloma*.
Fr. Obs. 1. p. 200. *Dec. Mem.* l. c. *Fl. Fr.* 6. p.
 154. (*Scl. Suec. exs.* n. 67. *Holl. & Schmidt!* exs.
 n. 2.)

Gregaria, forma varia, ovalis l. elongata, subinde confluens, ostioliis sparsis prominulis punctata; cellulæ atræ, inde apparet intus uniforme stroma aterrimum, demum pulverulentum ruptum. *Ad folia Pteridis aut.* (v. v.)

21. *D. Heraclei*, amphigena, confluens, angulata, rugoso-tuberculosa, opaca, atra, intus nigricans, cellulis albis.

Proxima *D. betulinx*, sed superficie rugosa opaca facile dignoscitur; vix lineam lata, convexa l. plana, cellulis numerosis minimis globosis confertissimis in stromate nigricante immersis. *In foliis Heraclei trifoliati in Kamtschatka.* *Wormsk.* (v. s.)

22. *D. Podagrariæ*, hypophylla, simplex l. coacervato-connata, difformis, subnitida, nigra, papillata, crustæ indeterminatæ atræ insidens.

Sphæria. *Roth. Cat.* 1. p. 230. *Reb. Neom.* p. 325.
Fries V. A. H. 1816. p. 153. (*Scler. Suec. exs.*
 n. 192.)

Inter præcedentem & *D. Angelicæ* fere media. Cellulæ subprominent, rariores, subsparsæ, intus albobarctæ; paucæ solitariæ. Macula subinde deest. *In foliis Aegopodii Podagrariæ aut.* (v. v.)

Sphæria Trifolii (n. 263.) aliæque species huc forsitan referendæ; non vero ob has species intermedias genus supprimendum.

** STIGMEA. *Compositæ*, tuberculis aggregatis prominulis, ambitu simplici uniformi.

23. *D. Heliopsidis*, ambiens, in crustam elongatam stipata, truncato-rotundata, umbilicata, papillata, atra, intus albobarctæ.

Sphæria. *Schwein.*! l. c. n. 69.

Tubercula numerosa, admodum conferta; sed fere libera, lævia, epidermide innatâ tecta, subni-

tida, basi stromate communi atro juncta. In foliis occurrunt maculae steriles aut uno alterove tuberculo ornatae, sed ad caules & nervos crustam 2 — 3 uncialem constituit. *In Heliopside viva & emortua.* (v. s.)

24. *D. Lonicerae*, amphigena, in caespitulum orbicularem coacervata, rotundata, apice plano-depressa, atra, intus concolor.

Xyloma Lonicerae. *Fries Obs.* 1. p. 198. t. 4. f. 7.
Sph. ruboidea in Kunz Myc. Hefte. 2. p. 35.
 (Scheich.,! exs. n. .)

b. in annulum disposita. *Xyloma Xylostei.* *Dec. Fr.* 2. p. 599. *Mem. Mus. l. c.* p. 319. t. 3. f. 2.

Tubercula plerumque in caespitulum convexum, subregularem 1 — 1½ lin. latum, stipata, semilibera, laevia, nitida, intus nigro-farcta, unde cellulae obsoletae; rarius observantur tubercula solitaria. — A *D. Xylostei* diversa. *In foliis Lonicerae caeruleae; an & Xylostei.* *Aest & sq.* (v. s.)

25. *D. asteromorpha*, epiphylla, radiatim congesta, tuberculis orbiculatis convexis emarginatis rugosis atro-nitidis, intus atris.

Xyloma asteromorph. *Schwein.! l. c. n.* 289.

Tubercula conferta, sed raro confluent, stellatim disposita, rugosa; *D. betulinae* similia, sed simplicia. *In foliis Betulae vivis Carolinae.* (v. s.)

26. *D. gramma*, epiphylla, in series duplicatas congesta, rotundata, tuberculosa, opaca, nigra, intus albida.

Schwein.! l. c. n. 233.

Perpulchra; arcus binos nigros margini folii, adhuc virentis, parallelus, e lineolis quasi calamo scriptis venarum folii directionem servantibus compositos, plerumque format. Tubercula apice impressa, tecta granulis subcylindricis pellucidis hyalinis; intus vesiculosa. *In Stylosanthe, Carolinae.* (v. s.)

27. *D. Brachystemonis*, hypophylla, macularis, nigrescens, cellulis seriatis sparsis compressis prominulis, ostiolis latentibus.

Schwein! l. c. n. 73.

Maculæ 2 lin. longæ, inæquales, pro maxima parte steriles, crustacæ, nec exaridæ, cellulis 3-4 sparsis. *Ad folia Brachystemonis virginicæ vivæ, aut.* (v. s.)

28. *D. Geranii*, hypophylla, cellulis minutis prominulis astomis in cæspitulum orbicularem maculæformem subconnatis.

V. A. H. 1817, p. 271. *Kunz. Myc. Heft.* 2. p. 36.

Macula plana, 1—2 lin. lata, cellulis intus albis prominulis punctulata. *Ad folia viva Geranii, æstate.* (v. v.)

29. *D. exasperans*, confertissima, minima, nigra, atro-inquinans, cellulis prominulis in maculam elongatam confluentibus.

Sphæria, *Schwein.!* l. c. n. 220.

Maculas unciam longas efficit in foliis & petioliis herbarum. Cellulæ ut in *Doth. Asteroma*, tactu asperæ, in series subregulares dispositæ, nigro-farctæ. *In Carolina australi.* (v. s.)

30. *D. stipata*, conferta, minima, convexa, nigra, nitida, ambitu uniformi.

(*Sci. Suec. exs.* n. 192.)

Proxima sequentibus; sed nullæ adsunt fibrillæ. Tubercula epidermidi innata, cum hac a caule secedunt, minima, punctiformia, lævia, nitida, nunc confluentia, nunc distincta, maculam sistunt nigram determinatam l. indeterminatam. *Ad caules siccos v. c. Chærophylli bulbosi, vere.* (v. v.)

*** ASTEROMA. *Dec. Mem. Mus.* III. p. 329, 336.

Cellulæ minimæ, prominulæ, confertæ, subconfluentes, ambitu maculæformi l. fibrillis innatis subradia-

to. *Juniores sistunt maculam sterilem, sæpe fibrilloso-centrifugam.*

31. *D. Epilobii*, macula ambiente lævigata uniformi picea, cellulis sparsis prominulis.

Maculæ subrotundo-difformes, determinatæ, 3—4 lin. longæ, passim confluentes, tenuissimæ, piceæ, absque fibrillis, in qua sparsæ prominent cellulæ minutæ, inæquales, læves, albobarctæ, demum apice depressæ. *In caule Epilobii angustifolii.* Chaillet! sub Sphæria. (v. s.)

32. *D. vernicosa*, macula lævigata nitida nigra, margine radiosa, cellulis centralibus subconico-prominulis. — *Dec. Fr. 6. p. 138.* Sphæria.

Macula sub lentibus optimis e fibris tenerrimis formata, margine tantum visibilibus; tuberculis in centro sparsis, convexis, subconicis, astomis. *In caulibus Umbelliferarum, Spireæ Arunci.*

33. *D. Himantia*, macula nigra e fibrillis centrifugis orta, cellulis prominulis seriatis, centro confertis.

Sphæria. *Pers.!* *syn. p. 89. Obs. Myc. 2. p. 69. Dec.!*
Fr. 6. p. 138. Fries V. A. H. 1817. p. 247. (Scl.
Suec. exs. n. 243.)

Maculæ indeterminatæ, longæ lataque, ambientes, primo fuscescentes: dein aterrimæ; in medio subcontiguæ, uniformes, sed e cellulis confertis leviter prominulis tuberculosa; in ambitu liberæ sunt fibrillæ innatæ divergentes l. si mavis perithecia seriata fibrillis juncta. Ceterum varia species. *A. S. p. 46.* tenerrima videtur varietas in *caulibus Solani; communiter in caulibus Umbelliferarum, vere.* (v. v.)

β. *atramentosa*, macularis, cellulis in medio confluentibus, in ambitu subradioso distinctis.

Maculæ regulares, subovatæ, determinatæ, subcrustaceæ, quare demum cum epidermide a caule decedunt. Cellulæ coherent, intus albido-farctæ.

In caulibus Angelicarum in Kamtschatka. Wormsk. (v. s.)

34. *D. reticulata*, epiphylla, atra, macula nulla, fibrillis liberis longitudinaliter serpentibus subramosis jungentibus cellulas subseriatis.

Sphæria. Dec. ! Fr. l. c. p. 138. Mem. Mus. 3. t. 4. f. 5.

Præcedenti valde affinis; etiam in caulibus descendit, tum crescit in series longiores; sed simplices strictas interruptas, tuberculis rarioribus. In foliis strias sistit ramosas, inæquales, flexuosas & passim anastomosantes. Tubercula prominent, primo convexa, dein depressa "formant discum regularem orbicularem album, margine annulari nigro". *Ad Convallariam Polygonatum subsiccum. (v. s.)*

35. *D. geographica*, epiphylla, atra, macula nulla, tuberculis orbiculatis planis, lineolis nigris flexuosis insidentibus. *Dec. l. c. p. 139.*

Lineolæ mappam geographicam referunt, circumscribunt plerumque plura individua. Tubercula perexigua, disciformia. *In foliis Ariæ. (v. s.)*

36. *D. stellaris*, amphigena, tenuissima, maculæformis, picea, fibrillis in ambitu radiata, cellulis minimis centralibus.

Xyloma stellare. Pers. ! Obs. 2. p. 100. Syn. p. 105. A. S. p. 64. Sphæria. Fries V. A. H. 1817. p. 248. Asteroma Phyteumæ. Dec. Mem. Mus. III. p. 336. t. 4. f. 1. (Schleich. Crypt. exs. n. 365.)

Fibrillis apice liberis pallidis dignoscenda. *In Phyteuma & Campanula. (v. v.)*

37. *D. Asteroma*, epiphylla, subrotunda, maculæformis nigra, fibrillis obsoletis, cellulis minimis confertis obtecta.

a. *Xyloma Convallariæ. Schleich. ! Asteroma Polygonati. Dec. ! Fr. 6. p. 163. Mem. Mus. l. c. t. 4. f. 5. a. (Moug. ! & Nestl. exs. n. 658.)*

b. Aster. Violæ. l. c. t. 4. f. 2.

c. A. Dentariæ. l. c. t. 4. f. 3.

Maculæ subrotundæ l. ovatæ, determinatæ, 2-4 lin. longæ, piceæ, in utraque folii pagina observantur, sed cellulæ subnitidæ in superiore tantum prominent. b. & c. non vidi, an diversæ? *Ad folia Convallariarum; b. in Viola biflora. c. in Dentaria pinnata (v. v. a.)*

38. *D. Fraxini*, hypophylla, maculæformis, fusca, subradiosa, cellulis minutissimis, confertis.

Asteroma. Dec.! l. c. f. 4. Sphæria Echinus. Biv. Bernh. Man. p. 14. t. 4. f. 1. adulta.

Maculæ variæ, confluentes, cellulis vix prominentibus, sero apice ruptis, ore circulari, pulpa in formam echini nigri semiexserta, thecis cylindricis rectis. Biv. l. c. *Ad folia subemortua Fraxini excelsioris, aut. (v. s. immatur.)*

39. *D. Diospyri*, epiphylla, tenuissima, opaca, atra, cellulis minutissimis in maculam substellatam confluentibus.

Xyloma. Schwein.! l. c. n. 272.

Maculæ 2-3 unc. latæ (in meo specimine multoties minores), in folio vivo planæ expansæ, in sicco impressæ, concavæ. Color quam maxime ater & opacus, pagina inferior fuscescit. *In foliis junioribus Diospyri virginianæ. (v. s.)*

40. *D. Xylostei*, hypophylla, tenuissima, opaca, atra, cellulis minutissimis in maculam angulato-diformem confluentibus.

Primo obtutu Ectostroma crederes, sed sub lente optima e cellulis minutis conflata apparet. Maculæ difformes, confluentes, 2-4 lin. latæ, venis folii circumscriptæ. *Ad folia Loniceræ Xylostei, autumnno. (v. v.)*

41. *D. Angelicæ*, hypophylla, macularis, fusco-nigra, fibroso-reticulata, cellulis prominulis distantibus nigris.

Simplex, sed plagas a folii nervis venisque nigricantibus determinatas occupat, immixtis fibrillis tenellis innatis, unde oriuntur maculæ irregulares, primo intuitu violaceofuscae. Tubercula valde prominent, convexa, albo-farcta, alia subevacuata conspeximus. *In foliis Angelicæ in Kamtschatka, Wormsk. (v. s.)*

42. *D. Ranunculi*, hypophylla, macula indeterminata uniformi nigra, tuberculis subgregariis depressis inæqualibus.

Macula effusa, varia, passim oblitterata, l. plures confluunt; pagina folii superior subbrunnea. Cellulæ albofarctæ. *Sphæria Ranunc.* Wallr. ! ined. *In Ranunculo repente, aut. (v. v.)*

43. *D. Xanthii*, hypophylla, pustulis minimis convexis fusco-nigris confertissimis in maculam orbicularem aggregatis. *Dec. Mem. l. c. p. 323.*

A sequentibus maxime affinibus (Sclerotioideis!) differt pustulis adeo confertis, ut in centro vix distinguantur. *In foliis Xanthii canadensis.*

44. *D. Campanulæ*, hypophylla, pustulis minimis aggregatis convexulis fusco-nigris, demum punctulatis.

Dec. Mem. l. c. p. 325. t. 3. f. 10.

Pustulæ distinctæ, demum quasi a pluribus conflatae; folium circa maculas primum subrufescens, demum pallescens. *In Campanulis. (v. ic.)*

45. *D. Solidaginis*, hypophylla, pustulis minimis distinctis nigris, intus fuscis, in maculam subrotundam stipatis.

Xyloma. *Fries Obs. i. p. 199.*

β. *Virgaureæ*, pustulis fusco-nigris umbilicatis, maculæ insidentibus. Xyloma. *Dec. Mem. l. c. p. 323. t. III. f. 12. Poiret Dict. 3. p. 810.*

Var. α . l. c. descripsi. β Erysiphe non absimilis, maculis insidet irregularibus, tenuissimis, aliquot lineas latis, primo subviolaceis, in ambitu pallescentibus, dein nigricantibus, ambitu passim fibrilloso-adpresso. Perithecia conferta sparsave, rugosa; adulta atra, opaca, apice late umbilicata, læviora. In foliis *Solidaginis virgaureæ*, aut. (v. v.)

**** Uniformes, simplices l. passim seriatæ absque fibrillis. Macula exarida, ut in *Depazeis*, nulla.

46. *D. Anemones*, aggregata, subconfluens, difformis, rugosa, purpurascente-fusca, dein nigricans.

Dec. Fr. 6. p. 143. (Moug. & Nestl.! n. 487.)

Macula nulla, sed passim confluens, ambiens, superficie corrugata nitida, medio depressa, intus alba. In petiolis, foliis, pedunculis & petalis *Anemones silvestris* & *nemorosæ vivarum*, vere. (v. s.)

47. *D. nervisequia*, hypophylla, seriato-reticulata, nervisequia, globulosa, prominens, lævis, nigra.

Sphær. Dec. Fr. 6. p. 140.

Tubercula perexigua, astoma, secundum nervos secundarios confluunt in strias nigras, reticulatas. In foliis vivis *Melampyri* tempore maturitatis *seminum*. (v. s.)

48. *D. Potentillæ*, epiphylla, seriato-confluens, nervisequia, hirtula, opaca, nigra.

Nunc sparsa, sæpius secundum nervos foliorum laterales in lineas parallelas confluens. Ad folia viva *Potentillæ anserinæ*. Wallroth. (sub Sphæria!) (v. s.)

49. *D. Chætomium*, epiphylla, sparsa, inæqualis, pilosa, nigra, intus fuscescens. — Kunz.!

Simillima *Exosporio Rubi*, sed adsunt asci sporidiis duplici serie repleti. Passim observatur ostiolum papillæforme. In foliis vivis *Ruborum*. (v. v.)

50. *D. Hederae* Moug.! epiphylla, sparsa, subrotunda, inæqualis, glabra, opaca, nigra, intus cinerascens.

Inquirendum an tuberculum demum poro pertusum l. totum secedit, ut *Leptostroma*. *In foliis vivis Hederae* Mougeot. (v. s.)

51. *D. alnea*, amphigena, sparsa, subrotunda, nigra, nitida, collapsa rugoso-plicata.

Xyloma alneum. *Pers.*! *syn.* p. 108. *Wahl. Lapp.* p. 524. (*Scl. Suec.* exs. n. 283. Moug.! & Nestl. n. 78.)

Multa cum *Sph. Artocreate* quod formam communia. *Ad folia viva Alni glutinosæ & incanæ æst.* (v. v.)

52. *D. impressa*, epiphylla, sparsa, umbilicata, nigra, nitida, collabescendo concava lævis.

(*Scl. Suec.* exs. n. 152.)

Subrotunda, regularis, primo convexula. *Ad folia viva Rubi Chamæmori, æst. aut.* (v. v.)

53. *D. Robertiani*, epiphylla, subsparsa, hemisphærica, lævis, nitida, nigra, intus alba.

Gregatim sparsa, sed numquam confluens, Sphæriam referens, sed tuberculum immediate (absque perithecio) cum folii parenchymate confluit; hinc major affinitas cum *Sclerotiis* v. c. *Scl. Caladi, spei-reo*. *Ad folia Geranii Robertiani* (v. v., etiam Kunz. Moug. Nees, Schubert &c. mis.)

54. *D. Polygoni*, amphigena, subgregaria, minima, atra, subnitida, collabescens, intus concolor.

Maculæ subexpallenti, non exaridæ, insidet, ad foliorum nervos in crustam passim confluens. *Ad folia Polygonorum.* (v. s.)

Dothideæ epiphyllæ pæne innumeræ & si *Xylomat*is nomen servandum huic generi imponendum. Quoad ideam bene differunt & a *Sphæriis* & *Sclerotiis*; ab his

nucleo fructificante, ab illis perithecio nullo distincto, quare epidermidi innatæ & tuberculum cum matrice continuum, ut in Xylomatibus sequentium generum, nec inferne linea nigra (perithecio) determinantur. Sed in specierum dispositione plura oriuntur difficultates, præcipue a diversa ætate, in qua observantur. Cave, ne huc referas varias Sphærias in plantis vivis, perithecio proprio instructas,

IX. RHYTISMA. Fries.

V. A. H. l. c. p. 104, Scler. Suec. Dec. VII. Myc. Hest. 2. p. 6e. (Placuntium. Ehrenb. Fung. Cham. n. 32. ad trib. tertiam.)

CHAR. Perithecium simplex, subdimidiatum, primo clausum, de in rimas flexuosas l. transversales frustulatim rumpens, a nucleo discretum. Nucleus compositus submultilocularis, perithecio rupto sistit hymenium placentæforme, carnosum, subpersistens. Asci erecti, fixi, subclavati, sporidiis uniserialibus referti, immixtis paraphysibus. *Sessilia, subinnata, atra.*

HIST. Species hujus generis, omnes epiphytæ & subdifformes, diu inter Sphærias & Xylomata confusa latuere. Cum Phacidiis jungere (Obs. Myc. 1. p. 168) primo nobis in animo fuit; dein, momente quoque Cel. Schmidt, 1817 genere distinximus. Cui nescius, novo sub nomine descripsit acutiss. *Ehrenberg* hoc & varia nostra genera, quæ tamen, tempore quoque priora, servavimus ubi aptiora (*Schizophyllum, Leptostroma* &c.) visa sunt; alias illius recepi, v. c. *Cytisporam*, quamvis recentiora, ne propriis nimis indulgere videar. Ceterum hujus species quoque descripsimus & genus latiore sensu sumimus. Divisio eadem ac inter *Dothideas, Phacidia, Hysteria* &c.

Trib. I. DENUDATA.

1. *R. corrugatum*, minutum, innato-superficiale, rugoso-plicatum, rimis pluribus flexuosis dehiscens.⁶

Lichen graniformis. *Hag. Hist. Lich. p. 18. Engl. Bot. t. 464.* (excl. indiv. stipitatis). — *Ach.!* *Lich. Prodr. t. 2. f. 1.* inter *Lich. Ehrhart.* (delectanda observat. in *Lich. univ. p. 192.* ex *Schrad. Journ. 1801. p. 70.*) *Peziza Hysterium. A. S. p. 344. Flörke! Deutsch. Lich. n. 24. in Obs. Lecidea corrugata. Ach. syn. p. 18. Limboria corrugata. Ach. in V. A. H. 1815. t. 6. f. 5.* (perfectissima), (*Scl. Suec. exs. n. 135.*)

Gregarium, subcorneum, nitidulum, planiusculum, sed occurrit etiam subglobosum (var. *alnea* Ach.) & depresso-concavum (var. *dryina* Ach.) Irregulariter dehiscit quare potissimum hujus generis. *Crustis Lichenum & lignis exsiccatis frequentissime innascitur, perennis.* (v. v.)

Trib. II. ERUMPENTIA.

2. *R. laciniatum*, erumpens, confluens, fuligineo-atrum, linea longitudinali flexuosa transversim laciniata dehiscens.

Longitudinaliter erumpens, prominens, elongatum l. angulatum, opacum, subconfluens, 1 lin. longum, primo clausum, intus superne mollius albidum, basin versus fuligineo-nigricans, ex habitu *Dothidea* sed rumpens ut *Rhytisma*. *Ad ramos arborum.* (v. s.)

3. *R. maximum*, subinnatum, latissimum, laeve, in ambitu lobatum, frustulato-dehiscens, strato sub disco candido.

(*Scler. Suec. exs. n. 250.*)

Epidermis ut in precedente non secedit; sed cum perithecio connata. Plagas sistit bullatas, planas, 3 unc. usque longas, $\frac{1}{2}$ lin. crassas, inaequales, sed ambitu determinato, lobato. Discus laevis, livido-pallidus, strato crasso candido incumbens. *In ramis salicinis vivis, vere.* (v. v.)

Trib. III. XYLOMA.

4. *R. giganteum*, "planum, orbiculare, magnum, fuscescens, labiato-reticulatim dehiscens".

Xyloma. *Res. Neom. p. 342. t. II. f. 8.*

Ultra unciam latum, lin. $\frac{1}{2}$ crassum, subrugosum, fuscescens. Fissurarum labia albida. Facile a foliis exsiccatis removetur & tum quasi breviter stipitatum (?) apparet. *In foliis Brassicæ. (v. ic.)*

5. *R. Andromedæ*, innatum, oblongum, costato-rugosum, nitidum, disco cinereo-fuligineo.

Xyloma. *Pers. ! syn. p. 104. A. S. p. 62. Wahl. Lapp. p. 524. Dec. Mem. Mus. III. p. 520. t. 3. f. 13. Rhyt. Fries V. A. H. l. c. (Scler. Suec. exs. n. 135. Moug. ! & Nestl. ! n. 176.)*

Primo admodum tenue, læviusculum, intus concolor; dein crassiusculum, strato sub disco albo. *Ubique in foliis vivis Andromedæ polysoliæ, junius vere, adultum aut. (v. v.)*

6. *R. decolorans*, innatum, subrotundum, rugosum, in ambitu effiguratum, macula decolorata cinctum.

Xyl. *Andromedæ ligustrinæ. α. ! Schwein. ! l. c. n. 265.*

A præcedente differt tuberculis tenuioribus ambitu subpolyedro macula decolorata lutescente (brunnea) subrotunda cincto. In pagina inferiori haud prominet. *In foliis viridibus Andromedæ ligustrinæ Sz. (var. proliferæ?) Carolinæ. (v. s.)*

7. *R. Vaccinii*, innatum, hypophyllum, subrotundum, bullatum, læviusculum, intus album.

Xyl. *Androm. ligustr. β. Vaccin. Schwein. ! l. c.*

Hypophyllum, sed superne adest macula picea; a priori quoque differt macula decolorata ciagente nulla, ambitu æquali, tuberculis minoribus, crassioribus, haud costatis, sed punctulatis. *In foliis Vaccinii frondosi, Carolinæ. (v. s.)*

8. *R. Rhododendri*, innatum, oblongum, subrugosum, nitidum, intus nigrum.

Maculæ piceæ, oblongæ. 2 - 3 lin. longæ, $1\frac{1}{2}$ - 2 lin. latæ, crassiusculæ. *In pagina superiore folio-*

rum emortuorum Rhododendri Kamitschaticæ. Wormskjold. (v. s.)

9. *R. Prini*, innatum, orbiculatum, utrinque prominulum, corrugatum, infra albo-cinctum, intus album. — *Schwein.!* l. c. n. 268.

Dignoscitur tumoribus utrinque prominulis; ceterum $\frac{1}{2}$ unc. fere latis, 3 lin. crassis, subtus in ambitu linea angusta alba sericea cinctis. *Frequens in foliis Prini verticillati, aut.* (v. s.)

10. *R. Ilicincola*, innatum, effiguratum, crassum, atro-nitens, supra corrugatum, infra læve albo-cinctum.

Schwein. l. c. n. 269.

Irregulare, semunciam latum & longum, peritheciis minime separatis. *Frequens in foliis vigentibus Ilicis prinoidis, aut.*

11. *R. velatum*, innatum, orbiculatum, folium in ambitu decolorans, fusco-nigrum, in frustulis stellatis rumpens, disco ochraceo.

Xyloma velatum. Schwein.! l. c. n. 270.

Maculæ in superiore pagina nudæ, subtus disco prominenti velo cinereo tectæ, quo deciduo dirumpitur in frustula stellata & deoperitur nucleus ochraceus, cereus, subfuscus. *In foliis vigentibus Ilicis prinoidis.* (v. s.)

12. *R. salicinum*, innatum, crassum, tuberculosum, subnitens, squamoso-rumpens, disco lutescentestramineo, intus album.

Xyl. salic. Pers.! disp. p. 5. t. 2. f. 4. *Syn. p.* 103. *Schum.!* *Sæll.* 2. p. 178. *A. S. p.* 62. *Nees syst. f.* 20. *Xyl. leucocreas. Dec. Mem. l. c. p.* 319. t. 3. f. 5. *Fl. Fr. 2. p.* 303. *Rhytisma Fr. l. c.* (Scl. Suec. exs. n. 154, 208. *Scheich.!* exs. 86. *Holl. & Schmidt!* n. 37. *Moug. & Nestl.!* n. 175.)

b. minus, subrotundum, umbonatum. *Xyl. umbonatum. Hoppe. — Wahl.!* *Lapp. p.* 324.

In utraque folii pagina observatur, subtus vero tantum ut macula plana. Magnitudine & forma maxime varium, sed superficie haud rugosa & carne crassa alba facile dignoscitur. *Ad folia salicina* v. s. *S. capreae, cinerea, aurita, fusca* (b. tantum), *vitellinae, lanatae, reticulatae* &c. *per Europam & Siberiam.* (v. v.)

14. *R. acerinum, innatum, macula difformi confluentis, rugosum, in labia flexuosa dehiscens, disco-pallescente.*

Mucor granulosus. Bull. Ch. p. 109. t. 504. f. 13. Sphær. maculæf. Ehrh. Cr. exs. n. 219. *Xyl. acerinum.* Pers.! syn. p. 104. Schum.! Scell. 2. p. 179. Nees l. c. f. 21. Dec. Mem. Mus. III. p. 318. t. 3. f. 9. Rhytisma. Fr. l. c. (Scl. Suec. exs. n. 207.)

- b. *Xyl. Pseudoplatani, tenuius, in ambitu macula lutescente.* Dec. Mem. l. c. n. 2. (Schmidt & Kunz.! exs. n. 105. Moug.! & Nestl. n. 77.)

c. *Aceris rubri, macula rubra cinctum.*

d. *Ac. negundinis, macula pallida cinctum.*

Epiphyllum, maculæforme, in ætate juvenili subcontiguum, sed in foliis exsiccatis tubercula prominent in plagas interruptas, rima longitudinali, ut *Hysteria*, sed valde irregulari & ramosa rupta; intus albida. *Ad folia acerina, frequens.* (v. v.)

15. *R. punctatum, innatum, confertum, angulato-subrotundum, rugosum, atronitens, frustulatum rumpens, intus fusco-atrum.*

Xyloma. Pers.! Obs. 2. p. 101. Syn. p. 104. A. S. p. 63. Dec. Mem. l. c. t. 3. f. 6. b. Rhytisma. Fr. l. c. (Schleich. exs. n. 364. Moug.! & Nestl. n. 477.)

Perithecia minora, viginti circiter in maculam subrotundam disposita, tamen inter se libera nec nisi rarius confluentia, subumbonata, epiphylla. *Ad folia Aceris Pseudoplatani.* (v. v.)

16. *R. Onobrychis, innatum, hypophyllum, confluentis, oblongum, rugoso-sulcatum, opacum, intus albidum.*

Dec. Mem. l. c. p. 324. t. 3. f. 3. Fl. Tr. 6. p. 159.

In utraque folii pagina sistit maculas aterrimas rotundatas irregulares, confluentes, totum discum fere occupantes sed subtus rumpens "subnitidum". *Ad folia Onobrychis sativæ.* (v. s. a Cel. Mougeot comm.)

Antecedentes species per totam æstatem in foliis vivis vegetant, sed hieme & vere in exsiccatis primum fructificant.

17. *R. Urticæ*, innatum, crusta elongata ambiente cohærens, tuberculis prominulis lævibus flexuoso-dehiscentibus.

(Scl. Suec. exs. n. 209.)

Maculas sistit aterrimas, confluentes, caulem ambientes, 1—2 unc. longas, tuberculosas, epidermide caulis innata tectas. Tubercula fere Rhytismatis acerini, sed subrotunda læviora, intus cinerascencia. *Ad caules Urticæ dioicæ, hieme, vere.* (v. v.)

18. *R. Smilacis*, innatum, effusum, confluens, peritheciis minutis numerosis orbiculatis, medio quasi tuberculatis. — Xyl. *Schwein.!* l. c.

Ad longitudinem ulnarem stipites emortuos ambit, maculis rugosis, inæqualibus, atris; hinc inde cinerascit & occurrit etiam peritheciis sparsis, demum, sed rarius, apertis. *Ad Smilacem laurifoliam & rotundifoliam.* (v. s.)

19. *R. confluens*, innatum, minutum, confluens, truncato-applanatum, atrenitens, in ambitu fibrillis immersis radians.

Xyloma. *Schwein.!* l. c. n. 260.

Præcedentibus affine, sed filamentis tenuissimis sub epidermide repentibus diversum. Ad insignem longitudinem & latitudinem infestat caules *Eupatoriorum adhuc semivivorum.* (v. s.)

20. *R. Hysterioides*, gregarium, elongatum, costa longitudinali demum rimose dehiscente insignitum, demum secedens.

Gregarium, parallelum, magnitudine & forma varium in eodem caule, ellipticum, oblongum, lineare, passim longitudinaliter confluent, rima flexuosa irregulari dehiscens, labiis demum diffractosecedentibus, disco fuligineo-nigro. *In caulibus exaridis Cacaliæ hastatæ in Kamtschatka vere*, Wormsk. (v. s.)

Ultimæ species ad *Leptostroma* prope accedunt. *R. Hysterioides* historia ceterum omnino *Hysterii scirpini*. Plures sane apud auctores occurrunt species, sed in statu imperfecto tantum observatæ. Cf. *Ectostroma* & *sqq.*

1. *X. Asteris* (Schwein.! l. c. n. 271.) innatum, oblongum, tenue, subeffiguratum, rugosum, opacum in ambitu decolorans. *In foliis Asteris.* (v. s.)
2. *Xyloma Montiniæ*. *Fries Obs. I. p. 197.* Habitus *Rhytismatis salicini* b., sed intus fuscescens; rumptum non visum.

Xyl. Empetri — vide *Sphærias*. — *Sphæria* Hall. *Helv. n. 2188. c. ic. R. salicino simile*; sed *in foliis Fagi*.

X. PHACIDIUM. Fries.

Pezizæ & Xylomatis spec. Auct. Hysterii sp. Nees syst. p. 280. Phacidium. Fries Obs. I. p. 167. V. A. H. 1819. p. 105. Dittm. apud Sturm. Deutsch. Fl. III. Abth. p. 63. Schmidt Myc. Hest. I. p. 24. Nees syn. gen. p. 107. Ehrenb. Fung. Cham. p. 25.

CHAR. Perithecium sessile, subrotundum, simplex (l. e. simplici substantia formatum), primo clausum, dein dehiscens a centro versus ambitum in lacinias plures, discretas a nucleo disciformi, subpersistente. Asci erecti, fixi, sporidiis uniserialibus referti, immixtis paraphysibus. *Hyemenium nuclei secedens. Sporidia subovalia.*

HIST. Nomen a *Φακίς* & *ειδος*, pustulæ forma, sumtum. Genus inter *Rhytisma* & *Hysteri-*

um medium, uterinum (illud hymeninum), dehiscendi modo ab utroque diversum; difficiliter distinguitur *Triblidium* (quod in *Scl. Suec. Dec. VIII* subjungendum judicavi, sed suadentibus Cll. *Ehrenbergio* & *Schmidtio* adhuc seposui) receptaculo substipitato, duplici substantia formato, intus plerumque hymenio vestito; sed *Ph. pinastri* *Scl. Suec. n. 55.* (vide supra p. 184) has differentias vilipendit. Genus Lichenum LIMBORIA Ach. in *V. A. H. 1815. p. 252.* (ad quod etiam pertinent *Sphaeria crispa* Ach. & *Schizoxylon sapincola* Pers.) maxime analogum, & ut Graphis ab Hysterio differre videtur. Species Phacidii subinnatæ, epiphytæ, sat persistentes, nigricantes, nucleo demum molliori; plures nondum determinatæ procul dubio restant; optime illustratæ a *Schmidt l. c.* — Divisiones solitæ.

Trib. I. DENUDATA.

1. *P. hemisphaericum*, superficiale, hemisphaericum, atrum, in lacinias 4 obtusas dehiscens, disco albido subnigricante.

Affinitas adest cum *Hyst. pulicari*, quo majus, orbiculare, passim confluens. — Gregarium, basi applanata sessile, nudum, atrum, convexum, demum ruptum, inæquabile. Laciniæ plerumque quatuor, obtusæ, inæquales, duæ oppositæ nempe majores, subclausæ, demum vero lacerato-diffractæ. Discus firmus, albidopallens, raro rufescens, ætate vero nigricans, ascis cylindricis, strato albo adfixis. *In cortice betuligno, Hyst. pulicaris comes, in Kamtschatka, perennis.* Wormsk. (v. s.)

2. *P. Phœnicis*, Moug.!, innato-superficiale, subrotundum, nudum, nigrum, nitidum, margine repando-crenato, disco lutescente.

Sparsum, $\frac{1}{2}$ lin. & ultra latum, Pezizæforme, fere superficiale, basi innata. Discus apertus, subdepressus, firmus, laciniis ut in *Phac. repando* mi-

nus distinctis, an deciduis. *In Italia ad utramque paginam foliorum Phœnicis dactyliferæ.* (v. s.)

3. *P. pulverulentum*, inmersum, minutum, orbiculare, pulverulentum, fuliginosum, in lacinias acutas dehiscens, disco cæsió.

Schmidt in Myc. Hest. 1. p. 33.

Sparsum, subhemisphæricum, nudo oculo punctiforme, vix $\frac{1}{2}$ lin. latum; laciniis quattuor aequalibus, dein magis divisis liberis. Asci in basi perithecii fixi. *In ligno decorticato Pini silvestris, semel Lipsiæ, vere.*

Trib. II. ERUMPENTIA.

4. *P. alneum*, erumpens, angulato-rotundatum, plano-depressum, marginatum, nudum, laciniato-dehiscens, strato sub disco albo.

X. rhombeum. A. S. l. c. X. alneum. Wormsk.!

Epidermide lacerata cinctum, magnitudine varium, 1 lin. circiter latum, læve, nigrum, opacum; disco plano-depresso, margine prominulo cincto; ceterum forma subrotunda, sed varie angulata, sæpe triangularis, rhombea e. s. p., specimina minima Hysteriformia. Laciniæ tot, quot perithecii anguli, subadpressæ. Discus nigrescens?, sed stratum sub disco album ut in sequente. Interdum plura specimina confluunt. *Ad ramos siccos Alni glutinosæ. A. S., cordatæ Wormsk. in Kamtschatka.* (v. s.)

5. *P. Pini*, erumpens, subrotundum, truncato-disciforme, atrum, perithecii laciniis obtusis, disco fuligineo.

Xyl. Pini. A. S. p. 60. t. 5. f. 8. Dec. l. c. p. 326.

Hyster. valvatum. Nees! Syst. f. 399. Phac.

Schmidt l. c. p. 30. t. 2. f. 11. (asci). Fries V. A.

H. 1819. p. 108. (Sci. Suec. exs. n. 62.)

Sparsum, subinnatum, 1 — 2 lin. latum, subinde difforme, depressum, glabrum, primo nitens,

dein opacum, demum diffractum. Stratum sub disco molliori carnosum album. *Ad cortices Pini silvestris & Juniperi communis! perennis.* (v. v.)

6. *P. carbonaceum*, erumpens, subrotundum, inæquale, nigrum, in lacinias obtusas dehiscens, disco siccio nigrescente.

Xyloma. *Fries Obs.* 2. p. 106. *Phacid. V. A. H. l. c.* p. 106. (Scl. Suec. exs. n. 210.)

Gregarium, primo epidermide in ambitu lutescente tectum cinerascens, subinnatum, convexum, nigrum, nitidulum, dein depressum, opacum, laciniis pluribus inæqualibus; disco tandem secedente, tum intus pulverulentum, ut *H. Rubi*. Cum *Melanconio* subsimili non commutandum. *Ad ramos salicinos, vere.* (v. v.)

7. *P. Ledi*, erumpens, pusillum, subhemisphæricum, fusco-nigricans, perithecii laciniis 6—9 obtusis, disco violaceo.

Xyloma *Ledi. A. S. p. 60. t. 9. f. 1. Dec. l. c.* *Phacid. Schmidt l. c. p. 31. Fries V. A. H. 1819. p. 106.* (Scl. Suec. exs. n. 327.)

Sparsum, vix lineam latum, orbiculatum l. ellipticum, rugulosum, opacum, laciniis pluribus subtriangularibus. Discus mollissimus, siccus contrahitur nigricans. *Ad ramos siccos Ledi, vere.* (v. v.)

8. *P. Andromedæ*, erumpens, pusillum, subsphæricum, atrum, perithecii laciniis 3—4 obtusis, disco fusco-pallido.

b. epiphyllum. (Scler. Suec. exs. n. 132.)

Perithecia minuta, punctiformia, sphærica, dein depressa, submarginata, demum rupta disco aperto, in vegetis pallescente, immo substramineo, sed in siccis nigricat. a.) in series elongatas ad caules erumpit. b.) maculæ exaridæ, albicanti, determinatæ, sed non circumscriptæ innascitur. *In Andromeda polyfolia, vere.* (v. v.)

9. *P. Vaccinii*, erumpens, minutum, convexum, nitidum, in laciniis 4 dehiscens rugosum, disco fuligineo-nigro.

X. erumpens. *Obs.* 1. p. 202. (*Scl. Suec. exs. n.* 289.)

Præcedentibus nimis affine; sed difficiliter a *Sph. leptidea* dignoscitur; illa vero innata, conferta, hypophylla, lævis, intus alba, ostiolo regulari instructa; hoc autem epiphyllum, sparsum, primo innatum, læve, convexum, nitidum, astomum; dein erumpens, epidermide lacerata, rimose dehiscens e. s. p.; etiam maculæ albicanti indeterminatæ innascitur. *In foliis Vaccinii vitis idææ.* (v. v.)

10. *P. Oxycoccus*, suberumpens, orbiculatum, applanatum, læve, in laciniis subtres dehiscens, disco nigricante.

Cum præcedentibus vix comparandum, certe distinctissima species, *Sph. punctiformi* triplo majus, nitidum. Laciniæ plerumque tres, cum epidermide subconnatæ. Stratum sub disco late aperto Pezizoideo vix ullum. *In foliis exsiccatis Vaccinii Oxycoccus, vere.* (v. v.)

Obs. Phacid. Aquifolii Schmidt l. c. p. 34. hic inserendum, si distinctum a *Sphær. Ilicis*. Cf. p. 501.

11. *P. Taxi*, erumpens, minutum, applanatum, cinereo-nigrum, peritheci laciniis acutis, disco nigro.

Xyloma. *Obs.* 1. p. 201. *Phacid. V. A. H.*

Sph. Taxi majus, magis applanatum, in laciniis distinctas, cum epidermide junctas; unde color cinerascens, rumpens. *Ad folia Taxi dejecta, vere semel.* (v. v.)

12. *P. lacerum*, erumpens, subrotundum, nigrum, in laciniis subsenas obtusas inæquales rumpens, disco atrofusco,

Fr. Obs. 2. p. 313. *V. A. H. l. c. p.* 103. (*Exs. ined.*)

Est cum *Phacid. coronato* optima generis species. Junius sistit maculas minutas orbiculares; de-

mum erumpens, lineam latum, disco dilatato, laciniis epidermide folii tectis, ad basin fere divis, fragilibus. Stratum sub disco intense fusco vix ullum, ascis tenuibus. *In foliis Pini, vere.* (v. v.)

13. *P. abietinum*, erumpens, subrotundum, convexo-depressum, nigrum, in lacinias 3—4 obtusas dehiscens, disco cinereo.

Schmidt l. c.

Orbiculare l. subovatum, $\frac{1}{2}$ —1 lin. latum, opacum, præcedenti affine. *Ad folia pinea, dejecta, vere.* (v. v.)

14. *P. multivalve*, subinnatum, convexum, nigrum, in lacinias 5 dehiscens, disco albicante.

Xyloma. Dec. Fr. 2, p. 303. Mem. Mus. III, p. 324. t. 3, f. 7. Phacid, Schmidt l. c. p. 42.

Nulli acuti limites inter species erumpentes & innatas; inter illas locavimus ob matricem perennantem. *In pagina superiore foliorum Ilicis Aquifolii.* (v. s. immat.)

15. *P. leptideum*, subinnatum, depress-planum, nigrum, in lacinias plures acutas dehiscens, disco stramineo.

a. rotundatum, demum 3—5-gonum. *Xyloma leptost. Fries Obs. 1, p. 197. Ph. lept. Obs. [2. V. A. H. 1819, p. 107. Ph. quadratum, Schmidt l. c. p. 32. (Scl. Suec. exs. n. 98.)*

b. semper orbiculatum!

Maculæ lutescenti expallidæ, passim lineola vaga nigra circumscriptæ, innascitur, lineam latum, tenue, subnitens, punctulatum, *Phacid. dentato* affine præcipue a, quod sæpius quidem orbiculare, passim tamen quadratum reperitur. Ascî majusculi, subclavati, sporidis 2-annulatis. *In caulibus exsiccatis a. Vaccin. Myrtilli. b. vitis ideæ, passim. Perenne.* (v. v.)

Trib. III. XYLOMA.

In partibus stirpium annuis, perithecio cum epidermide concreto (14—15.) Ph. libera. Schmidt l. c. p. 27.

16. *P. coronatum*, innatum, orbiculare, hemisphaerico-depressum, nigricans, in lacinias plures acutas dehiscens, disco flavescente.

Peziza comitalis. Batsch. Cont. 1. p. 217. f. 152. Sowerb. t. 118. *P. Artocreas*. Reb. Ind. p. 45. *Sclerot. quercinum*. Fl. Dan. t. 1380. *Xyloma Pezizoid*. Pers.! syn. p. 105. Ic. pict. t. 10. f. 1. A. S. p. 66. *Ascobolus coronatus*. Schum.! Sæll. 2. p. 437. Phacid. coron. Fries Obs. 1. p. 167. V. A. H. 1819. p. 108. Dittm. l. c. t. 63. Schmidt l. c. p. 36. (Scler. Suec. exs. n. 165. Schmidt! & Kuns. exs. n. 82. Moug.! & Nestl. n. 559.)

Gregarium, binde 2—3 individua confluent, lineam & ultra latum; clausum humidum tumidum convexum læve nitidum nigrum, siccum collapsum rugosum subinde umbonatum; dein apertum, ad basin fere divisum in lacinias 5—10, subæquales, fragiles, in statu vegeto erecto-patentes; in sicco collapsæ. Discus planus, marginem æquans, pallidus, citrinus, lividus (P. viridis Bolt. t. 119. f. 1. etiam h. l.). Passim lineolis nigris circumscribitur. In *Betula glandulæ foliorum albæ* in perithecio persistunt, ut innatum esse nullus dubitet. Asci subclavati. In foliis dejectis *Quercus, Fagi, Betulæ, Alni, Populi, Carpini, Castaneæ &c.*; etiam *Americæ*; præcipue aut. (v. v.)

17. *P. dentatum*, quadratum, maculæ pallidæ insidens, atrum, in lacinias 4—5 acutas dehiscens, disco sordide luteo.

S. punctif. γ. Pers. syn. p. 91. *Xyloma Lichen*. Dec. Fr. 2. p. 304. *Sphæria*. l. c. p. 147. var. a. *Pez. infula*. Reb. Ind. p. 45. *Ph. dentatum*. Schmidt! l. c. p. 41. (Ejusd. & Kunz. exs. n. 206. Funk. Gr. n. 461.)

Junius punctiforme, dein dilatatum planum subquadratum, medio depressum, nitens, ruptum laci-

niis 4 æqualibus l. 5 inæqualibus, disco nigrescente-luteo, sublivido. Varietas videtur *Depazea Castanæcola*. In foliis dejectis quercinis per annum. (v. v.)

18. *P. fimbriatum*, innatum, orbiculare, hemisphærico-applanatum, radiatim striatum, atrum, in lacinias plures teneras rumpens, disco albo. — *Schmidt l. c. p. 39.*

Præcedente minus, vix lin. latum, opacum, striis radiatum, secundum quas fimbriato-dehiscens. In foliis *Populi*.

19. *P. Rubi*, (umbonatum), innatum, rotundatum, hemisphærico-applanatum, rugulosum, atrum, in lacinias inæquales obtusas rumpens, disco albido. (Scl. Suec. n. 56.)

Gregarium, passim confluens, forma & magnitudine varium, 1—2 lin. latum, vivum nitidum, siccum opacum, primo papilla obtusa centrali umbonatum, sero & rarius rumpens. Sequenti affine, junius virens visum. *Epiphyllum in Rubo idæo, vere.* (v. v.)

20. *P. repandum*, innatum, subrotundum, viridipallens, demum nigrum, in lacinias obtusas inæquales rumpens, disco fuligineo.

Xyl. herbarum. *A. S. p. 65. t. 14. f. 6. Dec. l. c. p. 325.* Phacid. repandum, *Fries V. A. H. 1819. p. 108.*

Primo minutum, punctiforme, molle, tremellosum, dein in staturam Ph. coronati adolescens consolidatur, colore etiam pallido, cum herbæ virore mixto, fuligine quasi afflato ac ita sensim nigrescente &c. Cf. *l. c. Ad caules, petiolos, rarius folia viva variarum herbarum v. c. Potentillarum! Cerastii, Galii &c.; etiam Americæ.* (v. s.)

Phacid. integerrimum, *Fr. II, cc. affinis Excipulæ species.*

Obs. Varia *Hysteria luxuriantia* l. e duobus confluentibus subinde trifariam dehiscunt; hæc vero forma lanceolata l. elliptica radiato-trigona facile dignoscuntur. Cf. *H. tumidum*. (Ph. trigonum Sch.) *Oxycoccus* &c. Restant variæ species inquirendæ v. c. *X. cinereum* *A. S.* p. 61. (ante n. 4 locandum) & cum *Doth. Sphæroide!* comparandum. — *Sphæria ocellata* *Fries Obs.* 1. — *Depazea Aesculicola* (*supra* p. 530.) & *Xylomata* quæd. *Auct.*; sed quamdiu aperta non visa omittenda.

XI. HYSTERIUM Tode.

Tod. Meckl. 2. p. 4. *Pers. syn.* p. 97. *Nees syst.* p. 280. *Id. & Hypoderma, Dec. Fr.* 2. p. 304, 306.

CHAR. Perithecium sessile, ovale l. elongatum, simplex, dehiscens rima longitudinali, primo clausa demum subaperta, nucleo discifero lineari subpersistente. Asci erecti, fixi, sporidiis uniseriabilibus referti, paraphysibus plerumque immixtis. — *Labia perithecii a nucleo vix recedunt. Sporidia subglobosa.*

HIST. E forma peculiari, *Opegraphas* in memoriam revocante, nomen sumpsit b. m. Tode. Species vero huc ab illo & *Persoonio* relatæ partim removendæ, partim dubiis gravibus premuntur. Fungi minuti, subgregarii, subinnati, epiphyti, persistentes, nigricantes, forma in omni ætate facile dignoscendi; subinde plures confluent, unde ramoso-radiati. Occurrunt alia individua trifariam dehiscentiæ, forma trigona a *Phacidii* diversa. Peculiare omnino, quod in plurimis stirpibus occurrunt analogæ & *Hysterii* & *Phacidii* species, quæ certe inter se non confluent. (*CENANG. Clithris!*)

Trib. I. DENUDATA. (*Hyster. Decand.*)

1. *H. pulicare*, superficiale, ellipticum oblongumve, longitudinaliter striatum, atrum, labiis obtusis, disco lineari.

Lichen. n. 7. Mich. gen. p. 102. t. 54. f. 2. Lich. scriptus b. Lightf. Scot. 2. p. 801. L. alneus.

Ach.! Prodr. p. 20. Hyst. pulicare. Pers. syn. p. 98. A. S. p. 55. Dec. Fr. 2. p. 307. Wahl. ! Lapp. p. 523. Nees Syst. f. 302. p. 283. Fries V. A. H. 1819. p. 95. (Scl. Suec. exs. n. 91. Schleich. exs. n. 362. Moug. ! & Nestl. exs. n. 266.)

b. *H. pedicellatum*. Schum. ! Sæll. 2. p. 153.

Sparsum l. gregarium, rigidum, vere perenne, nitidum, $\frac{1}{4}$ — 1 lin. longum, forma varium, crustis Lichenosis sæpe innatum, unde pro Opegrapha facile sumendum. Discus ater, vix dilatatus. Ex obs. Cel. Wormskjoldii omnium fungorum frigoris maxime patiens, utpote latus Betularum ventibus & pruinis maxime infestum, ubi ne Lichen adsit, incrustans Kamtschatkæ. Ad cortices & ligna, Quercus, Alni, Betulæ &c. copiose. (v. v.)

β. *H. angustatum*, elongatum, lineare, subparallelum, læviusculum.

A. S. p. 55. Fr. l. c. p. 94. H. pulicare. b. Kunz. ! (Scl. Suec. exs. n. 61. Schmidt & Kunz, exs. n. 158.)

Gregarium, subconfertum, 1 — 2 lin. longum, præcedente angustius, sed immixta individua intermedia. Ad cortices. (v. v.)

Obs. Videtur hoc potius quam *H. lineare*, situ immerso diversum, *H. angustatum* Pers. syn. p. 99., cum immersum non dicatur & signo interrogationis ad idem relatum in Moug. exs. ab ipso Persoonio.

γ. *lenticulare*, rotundum l. ellipticum, minutum, læve. (Scl. Suec. exs. n. 92.)

Vulgari duplo minus, forsân junius. (v. v.)

δ. *H. Juglandis*, ovatum, nigrum, labiis tumidulis subdistantibus bistriatis. Schwein. ! p. 242.

Habitus *H. pulicaris*. Frequens ad corticem Juglandis compressæ. (v. s.)

ε. læve, ellipticum, elongatumve, tumidum, læve. Hyst. læve. Spreng. !

Habitu ceterum cum vulgari convenit. *H. læve* Pers. Ic. pict. t. 9. f. 3. etiam ad hanc speciem pertinere videtur. E Pennsylvania. (v. s.)

2. *H. episphaerium*, innato-superficiale, ellipticum, depressum, nigrum, labiis planiusculis lævibus, disco lineari. *Fr. l. c. p. 95.*

Præcedenti admodum affine, vix nisi forma depressa & vegetatione subinnata diversum. *In Sphaeria stigmatæ. Perenne. (v. v.)*

3. *H. elongatum*, superficiale, oblongum, rectum, læviusculum, opacum, atrum, labiis tumidis, disco lineari.

Wahl. ! Lapp. p. 528. Fr. l. c. (Sci. Suec. n. 62.)

Ab *H. Fraxini* situ superficiali facile dignoscitur; ægre vero a præcedentibus forma magis elongata, superficie rugulosa (raro striata) opaca, discoque demum magis hiante. Plerumque crustulæ maculæformi nigræ innatum. *Semper ad ligna decorata Populi, Salicis, Rhamni &c. Perenne. (v. v.)*

4. *H. graphicum*, superficiale, confertum, elongatum, curvatum, subramosum, opacum, nigrum, labiis subprominulis, intus albidum.

Fries Obs Myc. 1. p. 194. V. A. H. 1819. p. 93.

b. *H. contortum. Dittm. apud Sturm. l. c. t. 32. (Schmidt & Kunz. exs. n. 134.)*

Subiculo tomentoso nigro expanso passim innascitur, plerumque admodum confertum subconfluens, lineare, subcompressum, 2 lin. fere longum, semper opacum. Labia primo connivent, demum aperta. Asci pro more subcylindrici, sporidiis globosis, sed interna structura ad *Lophium mytilinum* maxime accedit & hæc genera forsan jungit. b. magis flexuosum & clausum, sed certe idem. *Ad corticem Pini silvestris, aut. — vere. (v. v.)*

5. *H. tortile*, superficiale, sparsum, subcylindricum, varie tortum, læve, aterrimum, intus albidum, labiis arcte clausis.

Schweïn. ! l. c. n. 250.

Præcedenti maxime affine, sed minus, simplex, vix compressum, læve, subnitens. *Rarius ad corticem Juniperi virginianæ Carolinæ. (v. s.)*

6. *H. biforme*, superficiale, elongatum, subflexuosum, atrum, labiis lævibus, disco lineari concolori.

(Scl. Suec. exs. n. 329.)

b. *Fries Obs. 2. p. 330. V. A. H. l. c.*

Basis ligno subinnata, quare magis depressum quam antecedentia, 2 lin. fere longum, læve, opacum, intus album, cui immixta sunt tubercula spherica minuta rimose dehiscentia, Sphæriæ forma. *In ligno pineo denudato.* b. labiis distantibus, *in ramis emortuis madidis Betulæ, rarissime.* (v. v.)

7. *H. varium*, innato-superficiale, subelongatum, varium, nigrum, intus fuscescens, labiis subobsoletis discoque atris. *Fr. II. cc.*

Gregarium, colliculoso-innatum, nec ligno immersum, rotundum, ellipticum l. elongatum, læve, opacum, vix lineam longum. Labia obtusa, primo clausa, dein aperta. *Ad lignum quercinum, raro, aut.* (v. v.)

8. *H. Castaneæ*, depressum, oblongum, obtusum, nigrum, labiis apertis tenuissimis, intus castaneis.

Schwein. ! l. c. n. 247.

Basi applanata adnatum, sed vix immersum, læviusculum, recens splendens. Figura maxime variat, ovata, elongata, plerumque oblonga. Labiis diffractis color interni castaneus proditur. *In ligno Castaneæ vescæ.* (v. s.)

9. *H. acuminatum*, subimmersum, atrum, peritheciis rectis discoque corneo lineari-lanceolatis acuminatis, labiis tenuibus prominulis.

Fries V. A. H. 1819. p. 92. Myc. Heft. 2. p. 59.

Plerumque sparsum, ligno lævigato (nec crustaceo-corroso) immersum, tenue, $\frac{1}{2}$ —1 lin. & ultra longum, opacum, labiis supra lignum elevatis lævibus subdistantibus, simile Pers. Myc. Eur. t. 1. f. 3, 4. *Ad lignum vetustum Fagi.* (v. v.)

10. *H. lineare*, subimmersum, confertum, parallelum, lineare, nigrum, labiis tumidulis lævibus, disco lineari.

Fries V. A. H. l. c. Myc. Hefst. l. c. H. angustatum. Pers. ex Nees syst. f. 303. (Pers. ipse dubitat in Moug. ! & Nestl. exs. n. 563. Cf. n. 1. Scler. Succ. exs. n. 9.)

Simile *H. pulicari* β . & elongato, sed ligno atrato (crustulæ tenuissimæ nigræ) basi immersum, magis elongatum, lineare, apicibus obtusis, opacum, subinde plura longitudinaliter confluunt. Labia distincta prominent, parallela. Passim adeo stipatum ut crustam omnino constituat. *Ad ligna Pyri Mali, Aceris Platanoidis* &c. frequens. Perenne. (v. v.)

11. *H. aggregatum*, aggregato-confluens, pusillum, parallelum, oblongum l. elongatum, læve, nigrum, subclausum. *Dec. Fr. 6. p. 168.*

Nudo oculo refert maculas nigras irregulares, 2 — 3 lin. longas, sub lente compositas e peritheciis perexiguis, convexis, compressis, dispositis secundum ligni fibras. Sub lente optima observatur rima longitudinalis. *Ad ligna denudata.*

12. *H. ellipticum*, subinnatum, sparsum, minimum, subellipticum, nigrum, labiis distantibus, disco atro.

Fries Obs. 1. p. 195. V. A. H. 1819. p. 92. H. minutum. Dec. Fr. 6. p. 168. ex descript.

Nudo oculo puncta nigra perexigua irregularia sistit; sub lente perithecia cortici subimmersa, aperta, inter labia tenuia distantia concava. *In cortice arborum, Salicis* &c. (v. s.)

Trib. II. ERUMPENTIA.

13. *H. rufescens*, emergens, denudatum, confertum, elongatum, contortum, e rufo-nigrescens, demum apertum labiis involutis. *Schwein. ! l. c.*

Spectabile, Cenangio affine. Perithecia 1 — 2 lin. longa, rufa, demum nigra, margine albo cincta

orto e materia ligni cariosi; sæpe adeo conferta, ut unum alteri insideat. *In disco arborum cæsarum frequens Carolinæ.* (v. s.)

14. *H. rufulum*, erumpens, oblongum, fuscum, labiis tumidis transversim striatis, disco rufescente.

Spreng.! in V. A. H. 1820, p. 50.

Sparsum, tumidum, lineam longum, nigricans, labiis in statu sicco conniventibus, humectatis apertis, disco pezizoideo. Subinde forma *trigona* gaudet. *In ramis emortuis Portoricci.* (v. s.)

15. *H. elatinum*, erumpens, difforme, curvatum, rugosum, atrum, labiis distantibus, disco rufescente-nigro.

Lichen elatinus. Ach.! Prodr. p. 22. Hyst. elat. Pers. syn. p. XXVIII. Fries V. A. H. 1819, p. 99. (Sel. Suec. n. 93. Moug.! & Nestl. exs. n. 479.)

Majusculum, 1—2 lin. longum & ultra, crassiusculum, opacum, extus haud pruinosum; junius regulare, demum corrugato-tuberculosum labiis obsoletis. *Ad corticem abietinum, perenne.* (v. v.)

β. crispum, elongatum, flexuosum, labiis distinctis tenuibus crispatis.

H. crispum. Pers. syn. p. 101. Ic. pict. t. 9. f. 1. Triblidium. Pers. Myc. Eur. p. 332. (Sel. Suec. exs. n. 94.)

Perithecia epidermide cincta erumpunt, præcedentis multo longiora & tenuiora, extus primo fusciscentia, disco atro. *Ad ramos tenuiores abietinos.* (v. v.)

γ. corrugatum, e crusta denudata atra erumpens, contortum, corrugatum, disco inæquabili.

Fries Obs. 2. p. 354. V. A. H. l. c.

E ligno erumpens, forma varia, sæpe tuberculi rotundati difformis. *Ad ramos decorticatos.* (v. v.)

16. *H. Ledi*, erumpens, elongatum, sublineare, atrum, labiis distantibus tenuibus, disco demum dilatato rufescente-nigro.

H. abietinum. *β. A. S. p. 56. H. Ledi. Fr. l. c.*

A Sticti parallela admodum diversum. Sparsum l. gregarium, subparallelum, 3 lin. longum & ultra, læve, raro flexuosum, cortice demum deciduo denudatum. In siccis discum paululum rufescentem vidi. *Ad ramos Ledi exsiccatos, vere. (v. v.)*

17. *H. degenerans*, erumpens, gregarium, rotundum l. elongatum, varium, nigrum, disco aperto dilatato molli livido.

Fries in Myc. Heft. 2. p. 60. (Scl. Suec. n. 40.)

Forma admodum variabilis, subinde Phacidium refert, opacum, læve, nudum, primo clausum, demum apertum labiis distantibus subcrenatis, quibus demum deciduis discus nigrescit. Asci elongati, sursum incrassati. *Ad ramos emortuos Vaccinii uliginosi, passim; etiam a Cel. Mougeot accepti. Perenne. (v. v.)*

18. *H. flexuosum*, erumpens, elongatum, flexuosum, læve, atrum, labiis distantibus rima interiore duplicata clausis.

Schwein.! l. c. n. 249.

Secundum specc. nostra certe erumpens est, sed valde prominens sparsum, directione varia dispositum, sublineare, 1 — 2 lin. longum, gracile, sed durum, piceum, lævigatum. Asci $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ breviores quam parenchyma involvens, fusiformes. *Ad ramos juniores Prunorum & Quercuum Carolinæ. (v. s.)*

19. *H. Fraxini*, erumpens, ellipticum, durum, nigrum, labiis tumidis lævibus, disco lineari.

Sphæria sulcata. Bolt. t. 124. Hyst. Fraxini. Pers. syn. p. 98. Fries V. A. H. 1819. p. 97. (Scl. Suec. exs. n. 249.)

Sparsum l. gregarium, prominens, valde rigidum, opacum, sed tritum nitens, Fabam Coffeæ deustam referens, lineam longum, apicibus obtusis, sed passim trigonum, trifariam dehiscens, Intus ci-

nerascens, demum celluloso-multiloculare vidi! *Ad ramos exsiccatos Fraxini, hieme, vere.* (v. v.)

20. *H. conigenum*, erumpens, pusillum, punctiforme, nitidum, rima longitudinali dehiscens.

(Moug.! & Nest. exs. n. 75.)

Sphæriam minutam refert, confertum, rotundatum l. elongatum, passim lineare, aterrimum. *In strobilis Pini silvestris.* (v. v.)

Trib. III. SUBTECTA.

Innata in partibus stirpium perennibus. *In præcedente genere analogæ sunt spec. n. 10—15, ubi ob minorem numerum cum erumpentibus junctæ, in hoc vero genere epidermis tegens in paucis modo demum secedit, indeque cum sequ. tribu plane confluent.*

21. *H. Smilacis*, subdenudatum, longitudinaliter situm, lineare, minutissime tuberculatum, atrum, labiis lævibus tenuibus. *Schwein.! l. c. n. 241.*

Hoc, ut plurima innata, primo obtutu superficiale videtur, sed quoad nostra spec. potius innatum, gracile, 2—3 lin. longum, labiis lævibus subnitidis prominulis, disco in clauso lineari. *Ad emortuos ramos Smilacis rotundifoliæ. Carolinæ.* (v. s.)

23. *H. Corni*, subinnatum, transversim positum, ellipticum elongatumque, nitidum, nigrum, transversim striatum, labiis conniventibus

(Kunz.! & Schmidt exs. n. 104.) *Fries V. A. H. l. c.*

Evidenter ab epidermide innata tectum, a qua oriuntur striæ transversales & color subinde fuscescens. Forma plus minus elongata, raro flexuosa, sæpius trigona trifariam dehiscens, demum hians, disco nigricante. *In Corno alba.* (v. v.)

24. *H. Sambuci*, peritheciis ovatis l. subrotundis prominentibus atris subconfluentibus, labiis tumidiusculis rugulosis. *Schum. Scell. 2. p. 152.*

Admodum affine præcedenti videtur. *In cortice ruguloso trunci Samb. nigræ.* (v. ic.)

25. *H. Rubi*, subinnatum, longitudinaliter positum, elongatum, acutum, læve, nitidum, nigrum, demum hians, intus griseum.

Pers. Obs. Myc. 1. p. 84. *Syn.* p. 100. *A. S.* p. 56.
Fries V. A. H. 1819. p. 97. *Hypod. virgultor.* a.
Dec. Fr. 6. p. 165. (Schmidt! & Kunz. exs. n. 30.
 Moug. ! & Nestl. exs. n. 564.)

Gregarium, subparallelum, raro flexuosum; primo depressum, applanatum, clausum; dein prominet, lanceolatum, rigidum, labiis carinatis, porro apertis, demumque secedentibus, tum intus pulverulentum. Analogum cum *Phac. leptidco* & *carbonaceo*, sæpe maculæ lutescenti-pallidæ circumscriptæ innatum (var. *crustacea* A. S.); sed species citatas huc etiam referre videntur A. S. *Ad ramos emortuos Rubi fruticosi, cæsii, idæi, "Vitis"; etiam Americæ.* (v. v.)

26. *H. nervisequium*, hypophyllum, nervisequium, in striam longissimam rectam confluens, nigrum, disco dehiscente pallido.

Hypoderma nervis. *Dec. ! Fr.* 6. p. 167.

Sequitur nervum folii intermedium, primo interruptum, sistens puncta oblonga, demum vero confluent in striam longitudinalem, totius nervi longitudinem occupantem, quæ unica rima longitudinali demum aperta. *In foliis Pini piceæ, in montibus Vogesis.* (v. s. a Cel. Moug. comm.)

27. *H. pinastri*, epiphyllum, innato-immersum, ovali-oblongum, læve, nigricans, ore elliptico apertum, disco livido.

H. limitatum. *Wib. Werth.* p. 329. *H. pinastri.*
Schrad. Journ. Bot. 2. p. 69. t. 3. f. 4. *A. S.* p. 50.
Fries V. A. H. 1819. p. 101. (Schl. Suec. exs. n. 50. Moug. & Nestl. ! exs. n. 76. Schmidt & Kunz. ! n. 135.)

Sparsum, sed passim plura specimina lineola nigra circumscripta. Labia ab epidermide tegente in siccis cinerascunt, sed in vegetis rufescunt, integerrima; ceterum forma & magnitudine variant

in diversis speciebus *Pinuum*, v. c. in *P. silvestri*, *Strobo*, *Cembra*, *balsamea*, *Abiete* &c. (v. v.)

β. *H. juniperinum*, prominens, ellipticum, labiis convexis tumidis. l. c. — In *Junipero*. (v. v.)

28. *H. Sphæroides*, epiphyllum, subinnatum, hemisphæricum, nitidum, nigrum, ore duplici, demum hiante late elliptico.

A. S. p. 57. *t.* 10. *f.* 3. (Sl. Suec. n. 168.)

Prominulum, cum epidermide tegente arcte connatum, inde oritur perithecium duplex, ore duplici; exterius *spurium* nitens & nigrum; interius *proprium* fuligineo-nigricans, nucleo molli albido. "Perithecii interna apertura externa minor est". Ehrenb. In *foliis Ledi palustris*, vere. (v. v.)

29. *H. orbiculare*, epiphyllum, innatum, minimum, orbiculare, pallidum, per fuscum nigricans, rima & apertura diametri.

Ehrenb. Fung. Cham. n. 30. *t.* 20. *f.* 15.

Antequam maturum dehiscit depressum planum subimpressum est, post ortam rimam elevatur hemisphæricum. Rima diametra in vetustis specimenibus late hiat. Apertura externa ab interna numquam diversa est. Paraphyses nullæ. In *foliis Andromedæ "Lycopodioidis" & tetragonæ*. (v. s.)

30. *H. gracile*, epiphyllum, tenue, nigrum, gracile, subrectum, epidermidem tegentem dissimilans.

Ehrenb. l. c. n. 31. *t.* 26. *f.* 16.

Perithecium cum epidermide arcte connatum, nigram lineolam referens, subelevatum, demum hians, unum spec. subflexuosum visum; junius planum. Cum *precedente in Andr. Lycopodioide, Unalaschkæ*. (v. ic.)

31. *H. Oxycoccus*, epiphyllum, subinnatum, elliptico-lanceolatum, obtusum, nigricans, labiis tenuissimis inflexis, disco livido.

(Sl. Suec. *exs. n.* 169.)

Reperitur etiam *triradiatum* & trifariam dehis-
cens, ut fere omnia affinia, tamen a Ph. Oxycoc-
cos certe diversum. Late lanceolatum, cum epider-
mide confluens, subimmersum, in statu humido ex-
tus fuligineo-nigrum, disco valde dilatato molli; in
siccio rufescens, labiis crispatis. *In foliis Vaccinii
Oxycocos, vere.* (v. v.)

32. *H. melaleucum*, hypophyllum, innatum, ellipti-
cum, læve, nigrum, labiis subconniventibus albis.

*Fries Obs. Myc. 1. p. 192. t. 2. f. 1. V. A. H. 1819.
p. 96. (Sci. Suec. exs. n. 29. Schmidt & Kunz. !
exs. n. 81. Moug. ! & Nestl. n. 654.)*

β. *H. pulchellum*, labiis distinctis viridi-luteis. ll. cc.

Foliis subdeterminate albicantibus innascitur,
omnino superficiale apparet, sed revera epidermide
plane connata tectum, opacum, primo depressum,
dein linea prominente carinatum, demum rima
longitudinali alba rumpens, apicibus obtusis. *Inna-
scitur foliis exsiccatis Vaccinii Vitis idææ, perenne.*
(v. v.)

H. Hederæ vide n. 43.

Trib. IV. XYLOMA.

*Perithecium simplex, dimidiatum. Innata partibus plan-
tarum annuis, essentialiter ceterum a prioribus non
differunt.*

33. * *H. commune*, innatum, oblongum, obtusum,
opacum, atrum, labiis subrugosis fragilibus, di-
sco subfuligineo.

Affine *H. Rubi*, cum quo a plurimis junctum,
sed loco aliisque notis satis differt. Prominens,
ovale, oblongum l. lanceolatum apicibus obtusis, la-
biis subdepressis longitudinaliter rugosis l. lævibus
(*Hyst. Artemisiæ* Schum. Sæll. 2. p. 155); dein
diffracta, ad partem decedunt & discum dilatatum
nudum (obscurum, passim subolivaceum) relin-
quunt. *Frequens ad caules herbarum firmiores v. c.
Epilobii, Aconiti Lycoctoni, Artemisiæ &c., aut —
vere.* (v. v.)

Hyp. virgultorum β . Euphorb. Cypar. & γ . Umbelliferarum Dec. Fr. 6. p. 165. videntur prioris formæ. Affine Rhytisma Hysterioides.

34. *H. plantarum*, innatum, lineare, læve, nigrescens, labiis tenuibus in carinam elevatis angustis subflexuosis. — *Schwein.! l. c.*

Forma elongata a priori differt. Labia longa, angusta, ut tecta domorum seu carinæ in formam clausa, e rufescenti-nigra. In *Monotropis emortuis Carolinæ*. (v. s.)

35. *H. Polygoni*, innatum, oblongum, epidermide tectum cinereum, demum nudum nigrum, labiis tumidulis intus albidis.

In ramis emortuis *Polygoni* in *Kamtschatka*. Wormsk.

36. *H. typhinum*, innatum, oblongum, epidermide bullata tectum, dein nudum nigrum, labiis tumidulis parallelis.

Species major, 2 lin. & ultra longum, rectum, apicibus subobtusis. Cf. *Pers. Myc. Eur. t. 2. f. 5, 6*. Cum priori forsan melius ad erumpentia referendum. Ad folia *Typhæ*. (v. s.)

37. *H. scirpinum*, innatum, elongatum, rectum, depressum, aterrimum, labiis medio in cristam elevatis parallelis demum apertis secedentibus.

Hypoderma scirpinum Dec.! Fr. 6. p. 166. Hyst. scirpin. Fries *V. A. H.* 1819. p. 95. Sphæria Leptostroma. Ehrenb.! *silv. Ber. p. 29.* (Fries *Sci. exs. n. 170.* Funk.! *exs. — Moug.! & Nestl. exs. n. 475.*)

Maculæ pallidæ, sæpe circumscriptæ innatum, 2 lin. fere longum, primo depressum, dein turgidum, carina longitudinali dehiscente, demum labia secedunt ut in *Leptostroma*, discum albidum denudantia. In culmis *Scirpi lacustris*. *Aut.* (v. v.)

38. *H. arundinaceum*, innatum, ovale, depressum, rugulosum, opacum, fusco-nigrum, rima longitudinali demum hians.

Schrad. Journ. Bot. 2. p. 68. t. 3. f. 3. A. S. p. 59.
Fries l. c. p. 101. Hypoderm. Desc. l. c. Xyloma.
Reb. Neom. p. 342. (Scl. Suec. exs. n. 328, Moug. !
& Nestl. exs. n. 655.)

Sparsum, lineam vix longum, e fusco-ferrugineo nigricat, in ambitu fuscescens, absque crista prominente. *In culmis arundinaceis siccis.* “& Arundinaria tecta” Carolinæ, vere. (v. v.)

9. *H. culmigenum*, innatum, elliptico-oblongum, prominens, læve, nigrum, demum disco pallido elliptico apertum.

Fries l. c. p. 96. Obs. Myc. 2. p. 355. t. 7. f. 3. (a.
Cerealium. Scl. Suec. exs. n. 97.)
 b. *Elymorum. c. Airarum,*

Maculas expallentes, determinatas, sed non circumscriptas incolunt specimina plura subgregaria, opaca, siccum totum clausum, sed humidum late apertum. c. triplo saltim minus, jungere videtur sequens. *Ad culmos graminum siccis frequentissime, etiam Islandiæ (in foliis Elymi [arenarii] Kamtschatkæ &c., vere. (v. v.)*

β. *H. gramineum*, punctiforme, ellipticum, utrinque obtusissimum, applanatum. (Moug. ! & Nestl. n. 368). *In culmis aridis Poæ compressæ.*

** 40. *H. tumidum*, epiphyllum, prominens, ovale, fusco-nigricans, rima longitudinali dehiscens, disco sublivido. (Scl. Suec. n. 166.)

b. labiis eleganter albis.

c. labiis discoque viridi-flavissimis.

Analogum cum Phacidio coronato, 1—2 lin. longum, eximie ovale, turgidum, submolle, ex habitu omnino superficiale; junius vero depressum maculæforme, exoletum collapsum rugosum. Perithecium tenue, e fusco-ferrugineo colore demum nigrum, opacum, marginibus tenuibus integris discum superantibus. Discus concaviusculus, colore varius. Asci subclavati, immixtis paraphysibus copiosis, sporidiis ovalibus. *Ad folia dejecta Fagi, Betulæ &c. aut. (v. v.)*

β. trigonum, triangulari-oblongum, trifariam dehiscens; disco cervino.

Phacid. Schmidt! *Myc. Hest.* 1. p. 40. f. 12.

Plurima Hysteria subinde trifariam dehiscunt; tamen forma trigona a Phacidiis recedunt. *Ad folia Quercus, raro.* (v. v.)

41. *H. versicolor*, maculae exaridae pallidae innatum, ovale, subdepressum, laeve, pruinaatum, nigrum, labiis rufescentibus.

Wahl.! *Lapp.* p. 522. t. 30. f. 5. *Fr. V. A. H.*

Hypō- l. epiphyllum minutum, prominulum, opacum, pruina glaucescente obductum, disco rufescente-fusco. *In foliis Salicis hastatae, arbusculae Sc.* (v. s.)

42. *H. maculare*, maculae exaridae pallidae innatum, subrotundo-ellipticum, depressum, nudum, atrum, disco stramineo. (*Sci. Suec.* n. 167.)

Ut *H. tumidum* ad *Ph. coronatum*, hoc ad *Ph. dentatum* accedit. Sparsum, minutum, opacum, laeve, semper nigrum, rima longitudinali demum dehiscens. Macula lineolis nigris subinde circumscibitur. *Ad folia sicca arborum variarum, frequens in Vacc. uliginoso, aut. — vere.* (v. v.)

43. *H. foliicolum*, innatum, sparsum, ellipticum, obtusum, tumidulum, laeve, nudum, nigrum, rima longitudinali depressa.

Xyloma Hysterioid. Pers.! *syn.* p. 106. *Ic. & descr.* p. 58. t. 10. f. 3, 4. *Hypoderma Xylomoides.* Des. *Fr.* 6. p. 164. 165. *Hyst. Aucupariæ, Cotini &c.* Schleich.! *H. foliicolum.* Fries *V. A. H.* 1819. p. 102, ubi plur. form. (*Schleich. exs.* n. 287. 363.)

In utraque folii pagina occurrit, nulla macula exarida cinctum. Apertum nondum vidi, sed certe hujus generis. E diversis foliis, quibus innascitur, formæ plurimæ. *In foliis siccis arborum, præcipue e familia Rosacearum. Vere.* (v. v.)

β. *H. Hederæ*, apicibus acutiusculis, labiis acutis hians. *Mart. Erl. p. 472.*

Prioris var. ex *Dec. l. c. Ad folia Hederæ.*

Obs. H. Berberidis Schleich,! exs. 182. Xyloma. Fries Obs. 2. p. 362. secundum Dec. l. c. etiam hujus varietas; differt tamen superficie, forsã exoletarum, costata. (v. s.)

44. *H. herbarum*, innatum, sparsum, ellipticum, depressum, submarginatum, læviusculum, nigrum, disco subfuligineo.

(*Sci. Suec. exs. n. 96.*)

Valde affine præcedentibus, sed in macula exarida albicante sparsum, folio magis impressum, unde bifrons (antecedens in alterutra pagina tantum prominet), demum concavum cupulæforme, passim quoque forma orbiculari gaudet. *In foliis siccis Convallariarum aliarumque herbarum. Vere. (v. v.)*

45. *H. apiculatum*, innatum, emergens, oblongum, striatum, atrum, utroque apice mucrone terminatum. *Wormsk. Mscr.*

Pusillum, sed distinctissimum mucrone, qui vero in junioribus non distinguitur. Rima acutiuscula, sat brevis. *In foliis graminum sub Pinibus pygmæis in Kamtschatka habitantium.*

46. *H. punctiforme*, innatum, subrotundo-ellipticum, minimum, nigrum, rima inæquali.

Fries Obs. 2. p. 356. [V. A. H. l. c. p. 103.]

Habitus omnino *Sph. punctiformis* & vix majus, sed forma elliptica & rima longitudinali dehiscit. *In nervis foliorum Quercus semivivorum, aut. (v. v.)*

X. Species amphiboliæ.

47. *H. petiolare*, immerso-innatum, nervisequium ellipticum, sordide nigrum, opacum. *A. S. p. 59.*
— *Ad petiolis Aceris Pseudoplatani.*

48. *H. Samaræ*, innatum, prominens, difforme, confluens, nigrum, nitidum, disco depresso. *Fries Obs. 2. p. 364.* — An *Rhytisma*. In *samaris Aceris Platanoidis*. (v. v.)

Species dubiæ :

1. *H. candidum*, fusiforme, papyraceum, aggregatum. *Tod. Meckl. 2. f. 62.* — In *Brassica*.
2. *H. æruleum*, elongato-ovale, membranaceum, crustaceum. *Tod. l. c. f. 63. Ram. querc.*
3. *H. viride*, nudum, semiimmersum, oblongum, subflexuosum, extus nigrum, intus viride. *A. S. p. 39.* — *Stictis?* *Lign. quercinum*.
4. *H. rotundum*, peritheciis dispersis subglobosis. *Bernh. in Röm. arch. II. p. 8. f. 5.* — An *H. globosum* *A. S.?* vix *Pers.* : hoc enim *Actidii* videtur species.

H. Taxi *P.*, *H. aculearum* *Fr.* vide supra.

Hysteria aberrantia sunt *H. Mytilinum* *P.*, *cinereum* *P.*, *conigenum* *P.* & forsitan *truncatum* *P.*, Sphæriis ob fructificationem adscripta. *H. bilabiatum* & *quadrilabiatum* *Tod.* ipse revocavit. *H. nigrum* *Tode* l. *quercinum* *Pers.* hic ad *Cenangia* retulit. *Stictis* species videntur *H. Pezizoides* *Wahl.*, *H. abietinum* *P.*, *sticticum* *Fr.*, *fagineum* *Schrad.*, *longum* *Pers.* -- Genuina non sunt *H. strigosum* *Pers.*, *H. Sorbi* *Wahl.*, *H. populi* *Schum.*, *H. aquilinum* *Schum.* aliaque supra citata. *H. pithyum* *Schm. & Kunz!* exs. n. 209. monstruosum *Cenangium pithyum*. *Coniomycetes*, stromate *Melanconii* proxima sunt *H. arachnoideum* & *album* *Schum.* Taudem fortunitæ modo corticis excrescentiæ rimæformes sunt *H. Mali* *Schum.!* (*Lypod. Mali Weig! in herb. Retz.*) & *tuberculosum* *Schum.!*, quales in quavis fere arbore videre licet (*Nosophlææ* nobis, quarum congeneres *Uredo alnea* *Pers.* disp. meth., *U. subcorticalis* *Frid. Nees*, *Hyst. Salicis*, *Wormsk.*)

XII. GLONIUM. Mühlenb.

Mühlenb. Cat. Am. p. 101. Schwein. l. c. p. 24. Solenarium. Spreng. Pug. I. p. 68. Kunz. Myc. Heft. 1. p. 48.

CHAR. Perithecium compositum e ramis radiatim excurrentibus teretiusculis prostratis, farctum gelatina indurescente, rima longitudinali ra-

mosa dehiscens. Asci erecti, fixi, tenues, clavato-teretes, persistentes, sporidiis fusiformibus. *Subiculo persistente byssino innatum.*

HIST. Nomen a *κλωνιον* sumtum. Hysterio affine; sed forma singulari & fructificatione minus evoluta diversum. Mühlenbergius primus observavit, Kunzius optime illustravit. Species unica, Americana, superficiali-denudata, lignatilis, aterrima, rigida, contextu granuloso, Subiculum Racodium refert.

I. GLONIUM *stellatum.*

Mühlenb. l. c.! (ad p. m. Achar. misit). *Schwein. l. c. n. 258. t. 1. f. 1.* Solenar. byssoideum. *Spreng. Pug. 1. p. 66.* S. Mühlenbergii. *Kunz, Myc. Heft. 1. c. t. 2. f. 24.*

Subiculum effusum, indeterminatum, 4-5 unc. usque latum, plano-adpressum, fusco-nigrum, e fibris tenuibus ramosis intricatis contextum, cui, ut in Sph. Racodio, innata Perithecia e centro ad longitudinem unciarum duarum radiatim divergentia, anastomosantia, ramis confertis, semper fere clausis. "Ubi radii variorum centrorum sese attingunt, unus super alterum crescit". *Schwein.* Sporidia medio septata. *Kunz. In lignis cariosis etiam in terra lignosa, America. (v. s.)*

XIII. ACTIDIUM. Fries.

Obs. Myc. 1. p. 190. V. A. H. 1819. p. 103.

CHAR. Perithecium sessile, rotundatum, subclausum, intus farcum, a centro versus marginem in rimas canaliculatas dehiscens. Asci erecti, fixi, tenuissimi, cylindrici, persistentes, sporidiis simplicibus rotundatis. *Subiculum nullum.*

HIST. A rimis *radiatis* nomen derivatum, Glonio affine, sed adhuc imperfectius; nunquam adest discus apertus, ut in Hysteriis l. Phacidiis, a quibus toto habitu diversum. Species hactenus rite

cognitæ superficiali-denudatæ, lignatiles, aterrimæ, rigidæ, contextu granuloso.

1. *A. Hysterioides*, peritheciis stellatis.

Fries Obs. 2. p. 533. (Scl. Suec. exs. n. 63.)

Gregarium, punctiforme, atrum, læve, primo rotundatum, dein 4 — 6-gonum, radiato-stellatum, subclausum. Quoad observationem adjectam huc pertinere videtur *Hyst. globosum* Pers. syn. p. 98. *Ad ligna decorticata abiogna, hieme, vere.* (v. v.)

2. *A. Acharii*, peritheciis sphericis.

Fr. Obs. 1. p. 190. t. 3. f. 1. V. A. H. l. c.

Sphæriam perpusillam refert, sparsum l. confertum, subglobosum, basi leviter applanatum, læve, rimis quattuor radiatis, extus intusque opacum, atrum, nec ut prius angulatum. Cum ostioliis Sphæriarum immersarum v. c. *astroideæ* non commutandum. *Ad ligna putrida rarius, hieme.* (v. v.)

XIV. EXCIPULA. Fries.

CHAR. Vide supra p. 189.

Obs. Forma oris integri orbicularis a Phacidiis, Hysteriis &c. unice diversum genus, quare in hoc ordine non potest non citari. Sed cum externa facies omnino Pezizarum, in illarum ordine omnes quærent, hinc *in præsentibus* ibidem reliqui. A Cenangiis propriis (Scleroderri) perithecio sessili simplici &c. differt, ut Triblidium a Phacidio e. s. p. Suspicio quoque varias Sphærias astomas demum ore simplici Pezizoideo aperiri, quæ huc referenda. Speciebus l. c. descriptis addendæ, caulicolæ:

a. *E. integerrima*, orbicularis, tumida, nigrum, disco aperto lutescente. *Fries Obs.* 1. p. 168. (Phacid.)

b. *E. Liliorum*, innata, oblonga, subdifformis, atronitens, orificio centrali pezizoideo.

Xyloma. *Schwein!* l. c. n. 261.

Tenue, 1 — 3 lin. longum. Abit ad *Leptostromata*. In caulibus *Hemerocallis* &c. (v. s.)

c. *E. aspera*, punctiformis, sphærica, costato-aspera, atronitens, ore subconnivente.

Peziz. l. *Sphæria aspera*. *Moug!* in litt.

Interna structura omnino *Excipulæ*. Ad basin caulium *Osmundæ*. (v. s.)

XV. ACTINOTHYRIUM. Kunz.

Kunz. Deutsch. Sch. 8. p. 3. Nees syn. p. 191.

CHAR. Perithecium innatum, scutiforme, radiato-fibrosus, obtegens sporidia fusiformia.

HIST. A tegumento sporidiorum radiato nomen sumtum. Ulterius inquirendum, utrum apice dehiscat ut *Excipula*, an totum secedat, ut *Leptostroma*, a quo tum vix separandum. Species unica nota innata, epiphyta, orbicularis, vernalis, atra.

I. ACTINOTHYRIUM *graminis*.

Kunz!! nov. gen. Dec. II. ined. (Schl. Suec. exs. n. 64.

Deutschl. Schw. n. 183. Moug. ! & Nestl. exs. n. .)

Sparsum l. gregarium, subinde confluens, orbiculatum, $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ lin. latum, margine subradiato, tenue, planum, opacum, aterrimum, subcostatum, subinde centro umbonatum. Perithecium dimidiatum, superum tantum, ut in plerisque Phacidinacis innatis observatur, *Ad culmos & folia graminum vere frequens.* (v. v.)

XVI. LEPTOSTROMA. Fries.

Fries Obs. Myc. 1. p. 196. Nees syn. gen. 73. Schizoderma, Ehrenb. silv. Ber. p. 27. Nees l. c. p. 105.

CHAR. Perithecium innatum, dimidiatum, læve, effusum, maculæforme, centro subumbonatum, sporidia obtegens, absque ostiolo, demum ve-

ro basi circumscissum l. totum a matrice secedens.
Subiculum nullum.

HIST. Nomen a *λεπτος* & *σρωμα* ob discum, perithecio secedente, denudatum, tenuissimum. Dehiscendi modo a præcedentibus omnibus generibus distinctissimum, quare, si una alterave species ascis instructa detegeretur, non separanda videtur. Species omnes innatæ, epiphytæ, tenues, atræ. Quo jure Persoon ad *Sclerotia* refert, non video. (*Rhytisma confl.*)

1. *L. scriptum*, erumpens, elongato-lineare, flexuosum l. subrotundum, demum disco concaviusculo apertum.

Fries Obs. 2. p. 557.

Habitu Arthoniæ & vegetatione epixyla a reliquis diversum. Forma nulla constans. *In epidermide ramorum emortuorum Aceris Negundinis.* (v. s.)

2. *L. scirpinum*, orbiculare, opacum, centro umbonatum, demum totum secedens, disco albedo.

Leptostr. Xylomoides. Fries Obs. 1. p. 197. t. 1. f. 6.

L. scirpinum. Fries Exs. n. 175. Schizod. scirpinum. Ehrenb. Silv. p. 27.

Duplex occurrit varietas: altera major, sparsa, absque macula; altera minor, maculæ pallidæ nigrolimitatæ innata. *In culmis Scirpi lacustris, aest. aut.* (v. v.)

3. *L. caricinum*, subrotundum, inæquale, tenue, opacum, totum secedens, macula fusca.

Fries Obs. 2. p. 361- t. 7. f. 4. (Scl. Suec. n. 176.)

Maculæ rotundæ l. oblongæ, planæ, atræ, absque umbone, lineam haud longæ, demum ex nervis matricis rugosæ. Cave, ne pro Arthrinio juniore habeas. *In foliis Caricum, Eriophori angustifolii &c. Vere.* (v. v.)

4. *L. juncinum*, oblongo-difforme, planum, nitidum, totum secedens, disco fusco.

(Scl. Suec. exs. n. 330. Moug. & Nestl. n. 653.)

Tenue, planissimum, passim confluens. Lineæ elevatæ, a fibris culmi ortæ. *In culmis exsiccatis Junci effusi & conglomerati, perenne.* (v. v.)

5. *L. filicinum*, elongatum, difforme, læve, nigrum, adultum costa elevata insignitum, demumque totum secedens.

Fries Obs. 1. p. 197. Schizoderma. Ehrenb. silv. Ber. p. 15. Hypoderma striæform. Dec. Fr. 6. p. 166. (Scl. Suec. exs. n. 65. Moug. ! & Nestl. n. 476.)

Rhytismati accedit, a reliquis facile dignoscitur striis elongatis, majoribus subconfluentibus, costaque longitudinali. In hujus consortio reperiuntur aliæ maculæ minores, difformes, quæ ad statum sterilem pertinere videntur; tales quoque sunt *Leptostroma Pteridis* Ehrenb. ! l. c. p. 27. *Sclerotium Pteridis* Pers. in Moug. ! & Nestl. exs. n. 673. *In stipitibus Pteridis, Osmundæ regalis, Aspidiorum &c. etiam in Kamtschatka. Vere — aut.* (v. v.)

6. *L. Spireæ*, conglomerato-connatum, difforme, rugosum, nitidum, intus griseum, demum totum secedens.

Xyloma. Kunz. ! Myc. Heft. 1. p. 75. Leptostroma. Fries V. A. H. 1819. p. 110. (Scler. Suec. n. 66. Kunz. exs. n. 162.)

Compositum quasi, maculas sistit valde irregulares, sed absque costa prominula; demum secedens macula fusco-nigra. *In caulibus Spireæ, vere; optime evolutum in Kamtschatka.* (v. v.)

7. *L. vulgare*, simplex, subrotundum, varium, rugulosum, nitidum, demum totum secedens.

a. Scler. nitidum. *Pers. ! in (Moug. & Nestl. exs. n. 674.)*

b. *Xyloma Actææ. Schwein. ! l. c. n. 264.*

Minutum, tenue, orbiculatum l. parum elongatum, nunc sparsum, nunc confertum subconfluens. Formæ numerosissimæ, nam crescit *in caulibus herbarum quam plurimarum. v. c. Aconito septentrionali, Napello, Lunaria rediviva, Actæa &c. Per annum.* (v. v.)

g. *L. Hysterioides*, oblongum, nigrum, varium, centro tumidulo substriatulo secedens. *Fries l. c.*

Prioribus affine, sed paulo majus, forma semper oblonga (elliptica l. elongata), striis longitudinalibus e caule tenuissimis; sed minime undique rugulosum. Color plerumque opacus. *In caulibus Pœoniæ Sc. vere. (v. v.)*

h. *L. Sphæroides*, orbiculatum, tenue, convexum, læve, secedens, a ram. *Fries l. c. p. 196.*

b. *nitens*, semiglobosum. *Xyl. Schwein.! n. 262.*

Punctiforme, regulare, vix nisi fructificans a Sphæriis cauliculis distinguendum, in ambitu passim dilatato-tenuissimum. b. magis elevatum & ad *L. vulgare* accedit. Aliud vidi plicatum umbilicatum in bulbo. *Ad caules herbarum, passim. Vere. (v. v.)*

Præterquam quod ultimæ species latiore sensu sumantur, occurrunt aliæ nondum fructificantes visæ indeque genere dubiæ v. c. *Xyl. scandentium* (9—10) sparsum subconfluens subimmersum minutissimum oblongum crassiusculum atro-nitens *Schwein.! l. c. n. 203.* (*Sclerotium?*) & *Xyl. Artemisiæ Sch. Suec. n. 219.* (*Sphæria?*).

APPENDIX.

XYLOMACEI ASPORI.

OBS. Vegetabilia autonoma non sunt, sed ob externam faciem hoc loco citantur. Quod Asporotrichum Lk. inter Mucedines, Lepraria inter Lichenes, Xylomacei aspori videntur inter Pyrenomycetes. Xylomata antecedentium generum in statu infantili similia, sed quoad ideam hujus loci tantum sunt, quæ abeunt numquam in alios fungos. Ejus indolis nonnullos, in omni ætate immutatos, observavimus v. c. *Ectostroma Sedi*; possent tamen aliorum fungorum esse incunabula, quæ vel in alia planta vel in alia regione rite explicentur. Novimus varios fungos in certa quadam planta optime vigere, in aliis imperfectiores evadere, in aliis tandem semper steriles v. c. *Phacidium coronatum*,

Sclerotium herbarum & multa alia. Notavit porro acutissimus de Schweiniz *Dothideam rubram* in Carolina semper sistere tantum maculam sterilem. Nec hoc inter fungos absonum videatur, cum multi Lichenes & varia Hypna non tantum solo minus favente (quidam solo calcareo tantum fructificant; in granite, gneusso similibusque semper steriles & versa vice); sed etiam in certis regionibus (v. c. H. delicatum per totam Europam) semper absque fructificatione occurrant. Sic & *Sclerotium Pteridis* Pers. in Moug. ! & Nestl. exs. n. 684 & *Leptostroma Pteridis* Ehrenb. Ber. p. 27. incunabula sterilia Sphæræ l. Leptostromatis filicini; hæc vero inter se certe differunt. Species numerosissimæ huc citari possent; sed exposita pseudogeneris idea parum curandæ; nam reliquæ differentiæ ex indole parenchymatis & epidermidis plantæ, cui innatæ, pendent. Jam descriptas synonymorum causa citabimus; maxime vero optandum, ut *Mycologi post hac nulla describant Xylomata, nisi fructificantia.*

A. XYLOMA.

CHAR. Tubercula innata, corticata, substantia vesiculoso-indurata, absque fructificatione.

Propria sunt vegetabilia, sed quæ nondum rite explicata reperta videntur. Ad antecedentia generis, forsan etiam Sclerotia & Coniomycetes, in statu rite explicato referenda. Talia tubercula in foliis exoticis admodum frequenter obvia. His accedunt Xyloma Scandentium *Schwein. ! l. c. n. 263*, X. Fothergrillia. *Schwein. ! l. c. n. 277*, X. Allii *Dec. ! Mem. Mus. l. c. 322*, X. Stellaris *Schmidt !, Aspegr. ! Blek., Xyl. Rosæ Dec. Fr. 6. p. 161.*, quoad nostrum specimen, ad Coniomycetes pertinet.

B. ECTOSTROMA.

CHAR. Maculæ epiphytæ, effusæ, absque propria substantia & vegetatione.

Vix vegetabilia ; sed maculæ foliis inustæ, ob habitum & synonyma hoc loco citandæ :

1. *E. Sedi*. Sphær. Thoracella. *Rustr. ! Diss. Cr.* (Sci. Succ. exs. 217.) maculæ difformes, piceæ, nitentes, punctatæ, pro Sph. picea sterili facile sumendæ.
2. *E. Iridis*. Leptostr. *Ehrenb. ! silv. Ber. p. 27.* maculæ oblongæ, aterrimæ, opacæ. *In foliis Iridis pseud-acori.*
3. *E. Bistortæ*. Xyl. *Dec. ! Mem. Mus. III. p. 318. Fl. fr. 6. p. 153.* (Moug. & Nestl. exs. p. 652. Schmidt & Kunz. exs. n. 181.) Maculæ luteæ, irregulares, opacæ, nigræ, in ambitu flavescentes, panno tenuissimo cinerascete hinc inde tectæ, *In Polygono Bistorta.*
4. *E. Ludicæ*. Xyloma. *Dec. Mem. l. c. p. 321.* Macula bifrons, orbicularis, plana, supra nitidissima. *In ins. Mauritii.*
5. *E. afflatum*. Xyloma. *Schwein. ! l. c. n. 257.* (æ descriptione Dothidea videtur) Rotundatum, subeffiguratum, opacum, nigrum, subtus cinerum. *In Acaea racemosa.*
6. *E. Annonæ*. Xyloma. *Schwein. ! l. c. n. 275.* Maculæ elongatæ, venisequæ, nigrofuscæ, hyphophyllæ *in Annona tripetala.*
7. *E. Liriodendri*. Xyloma. *Kunz. ! in litt. b.) minus. Schwein. l. c. n. 290.* — Maculæ bifrontes, subquadratæ, minores, opacæ, atræ. *In foliis Liriodendri.*
8. *E. Lauri*. Xyloma. *Schleich. ! Fries Obs. 2. p. 359.* Maculæ tenuissimæ, læves, nitidulæ "medio mammosæ" *Dec. l. c.* — hinc videtur Sphæria. *In foliis Lauri.*
9. *E. Tiliæ*. *Fries ! Obs. 2. p. 359.* Tenuissimum, varium, opacum, e venis rugosum. *In foliis Tiliæ.*
10. *E. Pedicularis*. Xyloma. *Dec. Mem. l. c. p. 319.* Epiphyllum, tenue, orbiculatum, læve.

Maculæ foliorum steriles & exaridæ, ut in Sph. Depazeis, omnino diversæ sunt.

C. ASTEROMA.

CHAR. Fibrillulæ innatæ, steriles, epiphytæ.
— *Asteroma Padi. Dec. l. c. n. 5.* (rufescens).

Tales sunt variæ Dothideæ in statu juvenili. Huc etiam referendæ lineolæ nigræ, quæ varios Pyrenomyces v. c. *Hysterium Finastri*, *Phacidium dentatum* &c. circumscribunt, quando nempe occurrunt solitaria, nulla limitantes perithecia: in hoc statu nomine *Xylomatis lineolæ, flexuosi* &c. mecum sunt communicatæ. *Venularia grammilca* Pers. Myc. p. 51. (inter Trichomyces) eadem procul dubio est; sæpius nil nisi venæ folii nigrescentes. Integrum *Actinonema* Pers. l. c. *) etiam in hoc pseudo-genere ingreditur, forsitan & nonnullæ *Capillarivæ* Ejusd. E methodo nostra ab Hyphomycetibus longe distant & pro Pyrenomycetibus spuris omnino habendæ. Alio sensu Trichomyces suos sumere videtur Cel. PERSOON, cum non solum hæc incunabula, sed etiam subicula Pyrenomycetum perfectiorum & præcipue Hymenomycetum **) frequenter adnumeret.

D. DEPAZEA.

CHAR. Puncta minima, foliis innata, absque propria fructificatione.

Ob habitum cum Sphæriaceis plane congruum species macula exarida limbata ad Sph. Depazeas, reliquas ad Dothideas retuli. — Plurimas subdivisiones Pyrenomycetum maxime naturales & characteribus essentialibus circumscriptas spero; in infimis vero formis v. c. Depazeis & Foliicolis, sæpe multa

*) 1. *Act. Cratægi*, maculæforme, fusconigrum, filis ubique distinctis. *Ad folia viridia Cratægi torminalis*.

2. *A. caulicola*, fuscescens, fibrillis densis, medio in maculam confluentibus. *In caulibus herbarum.*

**) Non solum Theleporos & Polypores juniores: sed & vera Hydna inter Byssos citat, v. c. *Racodium surfaceum* (quod Alga est) var. *Cornuta* Pers. Myc. Eur. p. 68. est Hydna aterrimum. *Syst. Myc. I. p. 416.*

adhuc caligine obrutis, satius duxi admittere dispositionem habitualem & facilem, quando magis absoluta non solum difficilior, sed etiam notis ambiguis niteretur.

REVISIONEM hujus ordinis, cum paucis plagellis comprehendi nequeat, in peculiari commentatione exponere conatus sum. Sufficiat hoc loco repetere, Pyrenomycetes quoad vegetationem Trichospermis esse inferiores, sed quoad fructificationem antecellere — sectionum & ordinum dignitates quoad fructificationem e Synopsi, quod vegetationem e dispositione patere — Phacidiaceos altius adscendentes ad Hymenomycetes culminare — multa nubila videsse, quæ *sequentibus* commendo.

Index Generum et Specierum.

- ACINULA, Fr.** - p. 257
caudicans Fr. - 267
ACROSPERMUM Tod.
(- 244
compressum Tod. - 245
conicum Fr. - 246
cornutum Fr. - 246
pyramidale Tod. - 246
Sclerotioides Dec. - 245
ACTIDIUM Fr. - 595
Acharii Fr. - 596
Hysterioides Fr. - 596
ACTINOTHYRIUM
(Kunz. - 597
Graminis K. - 597
AGYRIUM Fr. - 231
atrovirens Fr. - 232
cæsius Fr. - 231
flavum Fr. - 232
herbarum Fr. - 233
nigricans Fr. - 232
rufum Fr. - 232
ARACHNION Schwein
(album S. - 303
ASCOBOLUS Pers. - 161
ærugineus Fr. - 165
carneus Pers. - 165
ciliatus Schmidt - 164
denudatus Fr. - 162
furfuraceus P. - 163
glaber Pers. - 164
immersus Pers. - 164
lignatilis A. S. - 162
pilosus Fr. - 164
porphyrosporus Fr. - 163
Trifolii Bernh. - 165
ASCROË Labill. - 285
rubra Labill. - 285
ATRACTOBOLUS
(Tode - 305
BULGARIA Fr. - 166
globosa Schmieid (Bur-
cardia) - 166
inquinans Pers.
(Pez.) p. 167
pellucens Schum.
(Pez.) - 167
pura Pers (Pez.) - 168
sarcoides Jacq. - 168
CENANGIUM Fr. - 177
acutum Schum.
(Hyst.) - 188
Andromedæ Schw.
(Pez.) - 182
arcticum Ehrenb.
(Tribl.) - 186
Aucupariæ Pers.
(Sph.) - 181
Betulæ Fr. - 187
Caliciiiforme - 183
Cephalanthi Schw.
(Pez.) - 188
Cerasi Fr. - 179
clavatum Fr. - 179
Ericæ Fr. - 188
ferruginosum Fr. - 187
laminare Fr. - 181
pinastri Pers. (Pez.) - 184
pithyum Fr. - 184
Prunastri P. - 180
pulveraceum A. S.
(Pez.) - 181
quercinum Pers.
(Tribl.) - 189
Ribis Fr. - 179
seriatum Fr. - 185
striatum Spr. (Pez.) - 183
triangulare Schw.
(Pez.) - 182
turgidum Schwein.
(Pez.) - 186
Urceolus Schmidt
Mscr. (Sph.) - 183
Viburni Schwein.
(Pez.) - 185

GLATHRUS <i>Mich.</i>	p.	287	<i>Urticæ Pers.</i> (Tr.)	p.	231
<i>cancellatus L.</i>	-	288	DEPAZEA <i>Fr.</i>	527,	603
<i>columnatus Bosc.</i>	-	288	DITIOLA <i>Fr.</i>	-	169
<i>crispus Turp.</i>	-	288	<i>paradoxa Hedw.</i>		
<i>triscapus Turp.</i> (La- ternea)	-	287	(Octosp.)	-	171
CORYNELIA	-	534	<i>radicata Fr.</i>	-	170
<i>uberata Fr.</i>	-	535	<i>sulcata Fr.</i>	-	172
CYPHELLA <i>Fr.</i>	-	201	<i>volvata Tod.</i> (Tub.)	-	171
<i>Digitalis A.S.</i> (Pez.)	-	201	DOTHIDEA <i>Fr.</i>	-	548
<i>crucibuliformis</i>	-	203	<i>alnea P.</i> (Xyloma)	-	564
<i>lacera Pers.</i> (Pez.)	-	202	<i>Anemones Dec.</i>	-	563
<i>muscicola Fr.</i>	-	202	<i>Angelicæ Fr.</i>	-	561
<i>pendula Fr.</i>	-	203	<i>Asteroma Fr.</i>	-	560
CYTISPORA	-	540	<i>asteromorpha Schw.</i>		
<i>atrovirens Fr.</i>	-	545	(Xyloma)	-	557
<i>betulina Ehrenb.</i>	-	545	<i>atra Fr.</i>	-	550
<i>carbonacea Fr.</i>	-	544	<i>betulina Fr.</i>	-	554
<i>carphosperma Fr.</i>	-	543	Brachystemonis		
<i>chryosperma P.</i>			(Schwein.)	-	558
(Næmasp.)	-	542	Campanulæ Dec.	-	562
<i>coccinea Reb.</i> (Næ- masp.)	-	541	Chætomium Kunz.	-	563
<i>fugax Bull.</i> (Vario- laria)	-	544	Diospyri Schwein.		
<i>globifera Fr.</i>	-	546	(Xyloma)	-	561
<i>guttifera Dec.</i> (Sph.)	545		Epilobii Chaill.	-	559
<i>hyalosperma Fr.</i>	-	545	exasperans Schwein.		
<i>incarnata Fr.</i>	-	542	(Sph.)	-	558
<i>leucosperma P.</i>			Fraxini Dec. <i>Aste-</i>		
(Næmasp.)	-	543	<i>roma</i>)	-	561
<i>melasperma Fr.</i>	-	545	fulva Dec. (Poly- stigma)	-	554
<i>Pinastri Fr.</i>	-	544	<i>funesta Fr.</i>	-	550
<i>Rhuina Fr.</i>	-	546	<i>genistalis P.</i> (Sph.)	-	552
<i>Ribis Ehrb.</i>	-	546	<i>graphica Dec.</i>	-	560
<i>rubescens Fr.</i>	-	542	<i>Geranii Fr.</i>	-	558
<i>xanthosperma Fr.</i>	-	543	Gamma Schwein.	-	557
DACRYMYCES <i>Nees</i>	-	228	<i>Hederæ Moug.</i>	-	564
<i>fragiformis Pers.</i>			Heliopsidis Schwein.	-	556
(Tremella)	-	229	<i>Heraclei Fr.</i>	-	556
<i>moriformis Engl.</i>			Himantia P.	-	559
Bot. (Tr.)	-	229	<i>impressa Fr.</i>	-	564
<i>stillatus Nees</i>	-	230	<i>latitans Fr.</i>	-	552
<i>Syringæ Schum.</i> (Tr.)	230		Loniceræ Fr.	-	557
<i>violaceus Relh.</i> (Tr.)			<i>Mezerei Fr.</i>	-	551
(-	229	moriformis Fr.	-	549
<i>virescens Schum</i> (Tr.)			nervisequia Dec.		
(-	229	(Sph.)	-	563
			orbiculata Schwein.		
			(-	554

<i>paradoxa Fr.</i>	p. 549	<i>recisa Dittm. (Tr.)</i>	- 223
<i>Podagrariæ Roth.</i>		<i>repanda Fr.</i>	- 225
	(- 556	<i>saccharina Fr.</i>	- 225
<i>Polygoni Fr.</i>	- 564	<i>truncata Fr.</i>	- 224
<i>Potentillæ Wallr.</i>	- 565	GLONIUM Mühl.	- 594
<i>Pteridis Reb. (Sph.)</i>	- 555	<i>stellatum Mühl.</i>	- 595
<i>Puccinoides Dec.</i>		HELOTIUM P.	- 155
	(Sph.) - 551	HELVELLA L.	- 13
<i>pyrenophora Fr.</i>	- 552	<i>atra König.</i>	- 19
<i>Ranunculi Wallr.</i>	- 562	<i>costata Schwein.</i>	- 19
<i>reticulata Dec. (Sph.)</i>	560	<i>crispa Fr.</i>	- 14
<i>Rhois Schw. (Xyl.)</i>	- 555	<i>elastica Bull.</i>	- 21
<i>Ribesia P. (Sph.)</i>	- 550	<i>esculenta Pers.</i>	- 16
<i>Robertiani Fr.</i>	- 564	<i>fistulosa Alb & Schw.</i>	- 21
<i>rubra P. (Xyl.)</i>	- 553	<i>Infula Schæff.</i>	- 17
<i>Sambuci P.</i>	- 551	<i>lacunosa Afz.</i>	- 15
<i>Solidaginis Fr.</i>	- 562	<i>Monachella Scop.</i>	
<i>Sphæroides P. (Scl.)</i>	- 552		(Phallus) - 18
<i>stellaris P. (Xyl.)</i>	- 560	<i>Pezizoides Afz.</i>	- 20
<i>stipata Fr.</i>	- 558	<i>pulla Holmsk.</i>	- 20
<i>thyphina P.</i>	- 553	<i>sulcata Afz.</i>	- 13
<i>Ulmi Fr.</i>	- 555	<i>venosa Fr.</i>	- 22
<i>vernica Dec. (Sph.)</i>	- 559	HYMENELLA Fr.	- 235
<i>Xanthii Dec.</i>	- 562	<i>Arundinis Fr.</i>	- 234
<i>Xylostei Fr.</i>	- 561	<i>linearis Pers. (Tr.)</i>	- 233
ECTOSTROMA Fr.	- 602	<i>nigra Fr.</i>	- 234
ENDOZONE Link.	- 295	<i>vulgaris Fr.</i>	- 234
<i>pisiformis Link.</i>	- 296	HYSTERIUM Tode	- 569
EUSTEGIA Fr.	- 532	<i>acuminatum Fr.</i>	- 582
<i>discolor Fr.</i>	- 533	<i>aggregatum Dec.</i>	- 583
EXCIPULA Fr.	189, 596	<i>apiculatum Worms.</i>	
<i>Empetri Kunz.</i>	- 190		(- 593
<i>melanoph. K.</i>	- 190	<i>arundinaceum Schr.</i>	590
<i>Rubi Fr.</i>	- 190	<i>biforme Fr.</i>	- 582
<i>Sphæroides P.</i>	- 191	<i>Castanæ Schwein.</i>	- 582
<i>Strobi P.</i>	- 190	<i>commune Fr.</i>	- 589
<i>turgida Fr.</i>	- 190	<i>conigenum Moug.</i>	- 586
EXIDIA Fr.	- 220	<i>Corni Schmidt</i>	- 586
<i>Auricula Canis Mey.</i>	222	<i>culmigenum Fr.</i>	- 591
<i>Auricula Judæ L.</i>		<i>degenerans Fr.</i>	- 585
	(Tr.) - 221	<i>elatinum Ach.</i>	- 584.
<i>auriformis Schwegr.</i>		<i>ellipticum Fr.</i>	- 583
	(Pez.) - 223	<i>elongatum Wahl.</i>	- 581
<i>cornea Ehrenb. (Aur.)</i>	222	<i>episphærium Fr.</i>	- 581
<i>crenata Schw. (Tr.)</i>	- 226	<i>flexuosum Schw.</i>	- 586
<i>glandulosa Bull. (Tr.)</i>	224	<i>foliolum Fr.</i>	- 592
<i>impressa Pers. (Tr.)</i>	- 226	<i>Fraxini P.</i>	- 585
<i>pithya Fr.</i>	- 226	<i>gracile Ehrenb.</i>	- 588

- graphicum* Fr. p. 581
herbarum Fr. - 593
Ledi Fr. - 584
lineare Fr. - 585
maculare Fr. - 592
melaleucum Fr. - 589
nervisequium Dec. - 587
orbiculaire Ehrhnb. - 588
Oxycoccus Fr. - 588
petiolare A. S. - 593
pinastri Schrad. - 587
plantarum Schw. - 590
Polygoni Fr. - 590
pulicare P. - 579
punctiforme Fr. - 595
Rubi P. - 587
rufescens Schwein. - 585
rufulam Spr. - 584
Samaræ Fr. - 594
Sambuci Schum. - 586
scirpinum Fr. - 590
Smilacis Schwein. - 586
Sphæroides A. S. - 588
tortile Schwein. - 581
tumidum Fr. - 591
typhinum Fr. - 590
varium Fr. - 582
versicolor Wahl. - 592
LEOTIA Hill. - 25
amara Lour. (Helv.) - 27
atrovirens - 30
chlorocephala Schw. 30
circinans Pers. - 127
infundibuliformis
Schæff. (Helv.) - 26
lubrica Scop. - 29
marcida Müll. - 28
nana With (Helv.) - 28
platypoda Dec.
(Helv.) - 28
viscosa Fr. - 30
LEPTOSTROMA Fr. 597
species g. Fr. - 598
LOPHIUM Fr. - 533
mytilinellum Fr. - 534
mytilinum P. Hyst.) 533
LYSURUS Fr. - 285
Mokusin L. (Phallus) 286
MORCHELLA Dill. p. 5
caroliniana Bosc. - 12
crassipes. Vent. sub
Phall. ut sq. - 9
deliciosa Fr. - 8
elata Fr. - 8
esculenta Pers. - 6
Gigas Batsch - 11
hiemalis Balb - 9
patula Fr. - 10
rimosipes Dec. - 11
semilibera Dec. - 10
Tremelloides Vent. - 10
undosa Batsch. - 11
MYRIOCOCCUM Fr. - 304
præcox Fr. - 304
NEMATelia Fr. - 227
encephala Willd.
(Tr.) - 227
nucleata Schw. (Tr.) 228
rubiformis Fr. - 228
NIDULARIA Bull. - 297
campanulata Sibth. - 298
complanata Dec.
(Cyathus) - 300
Crucibulum Hoffm.
(Cyath.) - 299
dasypus Nees. Cyath.) 299
deformis Willd.
(Cyath.) - 302
denudata Fr. - 302
farcta Fr. - 301
globosa Ehrenb.
(Cyath.) - 302
granulifera Holmsk. 300
pulvinata Schwein.
(Cyath.) - 301
scutellaris Fl. D.
(Cyath.) - 300
striata Bull. - 298
PACHYMA Fr. - 242
Cocos Schw. (Scl.) - 242
Tuber regium Fr. - 243
PATELLARIA Fr. - 158
Alismatis Fers. (Pez.) 161
atrata Hedw. - 160
coriacea Bull. (Pez.) 159

<i>olivaceo-virens Schw.</i>		<i>lufonia Pers.</i>	p. 54
(Pez.) p.	159	<i>bulbosa Hedw.</i>	- 57
<i>pulla Fr.</i>	- 160	<i>byssiseda Fr.</i>	- 107
<i>testacea Fr.</i>	- 159	<i>Cacabus V. A. H.</i>	- 56
PERIOLA <i>Fr.</i>	- 266	<i>Cacaliæ P.</i>	- 122
<i>hirsuta Schum. (Scl.)</i>	266	<i>cærulea Bolt.</i>	- 86
<i>pubescens Fr.</i>	- 267	<i>cæsia Pers.</i>	- 108
<i>tomentosa Fr.</i>	- 267	<i>Calicioides Dec.</i>	- 115
PEZIZA <i>Dill.</i>	- 40	<i>calopus Fr.</i>	- 131
<i>abacina Fr.</i>	- 139	<i>calyciform Fr.</i>	- 45
<i>Abbotiana Sowerb.</i>	- 149	<i>calycina Fr.</i>	- 91
<i>abietina Pers.</i>	- 47	<i>Calyculæformis</i>	
<i>Acetabulum L.</i>	- 44	<i>Schum.</i>	- 94
<i>acicularis Bull.</i>		<i>Calyculus Sowerb.</i>	- 129
(Helv.)	- 156	<i>Campanula Nees</i>	- 123
<i>acuum Fr.</i>	- 95	<i>Cantharella Fr.</i>	- 48
<i>æruginea</i>	- 130	<i>capillaris Fr.</i>	- 39
<i>alabastrina Fr.</i>	- 125	<i>Capula Nov. Act.</i>	
<i>alba Schum. (Helot.)</i>	- 157	<i>Hafn.</i>	- 183
<i>albo violascens A. S.</i>	- 96	<i>carbonaria A. S.</i>	- 62
<i>Amenti Batsch.</i>	- 127	<i>carnea Fr.</i>	- 135
<i>ampliata Pers.</i>	- 76	<i>carneorufa Mart.</i>	- 85
<i>ancilis Pers.</i>	- 43	<i>Catinus Holmsk.</i>	- 61
<i>annulata Holmsk.</i>	- 106	<i>Caucus Rehent.</i>	- 126
<i>anomala Pers.</i>	- 106	<i>caulicola Fr.</i>	- 94
<i>applanata Hedw.</i>		<i>ceracella Fr.</i>	- 114
(Octosp.)	- 64	<i>cerea Sowerb.</i>	- 52
<i>araneosa Bull.</i>	- 69	<i>Cerastiorum Wallr.</i>	153
<i>arenaria Osb.</i>	- 63	<i>cerinea Pers.</i>	- 92
<i>Arenula A. S.</i>	- 148	<i>Chailletii Pers.</i>	- 144
<i>argillacea Sowerb.</i>	- 66	<i>chionea Fr.</i>	- 132
<i>armeniaca Pers.</i>	- 95	<i>Chlora Schwein.</i>	- 115
<i>Arundinis Fr.</i>	- 105	<i>chlorotica Fr.</i>	- 110
<i>Aspegrenii Fr.</i>	- 131	<i>chrysocoma Bull.</i>	- 140
<i>atrata Pers.</i>	- 148	<i>chrysostigma Fr.</i>	- 128
<i>atrovirens Pers.</i>	- 141	<i>Ciborium Vahl.</i>	- 69
<i>aurantia Pers.</i>	- 49	<i>ciborioides Fr.</i>	- 117
<i>aurea Fr.</i>	- 156	<i>ciliaris Schrad.</i>	- 89
<i>aurelia Pers.</i>	- 107	<i>cinerea Batsch.</i>	- 142
<i>axillaris Nees</i>	- 125	<i>cinereo-fusca Schw.</i>	- 97
<i>badia Pers.</i>	- 46	<i>cinnamomea Dec.</i>	- 77
<i>barbata Kunz.</i>	- 99	<i>cinnamomeo-lute-</i>	
<i>Berberidis Pers.</i>	- 99	<i>(tescens Schw.)</i>	- 45
<i>bicolor Bull.</i>	- 92	<i>citrina Batsch.</i>	- 132
<i>bolaris Batsch.</i>	- 112	<i>clandestina Bull.</i>	- 94
<i>brunnea A. S.</i>	- 83	<i>clavata Pers.</i>	- 122
<i>Bryophila Fr.</i>	- 119	<i>Clavus A. S.</i>	- 137
<i>Buccina Pers.</i>	- 129		

<i>clypeata</i> Fr.	p.	46	<i>fibuliformis</i> Bolt.	
<i>coccinea</i> Jacq.	-	79	(Helv.)	p. 155
<i>coccinella</i> Fr.	-	125	<i>finetosa</i> Schum.	- 73
<i>cochleata</i> Huds. Bull.		50	<i>finetaria</i> Pers. (He-	
<i>complanata</i> Fr.	-	158	lot.)	- 157
<i>compressa</i> A. S.	-	152	<i>firma</i> Pers.	- 117
<i>concinna</i> Pers.	-	49	<i>fissa</i> Fr.	- 75
<i>concrescens</i> Schw.	-	53	<i>flammea</i> A. S.	- 96
<i>conigena</i> Pers.	-	139	<i>flavo-fuliginea</i> A. S.	- 99
<i>connivens</i> Fr.	-	151	<i>flavo-virens</i> Pers.	- 159
<i>conspersa</i> Pers.	-	108	<i>flexella</i> Fr.	- 152
<i>convexula</i> Pers.	-	73	<i>fructigena</i> Bull.	- 118
<i>coronata</i> Bull.	-	120	<i>fulgens</i> Pers.	- 67
<i>corticalis</i> Pers.	-	96	<i>fuliginea</i> Schum.	- 64
<i>corvina</i> Pers.	-	97	<i>fulvo-cana</i> Schwein	- 101
<i>Craterella</i> Hedw.	-	56	<i>furfuracea</i> Roth.	- 76
<i>Craterium</i> Schwægr.		74	<i>fusca</i> Fr.	- 109
<i>crinita</i> Bull.	-	86	<i>fuscescens</i> Pers.	- 95
<i>Crucibulum</i> Batsch	-	53	<i>fusco-atra</i> Reb.	- 82
<i>Crucibuliform.</i> Sch.		112	<i>gemmata</i> Schum.	- 55
<i>culmigena</i> Fr.	-	127	<i>Gentianæ</i> P.	- 153
<i>cupressina</i> Batsch.	-	135	<i>geochroa</i> Pers.	- 51
<i>cupularis</i> L.	-	62	<i>globosa</i> Fr.	- 60
<i>Cyathoidea</i> Bull.	-	124	<i>granulata</i> Bull.	- 67
<i>Cyathus</i> Nees	-	114	<i>hæmastigma</i> Hedw.	
<i>dentata</i> Pers.	-	147	(Octosp.)	- 74
<i>Diadema</i> Pers.	-	66	<i>Helotioides</i> Fr.	- 135
<i>difformis</i> Fr.	-	151	<i>hemisphærica</i> Wigg.	82
<i>diluta</i> Fr.	-	63	<i>herbarum</i> P.	- 136
<i>dilutella</i> Fr.	-	147	<i>hirta</i> Schum.	- 84
<i>disciformis</i> Fr.	-	134	<i>hispidula</i> Schrad.	- 98
<i>discolor</i> Hedw.			<i>humosa</i> Fr.	- 71
(Octosp.)		134	<i>hyalina</i> P.	- 102
<i>ditricha</i> Fr.	-	83	<i>Hydrangeæ</i> Schw.	- 109
<i>diversicolor</i> Fr.	-	88	<i>Hypnorum</i> Fr.	- 149
<i>domestica</i> Sowerb.	-	107	<i>janthina</i> Fr.	- 130
<i>echinophila</i> Bull.	-	118	<i>imberbis</i> Bull.	- 136
<i>elatina</i> A. S.	-	112	<i>inclusa</i> P.	- 152
<i>epiphylla</i> Pers.	-	137	<i>inflexa</i> Bolt.	- 120
<i>episphæria</i> Mart.	-	100	<i>juncina</i> P.	- 152
<i>erecta</i> Sowerb.	-	69	<i>Jungermanniæ</i> Nees	144
<i>Erinaceus</i> Schwein.	-	86	<i>laciniata</i> A. S.	- 113
<i>erioloma</i> Fr.	-	121	<i>læustris</i> Fr.	- 145
<i>erratica</i> Fr.	-	108	<i>lævigata</i> Fr.	- 153
<i>faginea</i>	-	136	<i>lancicula</i> Reb.	- 65
<i>fascicularis</i> A. S.	-	75	<i>lateritia</i> Pers.	- 110
<i>ferruginea</i> Schum.	-	134	<i>lecideola</i> Fr.	- 151
			<i>Ledi</i> A. S.	- 114

<i>tenticularis</i> Bull.	p.	133	<i>penicillata</i> Schw.	p.	102
<i>leonina</i> Schwein	-	101	<i>perlata</i> Fr.	-	43
<i>lepidota</i> Fr.	-	54	<i>Persoonii</i> Moug.	-	121
<i>leporina</i> Batsch	-	47	<i>Perula</i> Pers.	-	125
<i>leucoloma</i> Reb.	-	71	<i>Phacidiodes</i> Fr.	-	115
<i>leucostigma</i> Fr.	-	146	<i>Phascoides</i> Fr.	-	138
<i>leucotricha</i> A. S.	-	82	<i>Phiala</i> Schum.	-	129
<i>lignyota</i> Fr.	-	150	<i>Piceæ</i> P.	-	97
<i>lilacina</i> Wulf. (El- vella)	-	140	<i>piosa</i> Schum.	-	87
<i>litoræa</i> Fr.	-	121	<i>Pineti</i> Batsch.	-	101
<i>livida</i> Schum.	-	86	<i>Pinicola</i> Fr.	-	113
<i>livido-fusca</i> Fr.	-	147	<i>pithya</i> P.	-	155
<i>Loniceræ</i> A. S.	-	115	<i>plagopus</i> Wormsk.	-	93
<i>luteola</i> Fr.	-	110	<i>Platani</i> P.	-	103
<i>luteovirens</i> Fr.	-	133	<i>plumbea</i> Fr.	-	50
<i>lutescens</i> Hedw.	-	120	<i>Plumieri</i> Fr.	-	84
<i>Macropus</i> Pers.	-	57	<i>Pocula</i> P.	-	60
<i>Martini</i> P.	-	100	<i>Polytrichi</i> Schum.	-	70
<i>melæna</i> Fr.	-	60	<i>poriæformis</i> Dec.	-	106
<i>melaleuca</i> Fr.	-	150	<i>Porioides</i> A. S.	-	111
<i>melaloma</i> A. S.	-	98	<i>pruinata</i> Schwein.	-	109
<i>melanophæa</i> Fr.	-	150	<i>Pteridis</i> A. S.	-	144
<i>melastoma</i> Sowerb	-	80	<i>punctiformis</i> Fr.	-	105
<i>melathea</i> Fr.	-	97	<i>purpurascens</i> P.	-	65
<i>melaxantha</i> Fr.	-	150	<i>purpurea</i> Hedw.	-	77
<i>membranacea</i> Schum.	63		(Octosp.)	-	77
<i>micæa</i> P.	-	105	<i>pusilla</i> Oder.	-	143
<i>Micropus</i> P.	-	57	<i>pustulata</i> P.	-	55
<i>Mitrula</i> Schwein.	-	45	<i>pygmea</i> Fr.	-	79
<i>Mougeotii</i> P.	-	135	<i>pyriformis</i> Fr.	-	121
<i>Muscorum</i> Holmsk.	-	69	<i>radiculata</i> Sowerb.	-	81
<i>Mycophila</i> Fr.	-	144	<i>Rapulum</i> Bull.	-	59
<i>nervisequia</i> P.	-	153	<i>relicina</i> Fr.	-	103
<i>Nidulus</i> Schmidt & Kunz.	-	104	<i>repanda</i> Fr.	-	51
<i>nigrella</i> Pers.	-	81	<i>Resinæ</i> Fr.	-	149
<i>nigricans</i> Fr.	-	81	<i>rhodoleuca</i> Fr.	-	107
<i>nigripes</i> Fr.	-	132	<i>Rosæ</i> P.	-	109
<i>nivea</i> Hedw. (Octosp.)	90		<i>roseo-alba</i> Schw.	-	114
<i>olivacea</i> Batsch.	-	142	<i>roseola</i> Fr.	-	101
<i>ollaris</i> Fr.	-	68	<i>rubella</i> P.	-	141
<i>Omphalodes</i> Bull.	-	73	<i>rubricosa</i> Fr.	-	72
<i>onotica</i> Pers.	-	48	<i>rufo-olivacea</i> A. S.	-	99
<i>pallescens</i> Pers.	-	132	<i>rutilans</i> Fr.	-	68
<i>papillaris</i> Bull.	-	102	<i>salicella</i> Fr.	-	133
<i>papillata</i> Pers.	-	88	<i>sanguinea</i> P.	-	110
<i>patula</i> Pers.	-	91	<i>sanguinolenta</i> A. S.	-	145
			<i>saniosa</i> Schrad.	-	65
			<i>Sceptrum</i> Batsch.	-	56

<i>Schenkii</i> Batsch	p. 72	<i>violacea</i> P.	p. 65
<i>Schumacheri</i> Fr.	- 98	<i>virginæ</i> Batsch.	- 90
<i>scutellata</i> L.	- 85	<i>vire-cens</i> Schum.	- 104
<i>scutula</i> P.	- 123	<i>viridans</i> Hedw. (Octo-	
<i>sericea</i> A. S.	- 93	spora)	- 145
<i>serotina</i> P.	- 119	<i>viridi-atra</i> Fr.	- 142
<i>setosa</i> Nees	- 87	<i>viridula</i> Schrad.	- 91
<i>spadicea</i> P.	- 98	<i>vitellina</i> P.	- 84
<i>squamosa</i> Schum.	- 70	<i>viticola</i> P.	- 151
<i>stenostoma</i> Mart.	- 80	<i>Volutella</i> Fr.	- 127
<i>stercorea</i> P.	- 87	<i>vulgaris</i> Fr.	- 146
<i>stipata</i> Fr.	- 106	<i>Xanthomela</i> P.	- 72
<i>striata</i> Fr.	- 122	<i>Xanthostigma</i> Fr.	- 141
<i>strigosa</i> Fr.	- 103	PHACIDIUM Fr.	- 576
<i>strobilina</i> Fr.	- 125	<i>abietinum</i> Schmidt	- 576
<i>subhirsuta</i> Schum.	- 70	<i>alneum</i> Fr.	- 573
<i>subtilis</i> Fr.	- 157	<i>Andromedæ</i> Fr.	- 574
<i>subularis</i> Bull.	- 118	<i>carbonaceum</i> Fr.	- 574
<i>sulcata</i> P.	- 44	<i>coronatum</i> Fr.	- 577
<i>sulphurata</i> Schum.	- 72	<i>dentatum</i> Schmidt	- 577
<i>sulphurea</i> P.	- 104	<i>finbriatum</i> Sch.	- 578
<i>tenerrima</i> Fr.	- 123	<i>hemisphæricum</i> Fr.	574
<i>Theleboloides</i> A. S.	- 88	<i>lacerum</i> Fr.	575
<i>tiliacea</i> Fr.	- 76	<i>Lædi</i> A. S.	- 574
<i>tomentosa</i> Schum.	- 79	<i>leptideum</i> Fr.	- 576
<i>tricolor</i> Sowerb.	- 134	<i>multivalve</i> Dec.	- 576
<i>triformis</i> Fl. Dan.	- 101	<i>Oxycoccus</i> Fr.	- 575
<i>Tubæformis</i> Batsch.	53	<i>Phœnicis</i> Moug.	- 578
<i>Tuba</i> Bolt	- 128	<i>Pini</i> A. S.	- 573
<i>tuberosa</i> Bull.	- 58	<i>pulverulentum</i> Sch.	- 573
<i>tumida</i> P.	- 97	<i>repandum</i> Fr.	- 578
<i>uda</i> P.	- 142	<i>Rubi</i> Fr.	- 578
<i>uliginosa</i> Fr.	- 138	<i>Taxi</i> Fr.	- 575
<i>umbonata</i> P.	- 145	<i>Vaccinii</i> Fr.	- 575
<i>umbrosa</i> Schrad.	- 66	PHALLUS Mich.	- 281
<i>umbrosum</i> Fr.	- 85	<i>caninus</i> Huds.	- 284
<i>undella</i> Fr.	- 66	<i>Dæmonum</i> Rumph.	- 283
<i>Urceolus</i> A. S.	- 113	<i>duplicatus</i> Bosc.	- 283
<i>uveata</i> Schum.	- 126	<i>Hædriani</i> Vent.	- 284
<i>vaccinæ</i> Schum.	- 126	<i>impudicus</i> L.	- 283
<i>varia</i> Hedw. (Octosp.)	61	<i>indusiatus</i> Vent.	- 282
<i>varicolor</i> Fr.	- 100	<i>rubicundus</i> Fr.	- 284
<i>venosa</i> P.	- 46	PHOMA Fr.	- 546
<i>vernalis</i> Schum.	- 89	<i>Filum</i> Bernh.	- 547
<i>versiformis</i> P.	- 130	<i>Populi</i> Sowerb. (Sph.)	547
<i>vesiculosa</i> Bull.	- 52	<i>Pustula</i> P. (Sph.)	547
<i>villosa</i> P.	- 104	<i>saligna</i> Fr.	- 546
<i>vinosa</i> A. S.	- 141		

- tularostoma Ehrenb.
 (Næmasp. p. 548.
PILOBOLUS Tode - 308
 crystallinus Tode - 308
 roridus Bolt. - 309
POLYANGIUM Lk. - 504
 vitellinum Lk. - 305
POLYGASTER Fr. - 295
 Sampadarius Rumph. 295
PYRENIUM Tode - 243
 terrestre Tod. - 244
RHIZINA Fr. - 33
 levigata Fr. - 32
 undulata Fr. - 33
 vaporaria Fr. - 34
RHIZOCTONIA Dec. 265
 Crocorum Dec. - 265
 Medicaginis Dec. - 265
 Muscorum Fr. - 265
RHIZOPOGON Fr. - 293
 æstivus Wulf. (Lycoperd.) 294
 albus Bull. (Tub.) - 293
 luteolus Fr. - 294
 virens A. S. (Tub.) 294
RHYTISMA Fr. - 565
 acerinum P. (Xyl. ut sq) - 569
 Andromedæ P. - 567
 confluens Schwein. - 570
 corrugatum Fr. - 565
 decolorans Fr. - 567
 giganteum Reb. Xyl.) 566
 Hysterioides Fr. - 578
 Illicicola Schw. - 568
 laciniatum Fr. - 566
 maximum Fr. - 566
 Onobrychis Dec. - 569
 Prini Schwein. - 568
 punctatum P. - 569
 Rhododendri Fr. - 567
 salicinum P. - 568
 Smilacis Schwein. - 570
 Urticæ Fr. - 570
 Vaccinii Fr. - 567
 velatum Schwein. - 568
SCLEROTIUM Tode
 (- 246
- Alismatis Nees p. 257
 areolatum Fr. - 263
 atratum Desv. - 251
 atrovirens Schmidt - 251
 betulinum A. S. (Pez.) - 262
 Brassicæ P. - 259
 bullatum Dec. - 259
 Caladii Schwein. - 261
 Circeæ Schum. - 256
 compactum Dec. - 258
 complanatum Tod. - 248
 Cyparissiæ Dec. - 256
 durum P. - 259
 excentricum Fr. - 248
 floccipendulum Fr. - 254
 fulvum Fr. - 255
 fungorum P. - 252
 herbarum Fr. - 263
 Hypnorum Schum. - 263
 inmersum Tod. - 254
 inclusum, Schmidt & Kunz. - 255
 Linneæ Fr. - 260
 Lotorum Biv. - 250
 Lycopodii Fr. - 257
 maculare Fr. - 256
 Medicaginum Fern. 250
 Muscorum Fr. - 252
 mycetospora Nees in litt. - 253
 nervale A. S. (Xyloma) - 260
 Orobanches Schw. - 257
 palliolatum Ehrenb. (Coccopl.) - 256
 pezizæforme Schum. 248
 populinum P. - 262
 pubescens P. - 253
 Postula Dec. - 260
 pyrinum Fr. - 258
 radicum Tod. - 254
 rugulosum Fr. - 255
 salicinum Dec. - 263
 sanguineum Fr. - 255
 scutellatum A. S. - 248
 Semen Tod. - 249
 speireum Fr. - 261

<i>stercorarium</i> Dec. p.	250	<i>acuminata</i> Sowerb.	506
<i>stipatum</i> Fr.	254	<i>acuta</i> Hoffm.	507
<i>strobilinum</i> Schm.	254	<i>Ægopodii</i> P.	526
<i>tectum</i> Fr.	251	<i>Æsculicola</i> Fr.	530
<i>Tragopogi</i> Dec.	256	<i>æquilii</i> Schw.	374
<i>Trientalis</i> Fr.	260	<i>afflata</i> Schwein.	344
<i>truncorum</i> Tod.	252	<i>Agaricola</i> Chaill.	339
<i>udum</i> Fr.	250	<i>aliena</i> Fr.	502
<i>vaporarium</i> A. S.	251	<i>allicina</i> Fr.	437
<i>varium</i> P.	257	<i>alligata</i> Fr.	445
<i>vulgatum</i> Fr.	249	<i>alnea</i> Fr.	520
SOLENIA P.	200	<i>alutacea</i> P.	325
<i>candida</i> P.	200	<i>ambiens</i> P.	403
<i>fasciculata</i> P.	200	<i>amœna</i> Nees	519
<i>ochracea</i> Hoffm.	201	<i>amphitricha</i> Fr.	513
<i>villosa</i> Fr.	200	<i>Anethi</i> P.	429
SPERMOEDIA Fr.	268	<i>angulata</i> Fr.	390
<i>Clavus</i> Dec. (S l.)	268	<i>angustata</i> P.	470
<i>Paspali</i> Schwein. (Scl.)	(- 268	<i>anomia</i> Fr.	381
		<i>anserina</i> P.	480
STICTIS. P.	191	<i>applanata</i> Fr.	463
<i>arundinacea</i> P.	195	<i>aquila</i> Fr.	442
<i>atrocyanea</i> Fr.	199	<i>aquilina</i> Fr.	522
<i>Betuli</i> A. S. (Pez.)	193	<i>aractina</i> Fr.	391
<i>chrysothæa</i> P.	194	<i>araneosa</i> P.	447
<i>farinosa</i> P.	198	<i>Arbuti</i> Fr.	523
<i>hemisphærica</i> Fr.	196	<i>Arbuticola</i> Sowerb.	500
<i>hysterina</i> Fr.	199	<i>Arecæ</i> Spr.	528
<i>Lecanora</i> Schmidt		<i>argillacea</i> Fr.	333
& Kunz.	193	<i>Ariæ</i> Dec.	517
<i>nivea</i> P.	196	<i>aristata</i> Fr.	363
<i>ocellata</i> P. (Pez.) p.	193	<i>armata</i> Fr.	336
<i>pallida</i> P.	196	<i>Artocreas</i> Tode	523
<i>parallela</i> Fr.	197	<i>arundinacea</i> Sowerb.	429
<i>pelvicola</i> P.	196	<i>Arundinis</i> Fr.	510
<i>Phacidioides</i> Fr.	198	<i>Aspegrenii</i> Fr.	465
<i>Pupula</i> Fr.	193	<i>aspera</i> Fr.	354
<i>radiata</i> P.	194	<i>asteroidea</i> Fr.	478
<i>sphæralis</i> Fr.	194	<i>Asteroma</i> Fr.	525
<i>stictica</i> Fr.	197	<i>atramentosa</i> Fr.	344
<i>tenuis</i> Fr.	195	<i>atropunctata</i> Schw.	351
<i>versicolor</i> Fr.	198	<i>atropurpurea</i> Fr.	340
HÆRIA Hall.	319	<i>atrovirens</i> A. S.	501
SP <i>hæti</i> Fr.	398	<i>aurantia</i> P.	440
<i>abnormis</i> Fr.	411	<i>Avellanæ</i> Schmidt	514
<i>acclinis</i> Fr.	410	<i>barbara</i> Fr.	468
<i>acervata</i> Fr.	416	<i>barbata</i> P.	514
<i>acinosa</i> Fr.	422	<i>barbistrostris</i> Dufour	473

Berberidis P.	- 415	circumscissa P.	- 484
biformis P.	- 448	cirrhusa P.	- 475
bifrons Schwein & Kunz.	- 438	citrina P.	- 337
Bombarda Batsch.	- 456	clandestina Fr.	- 487
botryosa Fr.	- 342	clonema Fr.	- 401
brevirostris Fr.	- 474	clypeata Nees	- 487
brunneola Fr.	- 526	coccinea P.	- 412
bulbosa P.	- 327	cohærens P.	- 333
bullata Ehrh.	- 349	colliculosa Schw.	- 341
Buxicola Dec.	- 528	colliculus Wormsk.	- 389
byssiseda Tod.	- 442	comata Tode	- 504
Cacti Schwein.	- 500	compar Fr.	- 362
cæuosa Fr.	- 427	complanata Tode	- 508
Calthæcola Dec.	- 532	compressa P.	- 470
calva Tod.	- 451	concentrica Bolt.	- 331
Calycanthi Schw.	- 421	conferta Schwein.	- 444
Calyculus	- 389	confluens Tod.	- 342
candida Schwein.	- 330	conglobata Fr.	- 414
canescens P.	- 448	coniformis Fr.	- 508
capitata Holmsk.	- 324	conjuncta Nees	- 408
Caspreæ Dec.	- 517	convergens Tode	- 410
capsularis P.	- 402	coprophila Fr.	- 342
Caricis Fr.	- 435	Cornicola Fr.	- 530
carpineæ Fr.	- 523	corniculata Ehrh.	- 384
Carpini P.	- 384	coronata Hoffm.	- 395
Carpinicola Fr.	- 530	Corticis Fr.	- 481
carpopbila P.	- 328	Coryli Batsch.	- 436
Castaneæ Schwein.	- 420	Cotoneastri Fr.	- 494
Castanæcola Fr.	- 530	crenata Fr.	- 469
Caulium Fr.	- 509	crinita P.	- 450
Cayanensis Dec. (Xyl.)	- 438	Cruciferarum Fr.	- 525
centripeta Fr.	- 402	cruenta Kz.	- 531
Cephalanthi Schw.	- 356	crustata Fr.	- 376
Ceratospora Tode	- 364	crypta Fr.	- 479
cerviculata Fr.	- 383	cubicularis Fr.	- 477
ceuthocarpa Fr.	- 439	Cucurbitacearum Fr.	- 502
Chamæmori Fr.	- 519	cucurbitula Tod.	- 415
chionea Fr.	- 446	culmicola Fr.	- 430
chloromela Fr.	- 431	culmifraga Fr.	- 510
ciliata P.	- 394	cupularis P.	- 416
ciliatula Fr.	- 406	curta Fr.	- 470
cilicifera Fr.	- 514	curvirostra Sowerb.	- 507
cincinnata Fr.	- 451	cuspidata Fr.	- 474
cincta Fr.	- 385	cytisporæa Fr.	- 489
cinerea P.	- 443	decedens Fr.	- 481
cinnabarina Tod.	- 412	decipiens Dec.	- 370
		decorticans Fr.	- 596
		decumbens Schmidt	- 408

Dematium P.	p. 505	filiformis A. S.	p. 329
depilata Fr.	- 452	fimbriata P.	- 436
detrusa Fr.	- 382	fimeti P.	- 373
deusta Hoffm.	- 345	fissa P.	- 424
Dianthi A. S.	- 531	flaccida A. S.	- 516
diatrypa Fr.	- 388	flavescens Fr.	- 444
difformis Fr.	- 398	flavo-virens Hoffm.	357
digitata Ehrh.	- 326	floccosa Fr.	- 375
diminuens P.	- 471	fœdans Fr.	- 480
Diospyri Schwein.	- 372	foveolaris Fr.	- 499
disciformis Hoffm.	- 353	fragiformis P.	- 332
discincola Schwein.	- 363	Fraxini Fr.	- 493
dispar Fr.	- 366	friabilis P.	- 361
disseminata Fr.	- 513	Frit Fr.	- 395
dissepta Fr.	- 392	frondicola Fr.	- 529
disticha Ehrenb.	- 434	fuliginosa P.	- 423
ditosa Fr.	- 381	Fur. Ehrenb.	- 488
ditricha Fr.	- 515	furfuracea Fr.	- 409
Doliolum P.	- 509	fusca P.	- 532
dolosa Fr.	- 405	galbana Fr.	- 512
Dothidea Moug.	- 423	gastrina Fr.	- 379
Dulcamaræ Schm.	- 421	gelatinosa Tod.	- 336
duplex Sowerb.	- 520	Gentianæcola Dec.	- 531
durissima Schw.	- 335	glaucina Fr.	- 493
elongata Fr.	- 422	Gleditschiæ Schw.	- 421
Empetri Fr.	- 522	globosa Spr.	- 331
enteroleuca Fr.	- 381	Gnomon Tode	517
entomorrhiza Dicks.	324	Gossypii Schw.	- 488
epidermidis Fr.	- 499	Graminis P.	- 434
epimyces Ehrenb.		Grossulariæ Fr.	- 521
(Cytosp.)	- 499	gyrosa Schw.	- 419
epiphylla Schwein.	- 433	halonia Fr.	- 506
episphæria Tod.	- 454	haustellata Fr.	- 383
erumpens Schw.	- 491	Hederæ Sowerb.	- 521
erythrostoma P.	- 521	Hederæcola Fr.	- 528
eunomia Fr.	- 377	Hellebori Chaill.	- 512
euphorea Fr.	- 354	herbarum Fr.	- 512
eutypa Fr.	- 478	herpotricha Fr.	- 504
Evonymi Kunz.	- 439	hiascens Fr.	- 477
excipuliformis Fr.	- 469	hirsuta Fr.	- 449
exilis A. S.	- 452	hirta Fr.	- 483
extensa Fr.	- 381	hispida Tod.	- 450
exuberans Fr.	- 432	hyalina Schwein.	- 339
Fagicola Fr.	- 529	hypodermia Fr.	- 407
favacea Fr.	- 354	Hypoxylyon L. Ehrh.	327
ferruginea P.	- 363	Hystrix Tod.	- 364
fibrosa P.	- 384	Ilicis Scheich. (Xyl.)	501
filicina Fr.	- 427	immersa Sowerb.	• 358

<i>incrustans</i> P.	- 343	<i>macrostoma</i> <i>Tod.</i>	- 469
<i>infernalis</i> <i>Kz.</i>	- 371	<i>macularis</i> <i>Fr.</i>	- 502
<i>inquinans</i> <i>Tod.</i>	- 486	<i>mamillana</i> <i>Fr.</i>	- 487
<i>insitiva</i> <i>Tod.</i>	- 366	<i>mammæformis</i> P.	- 455
<i>insidens</i> <i>Schwein.</i> p.	422	<i>mastoidea</i> <i>Fr.</i>	- 463
<i>inversa</i> <i>Fr.</i>	- 414	<i>maura</i> <i>Fr.</i>	- 370
<i>irregularis</i> <i>Sowerb.</i>	- 361	<i>melæna</i> <i>Fr.</i>	- 431
<i>Juglandicola</i> <i>Schw.</i>	- 385	<i>melanostyla</i> <i>Dec.</i>	- 517
<i>Juglandis</i> <i>Fr.</i>	- 493	<i>melasperma</i> <i>Fr.</i>	- 389
<i>Junci</i> <i>Fr.</i>	- 428	<i>melastoma</i> <i>Fr.</i>	- 588
<i>Juniperi</i> <i>Fr.</i>	- 366	<i>melastroma</i> <i>Fr.</i>	- 399
<i>Kunzei</i> <i>Fr.</i>	- 388	<i>melogramma</i> P.	- 420
<i>Laburni</i> P.	- 413	<i>Micheliana</i> <i>Fr.</i>	- 414
<i>lactea</i> <i>Fr.</i>	- 337	<i>microscopica</i> <i>Fr.</i>	- 476
<i>Lactifluorum</i> <i>Schw.</i>	- 338	<i>microstoma</i> P.	- 388
<i>lævata</i> <i>Fr.</i>	- 495	<i>militaris</i> <i>L. Ehrh.</i>	- 323
<i>lagenaria</i> P.	- 472	<i>milliaria</i> <i>Fr.</i>	- 370
<i>lanata</i> <i>Fr.</i>	- 482	<i>mobilis</i> <i>Tod.</i>	- 461
<i>lanciformis</i> <i>Fr.</i>	- 362	<i>monadelphæ</i> <i>Fr.</i>	- 382
<i>larvata</i> <i>Fr.</i>	- 503	<i>morbosa</i> <i>Schwein.</i>	- 417
<i>lata</i> P.	- 369	<i>moriformis</i> <i>Tod.</i>	- 458
<i>latericolla</i> <i>Dec.</i>	- 464	<i>mucida</i> <i>Fr.</i>	- 447
<i>lateritia</i> <i>Fr.</i>	- 338	<i>mucosa</i> P.	- 425
<i>lecythea</i> <i>Schwein.</i>	- 460	<i>mucronata</i> <i>Schwein.</i>	326
<i>lejoplaca</i> <i>Fr.</i>	- 370	<i>mucronulata</i>	- 475
<i>leiphemia</i> <i>Fr.</i>	- 399	<i>multiformis</i> <i>Fr.</i>	- 334
<i>lenta</i> <i>Tod.</i>	- 349	<i>muricella</i> <i>Fr.</i>	- 437
<i>leprosa</i> P.	- 365	<i>mutabilis</i> P.	- 447
<i>leptidea</i> <i>Fr.</i>	- 522	<i>mutila</i> <i>Fr.</i>	- 424
<i>leptostyla</i> <i>Fr.</i>	- 517	<i>mycophila</i> <i>Fr.</i>	- 462
<i>leucopis</i> <i>Fr.</i>	- 402	<i>myriadea</i> <i>Dec.</i>	- 524
<i>leucostoma</i> P.	- 387	<i>myriocarpa</i> <i>Fr.</i>	- 459
<i>ligniota</i> <i>Fr.</i>	- 376	<i>naucosa</i> <i>Fr.</i>	- 416
<i>linearis</i> <i>Nees</i>	- 429	<i>nebulosa</i>	- 430
<i>lineata</i> A. S.	- 373	<i>Nidula</i> <i>Sowerb.</i>	- 418
<i>Lingam</i> <i>Tod.</i>	- 507	<i>nidulans</i> <i>Schwein.</i>	- 443
<i>Linneæ</i> <i>Ehrenb.</i>	- 531	<i>nigrella</i> <i>Fr.</i>	- 512
<i>Liquidambaris</i> <i>Schw.</i>	396	<i>nivea</i> <i>Hoffm.</i>	- 386
<i>Liriodendri</i> <i>Schw.</i>	- 356	<i>notha</i> <i>Fr.</i>	- 459
<i>livida</i> <i>Fr.</i>	- 479	<i>nucula</i> <i>Fr.</i>	- 466
<i>lixivia</i> <i>Fr.</i>	- 385	<i>numularia</i> <i>Dec.</i>	- 348
<i>lobata</i> <i>Wormsk.</i>	- 343	<i>obducens</i> <i>Schum.</i>	- 456
<i>longissima</i> P.	- 430	<i>oblecta</i> <i>Schwein.</i>	- 482
<i>Lonicæræ</i> <i>Sowerb.</i>	- 492	<i>obturata</i> <i>Fr.</i>	- 495
<i>lutea</i> A. S.	- 347	<i>ocellata</i> <i>Fr.</i>	- 480
<i>luteo-virens</i> <i>Fr.</i>	- 339	<i>Oleæ</i> <i>Dec.</i>	- 489
<i>Lychnidis</i> <i>Fr.</i>	- 531	<i>operculata</i> A. S.	- 479
<i>maculæformis</i> P.	- 524	<i>operta</i> <i>Schmidt</i>	- 407

<i>Ophioglossides Ehrh.</i>	324	<i>porphyrostoma Kz.</i>	p. 465
<i>oppansa Fr.</i>	- 374	<i>Potentillæ Schwein.</i>	519
<i>oppilata Fr.</i>	- 493	<i>profuga Ehrenb.</i>	- 431
<i>ordinata Fr.</i>	- 454	<i>profusa Fr.</i>	- 392
<i>Ostruthii Fr.</i>	- 526	<i>prorumpens Wallr.</i>	- 357
<i>ovina P.</i>	- 446	<i>protracta P.</i>	- 425
<i>ovoidea Fr.</i>	- 459	<i>protusa Fr.</i>	- 491
<i>pætula Fr.</i>	- 483	<i>pruinosa Fr.</i>	- 486
<i>palina Fr.</i>	- 494	<i>Prunastri P.</i>	- 380
<i>palmicola Fr.</i>	- 466	<i>Pugillus Schwein.</i>	- 383
<i>Panacis Fr.</i>	- 497	<i>pulchella P.</i>	- 406
<i>pannosa Schwein</i>	- 374	<i>pulicaris Fr.</i>	- 417
<i>pannus Kz.</i>	- 445	<i>pulveracea Ehrh.</i>	- 459
<i>parallela Fr.</i>	- 373	<i>pulverulenta Fr.</i>	- 476
<i>Papilla Schwein.</i>	- 462	<i>Pulvis pyrius P.</i>	- 458
<i>papillata Schum.</i>	- 461	<i>punctata L. Sowerb.</i>	330
<i>Patella Fr.</i>	- 411	<i>punctiformis P.</i>	- 525
<i>Pediculariæ Fr.</i>	- 429	<i>punicea Schmidt</i>	- 415
<i>pellita Fr.</i>	- 503	<i>Pupula Fr</i>	- 484
<i>Penicillus Schmidt</i>	- 508	<i>purpurea Fr.</i>	- 325
<i>pentagona P.</i>	- 407	<i>pusilla P.</i>	- 411
<i>perforata Schw.</i>	- 340	<i>putaminum Schw.</i>	- 461
<i>persicaria Schw.</i>	- 323	<i>pyramidalis Schw.</i>	- 419
<i>personata Fr.</i>	- 486	<i>pyrcæ Ehrenb.</i>	- 428
<i>pertusa P.</i>	- 464	<i>pyreni Fr.</i>	- 494
<i>petiolorum Schw.</i>	- 518	<i>quaternata P.</i>	- 409
<i>Peziza Tod.</i>	- 452	<i>quercina P.</i>	- 362
<i>phæcomes Reb.</i>	- 515	<i>Quercuum Schw.</i>	- 420
<i>picastra Fr.</i>	- 463	<i>Racodium P.</i>	- 449
<i>picea P.</i>	- 531	<i>ramosa Sowerb.</i>	- 344
<i>Pisi Sowerb.</i>	- 509	<i>recutita Fr.</i>	- 524
<i>pileata Tod.</i>	- 468	<i>relicina Fr.</i>	- 505
<i>pilifera Fr.</i>	- 472	<i>repanda Fr.</i>	- 346
<i>pilosa P.</i>	- 450	<i>Resinæ Fr.</i>	- 453
<i>pilulifera Fr.</i>	- 352	<i>Rhamni Nees</i>	- 417
<i>pinastri Fr.</i>	- 483	<i>rhodomela Fr.</i>	- 445
<i>Pini A. S.</i>	- 397	<i>rhodostoma A. S.</i>	- 483
<i>pithyophila Schmidt</i>		<i>Rhois Schwein.</i>	- 356
(& Kunz.	- 425	<i>rhytostoma Fr.</i>	- 353
<i>platystoma Schw.</i>	- 351	<i>Ribis Tod.</i>	- 413
<i>pleurostoma Kz.</i>	- 456	<i>Ribicola Fr.</i>	- 530
<i>Plinthis Fr.</i>	- 511	<i>rimosa A. S.</i>	- 427
<i>polita Fr.</i>	- 426	<i>Robiniæ Schw.</i>	- 352
<i>polygramma</i>	- 432	<i>rosea P.</i>	- 338
<i>polymorpha P.</i>	- 326	<i>rosella A. S.</i>	- 441
<i>polyeta Fr.</i>	- 512	<i>rostellata Fr.</i>	- 476
<i>pomiformis P.</i>	- 455	<i>rostrata Fr.</i>	- 473
<i>populina P.</i>	- 413	<i>rubella Fr.</i>	- 506

rubiginosa P.	p.	340	Strumella Fr.	p.	365
rufa P.	-	365	subcutanea Wahl.	-	371
Sacculus Schwein	-	378	subiculata Schw.	-	445
salicella Fr.	-	377	subradians Fr.	-	525
salicina P.	-	401	subtecta Fr.	-	376
sanguinea Sibth.	-	453	spicenturiata Tod.	-	347
sapinea Fr.	-	491	suffulta Nees	-	508
Saracenix Schw.	-	516	suffusa Fr.	-	399
sarmentorum Fr.	-	498	sulcata Fr.	-	498
Sassafras Schwein.	-	543	surculi Fr.	-	466
scabrosa Dec.	-	360	Syngenesia Fr.	-	382
Scirpicola Dec.	-	510	Syringæ Fr.	-	492
Scirporum Schw.	-	434	taleola Fr.	-	391
Sclerotium Schw.	-	490	taphrina Fr.	-	465
scoparia Schw.	-	379	Taxi Sowerb.	-	500
scutellata P.	-	390	tenacella Fr.	-	492
seminuda P.	-	464	tephrotricha Fr.	-	448
sentina Fr.	-	520	tessera Fr.	-	405
sepincola Fr.	-	498	tessula P.	-	393
seriata P.	-	454	thelebola Fr.	-	408
serpens P.	-	341	thelena Fr.	-	441
setacea P.	-	518	Tiliæ P.	-	486
socia Nees	-	499	tortuosa Fr.	-	395
Solani P.	-	518	Tremelloides Schw.	335	
Sorbi Schmidt	-	380	Tremulæcola Dec.	-	529
sordaria Fr.	-	458	trichella Fr.	-	515
sordida P.	-	361	Trichoderma Hoffm.	440	
Spartii Nees	-	424	trichostoma Fr.	-	504
spectabilis Fr.	-	397	Trifolii P.	-	435
spermoides Hoffm.	457		tristis Tod.	-	444
Sphærocephala Schw.	497		truncata Schwein.	-	442
sphinctrina Fr.	-	400	truncatula	-	468
spiculosa P.	-	369	tubæformis Tod.	-	516
Spina Schwein.	-	475	tuberculosa Schw.	-	477
Spinaciæ Fr.	-	512	Tubulina A. S.	-	546
spinosa P.	-	368	tumida P.	-	389
spondylina Fr.	-	347	Tunæ Spr.	-	496
stellulata Fr.	-	380	turgida P.	-	400
stemmatea Fr.	-	528	uberiformis Fr.	-	491
stercoraria Sowerb.	455		unda P.	-	358
stigma Hoffm.	-	350	uliginosa Fr.	-	457
stilbostoma Fr.	-	403	ulmea Fr.	-	436
Stilbum Schmidt	-	472	umbilicata P.	-	409
striæformis Fr.	-	428	umbonata Fr.	-	462
stricta P.	-	474	umbrina Fr.	-	461
strigosa A. S.	-	448	undulata P.	-	350
strobilina Holl.	-	495	Utriculus Reb.	-	470
stromatica Spr.	-	462	Vaccinii Sowerb.	-	418

- | | | | | | |
|---------------------|----|-----|------------------------|----|-----|
| vagans Fr. | P. | 532 | biparasitica Fr. | P. | 219 |
| varia P. | - | 416 | clavata P. | - | 218 |
| vasculosa Fr. | - | 408 | disciformis Fr. | - | 216 |
| velata P. | - | 375 | elegans Fr. | - | 214 |
| ventricosa P. | - | 457 | fimbriata P. | - | 212 |
| Vermicularia Nees | - | 451 | foliacea P. | - | 212 |
| Verrucaria Fr. | - | 496 | frondosa Bull. | - | 212 |
| verrucella Fr. | - | 367 | Helvelloides Dec. | - | 211 |
| versatilis Fr. | - | 364 | intumescens Engl. | | |
| verrucæformis Ehrh. | | 355 | Bot. | - | 215 |
| vestita Fr. | - | 410 | lutescens Fr. | - | 213 |
| Viburni Schwein. | - | 372 | mesenterica Retz. | - | 214 |
| vibratilis Fr. | - | 482 | parasitica Schw. | - | 219 |
| vilis Fr. | - | 466 | pinnatifida Spr. | - | 217 |
| violacea Schmidt | - | 441 | Sarcoides With. | - | 217 |
| virgultorum Fr. | - | 351 | unicolor Fr. | - | 218 |
| Viticola Schw. | - | 372 | virens Schw. | - | 216 |
| Vitis Schw. | - | 401 | TUBER Mich. | - | 289 |
| xantholenca Kz. | - | 503 | albidum | - | 291 |
| Xylostei P. | - | 487 | cibarium Sibth. | - | 290 |
| Yuccæ Schwein. | - | 437 | griseum Borch. | - | 292 |
| SPHÆROBOLUS Tod. | | 309 | moschatum Bull. | - | 291 |
| stellatus Tod | - | 309 | niveum Desf. | - | 292 |
| tubulosus Fr. | - | 310 | rufum Poll. | - | 292 |
| SPHÆRONÆMA Fr. | | 535 | TYMPANIS Tode | - | 173 |
| Acrospermum Tod. | | | alnea P. P.z.) | - | 174 |
| (Sph.) | - | 537 | Ariæ P. (Pez.) | - | 175 |
| aciculare Fr. | - | 536 | conspersa Fr. | - | 175 |
| cladoniscum Ach. | - | 537 | Frangulæ Fr. | - | 174 |
| colliculosum Fr. | - | 540 | Fraxini Schw. (Pez.) | | 174 |
| conicum Tod. | - | 538 | plicato-crenata Schw. | | |
| cylindricum Tod. | - | 538 | (Pez.) | - | 175 |
| hemisphæricum A. S. | | 539 | saligna Tod. | - | 176 |
| parabolicum Tod. | - | 538 | viticola Shew. (Pez.) | | |
| Pteridis A. S. | - | 540 | (- 176 | | |
| pyriforme Pers. | - | 539 | VERPA Swartz | - | 23 |
| rufum Fr. | - | 536 | atra-alba Fr. | - | 23 |
| subtile Fr. | - | 539 | conica Sw. | - | 24 |
| subulatum Tod. | - | 536 | digitaliformis P. | - | 24 |
| truncatum Fr. | - | 539 | Marchellula Fr. | - | 24 |
| ventricosum Ach. | - | 537 | patula Fr. | - | 25 |
| STICTIS | - | 614 | VIBRISSEA Fr. | - | 31 |
| THELEBOLUS Tod. | - | 306 | rimarum Wormsk. | - | 32 |
| stercorens Tod. | - | 307 | truncorum Fr. | - | 31 |
| terrestis A. S. | - | 307 | XYLOMA - 561 (261, 553 | | |
| TREMELLA Dill. | - | 210 | 556, 577, 589). | | |
| albida Huds. | - | 215 | | | |
| aurantia Schwein. | - | 215 | | | |

Corrigenda et Addenda :

- p. 37. l. 14. *dele* fere (primo loco)
 l. 17. *lege* diversa matrice
- p. 38. l. 11. — præparari
- p. 73. l. 8. — *fimetosa*
- p. 85. l. 12. — *umbrorum*
- p. 97. l. 22. — *melatheja*
- p. 112. l. 1. — *crucibuliformis*
- p. 203. l. 29. — ut (loco uti)
- p. 249. l. 25. *dele* in (ultimo loco)
- p. 311. l. 3. *lege* referendos
 — 9. — posuerint
- p. 314. l. 27. — ordinis
- p. 325. l. 19. — Fl. Dan. t. 1300.
- p. 352. l. 12. *adde* Bull. t. 455. f. 2.
- p. 334. l. 4. *lege* ætas
- p. 343. l. 19. *dele* syn. Decand.
- p. 352. l. 22. *lege* (v. s.)
- p. 359. l. 25. *adde*: In *Sph. spinosa*, *hiascente* &c. lineolæ nigræ alte lignum intrant anastomosantes; ejus indolis est *Rhizom. intestina* Dec.! Fr. 6.
- p. 410. l. 1. *lege* Hic
- p. 454. *dele* *Sph. ordinatam* l. *S. lineatam* Dec.! est *Sph. udæ* varietas.
- p. 475. l. 19. — *mucronulata*
- p. 488. l. 29. *dele* syn. Dec.!, quod ad *Cytisp. pinastri* spectat.
- p. 507. l. ult. *lege* inter
- p. 517. *S. Capræ* Dec.! Tuberculum saltem est *Phoma saligna*.
- p. 524. l. 29. *adde*: *Xyloma punctulatum*. Dec.! Fr. 6.
- p. 529. l. ult. *adde*: 8-9. *D. Juglandina*. *Xyloma* Dec.! (157. Fr. 6. p. 158.
- p. 589. l. 7. *lege* 91 (loco 9)
- p. 591. l. ult. *adde* *S. Artocreas* Dec.! Fr. — & *Xyl. fagin.* Ejusd. *S. Artocr. nostra*.
- p. 593. l. ult. *lege* In (loco Ad)
- p. 603. l. 33 *lege* *Thelephoras* & *Polyporos*

T^c (v. s.) ad plurimas species a *Chaillet*, e cujus elegantissima collectione, hodie accepta, supra addita didici, *Mougeot* & *Schweiniz* detectas, addendum — ! sæpius omisit Typographus inter *Pyrenomycetes*, ubi hoc signo sensu Decandollei usus sum. Species variorum, sub hujus opusculi editione mecum communicarum, in supplemento inserendæ.

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

New York Botanical Garden Library

QK603 .F7 c.2 v.2

Fries, Elias Magnus/Systema mycologicum

gen



3 5185 00168 7720

